Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Cornelius Nepos

Cornelius Nepos De Excellentibus Viris in Usum Locupletissimum Notis Perpetuis

Editio Septima Revisa, Lipsiae: Apud M. G. Weidmannum, MDCCXXIII.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

AA. XIV. 18.

20. a. 16.

Livius ein Titel Buch.

Cd_6894.

C. II. c. 3457.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0003
DFG


CORNELIUS NEPOS
Excellentibus Viris
cum Notis selectissimis
ad modum
IOHANNIS MINELLI
illustratus.

CORNELIVS NEPOS
DE
EXCELLENTIBUS
VIRIS
IN USUM LOCUPLETISSIMUM
NOTIS PERPETUIS
ad modum
JOH. MINELLII
illustratus
a
M. ANDR. STÜBELIO.
adjunctis Fragmentis Schottianis &
adjecto indice rerum, vocum &
phrasium, accuratissimo.

EDITIO SEPTIMA REVISA.

Cum Privilegio Potent. Regis Pol. ac Elect. Saxoniæ.

LIPSIÆ,

Apud M. G. WEIDMANNUM,
SAC. REG. POL. MAJ. AC ELECT. SAXONIÆ
BIBLIOPOL. *ANNO M DCC XXIII.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0005
DFG

Mein lieber Sohn

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862741084/phys_0006
DFG

SERENISSIMO AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

MAURITIO WILHELMO,

POSTULATO ADMINISTRATORI EPISCOPATUS MARTISBURGENSIS ET ACADEMIÆ LIPSIENSIS CANCELLARIO PERPETUO.

petuo

Belonung

Belonung

)(2 EJUS-

EJUSDEMQUE

FRATRI SERENISSIMO,

DOMINO

FRIDERICO ERDMANNO,

DUCIBUS SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAVIIS THURINGIÆ, MARCHIONIBUS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ, PRINCIPALIBUS COMITIBUS HENNEBERGÆ, COMITIBUS MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BARBYÆ, DYNASTIS IN RAVENSTEIN,

DOMINIS FLORENTISSIMIS ET CLEMENTISSIMIS,

SALUTEM ET INCREMENTUM!

SERE-

SERENISSIMI
PRINCIPES,
DOMINI CLEMENTISSIMI.

Virtutis & vicinitatis Vestræ ea est opportunitas, ut, quoniam in proximo admotos Vos esse scimus tractandis laudabiliter studiis, quibus non minus ac noscendi felicitate evehimini altius, audacter & digito quasi indice monstran-

dum arbitremur exemplum. Alit juventutem omnem ingeniorumque exſtimulat vigorem celebritas & gloria, quam literis attribuitis. Uti lucis clarius exſplendeſcentis fulgor latiſſime diffunditur: ita eminentiſſimæ conditionis faſtigia intuentur etiam inferiorum oculi, & ſi vel maxime abſit æqualis profectuum capacitas, tamen in ſimilitudinem quandam moris & in ſtudium par & in emolumentum communi accenduntur alii, ſi præeuntes habeant, quos priores & ſequendos ducimus. Conſtituite ergo novum eruditionis principatum; date auſpicium melioris fati. Et ſicuti ipſimet ſumma induſtria & ſummo ardore adſcenditis in ſummum; exemplo ita veſtro efficaciſſimo ſinite admirationem eorundem operum cum incitatione utiliſſima injicere quibusvis animis. Hac ratione reſtaurantur bonæ literæ, a quibus cultores ſibi promittunt ornamentum, quod non minus ac vitam & ſpiritum in amore veſtro præſidioque præſtantes illæ literæ conſequuntur. Modo otium recipiat Europæus orbis, & poſt ferream meſſem aurea pacis exſurgat ſeges, ſane ſperamus

ramus simul exorituram pulcerrimæ hujus laudis jucundam ubertatem & prosperitatis argumentum certissimum. Quare attollite lumina divinasque mentes, & adspicite

- - venturo lætuntur ut omnia seclo.

Præbete stimulo Vestro & optabili auctoritate ingeniis crescendi copiam, & per decora WWittekindea Majorumque vestiga & merita, in Parnassum Lipsiensem omnesque eruditos immortalia, ad immortalitatem eandem inclyti nominis contendite. Tanta, quæ me tenet, cupiditas literarum vel excolendarum vel promovendarum, has adhortationes non necessarias exprimit apud currentes in optimo infinitarum virtutum stadio. Ignoscite itaque, CELSISSIMI PRINCIPES, audaciæ, & plane ita Vobis persuasum habete, quod nullam aliam ob rem hujus libelli frontem encomiis Vestris signare cœperim, quam ut puerilis ætas, cui destinatur istiusmodi lucubratio, videat & audiat, Vestram aulam post sanctiores Pietatis amplexus ferri in bonos autores, & una cum regni cœlestis procuratione primaria in pretio habere literas, Scholas, Academias. Po-

tentissimus omnium Principum Princeps & Dominus Dominantium Vos servet incolumes, & bene præparatos atque innutritos perfecte Christianis & literariis subsidiis, præesse jubeat reipublicæ felicissimæ felicissimos!

SERENITATIBUS VESTRIS.

Lipsiæ die 15. Aprilis
Anno 1699.

summe subjectus

M. Andr. Stübelius.

PRÆ-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0012
DFG

PRÆFATIO.

LECTOR BENEVOLE,

MEretur elegans CORNELII NEPOTIS latinitas & (quanquam ipse indignum auguratus est) dignissimus summorum virorum personis stylus, ut in eodem addiscendo juventus scholastica ubique exerceatur. Hinc varias multis in locis & diversis temporibus editiones autoris receptissimi licet conspicere; nec destiterunt præcipui in republica literaria Viri singularem impendere operam, ut iterum iterumque vel emendatior prodiret, vel notis atque observationibus additis illustrior. Quid multa? Nos quoque in animum induximus, hunc esse laborem fructuosum, si eundem in modum adolescentulorum commodis inserviremus. Et quoniam in isto commentariorum genere

maxime excellunt ea, quæ quondam Roterodami in Schola Erasmiana Præceptor maxime industrius, JOHANNES MINELLIUS, ad nonnullos autores latinos facilius intelligendos pro sua dexteritate contulit, non obscuram interpretis ejus hac ex parte diligentiam & præstitum officium æmulari exoptavimus potius, quam aliorum ire vias. Cumque ille ipse, quem dixi, Præceptor intactum reliquerit Nepotem & secundum ejusdem institutum Bibliopola editionem hanc concinnatam cuperet, operæ pretium nos facturos esse credidimus, si ad hanc rem & manum commodaremus & tempus, & collectanea nostra compendiosa in recens istud florum & annotationum corpusculum redigeremus. Tui judicii hoc erit, an ipsius Minellii virtutes, in quibus eminuit vir celebris, assecuti simus. Profecto hæc nostra ad minimum fuit voluntas & intentio, suscepta forsitan successu, non plane irrito, si æqui bonique consulere nostra & conferre cum alienis sustineas. Quæ convenere huc ex nobiliore & minus aberrante succo Longolii, Lambini, Schotti, Bœcleri,

cleri, Buchneri, Bosii aliorumque, fatemur nos transtuliſſe atque uſos pro noſtris. Cur enim negligeremus cibum præmanſum, i.e. explanationes egregias ante nos ab aliis inventas. Architecti nos ſumus, qui materia varie undique congeſta novi ædificii exſtructionem paramus. Apum ad exemplum grata mella fundere geſtientium neceſſe eſt exſpatiari libere in campos apertos & florentes, atque inde liquores extrahere, nihilque adeo adſpernari, quod dulce, utile & ſelectum tibi fore exiſtimaremus. Hinc de integro notæ Hiſtoricæ, Criticæ, Grammaticæ, Philologicæ, Geographicæ, Topographicæ, Philoſophicæ: Hinc ſubinde collatio cum aliorum bonorum autorum locis parallelis: Hinc de induſtria amplificationum aperiuntur fontes copioſiſſimi, ſi præcipue citatos haut parce autores lubeat evolvere, & eadem opera familiares reddere. Quin & civilis prudentiæ ſparſa ſubinde ſemina, ut ne ea jure deſiderentur, quæ in confirmata ætate aliquando proſunt Politicis, ſiquidem par eſt, nos magis vitæ quam Scholæ diſcere atque aſſueſcere. In-

primis tamen, quoniam Nepotis lectio propter genium & usum latinæ linguæ cognoscendum instituitur a plerisque, nihil hic prætermissum est, quod ad faciem elegantioris & purioris Scripturæ declarandam pertinet. Eandem ob causam index quoque novus vocum omnium, formularum & constructionum laboriosissimo studio annectitur, ut unius sæpe vocabuli multiplex usus in compositione appareat statim, & auctoritatem Nepotis requirentibus in promtu sint omnia. Præterea hæc nobis fuit cura assidua, ut a mendis ac nævis ipsum textum repurgaremus, & sicubi ex variis lectionibus optio datur, earundem in notis mentio fieret breviter. Nonnihil etiam utilitatis præbebunt summaria, & contenta in limine cujusvis Viri excellentis & arctissimis circumscripta terminis, nec non fragmenta, loco appendicis ab Andrea Schotto dudum communicata, & cum notis nostris denuo circa finem subjecta. Tabulas autem Chronologicas & Geographicas cum seorsim exaratas sibi comparent eruditi, earumque justa ac solida inspectio

spectio rectius aliunde petatur, noluit editor vel actum agere, vel surripere quicquam iis thesauris integris, ex quibus multo plenius ac commodius talia depromi solent pro cujusvis conditione, statu & desiderio. Denique supervacaneum duximus concumulare hic multa Scriptoris elogia, cum nemo eum unquam vituperarit. Sufficiant solius Vossii verba, quæ subnectere placet, ut inde, quæ ad exactam hujus Historici descriptionem faciant, perquam commode hauriantur. Vale LECTOR, atque utere nostris cogitatis ac studiis feliciter, ex eorumque penu plura tuis rebus profutura, si recte æstimas, expecta ac pollicere.

CORNELII NEPOTIS

VITA

EX

GER. JOHANNIS VOSSII

de Hist. Lat. lib. I. cap. XIV.

COrnelius Nepos, & ante Cæsaris dictaturam, & eo dictatore, & postea vixit. Hieronymus in Chronico Eusebiano refert illum ad annum Augusti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum divulgare ea cœpisse opera, quibus maxime inclaruit. *Padi* erat accola, teste Plinio lib. III. c. XVIII. unde Catullo epigrammate primo Italus; Ausonio autem epist XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Transpadana diceretur Gallia Togata. De *urbe patria* quidquam se habere comperti, negat Elias Venetus in Auson. Idyll. VII. At Veronensem fuisse, in Leandri Alberti Italia lego: uti & in Cosmographia optimi atque amicissimi quondam viri, Pauli Merulæ. Immo, ex Veronensium historicorum syllabo, (quem doctissimus amplissimusque Alexander Becellus, Veronensis urbis cancellarius, fecit, ac illustrissimus comes, Ferdinandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum studio nobilissimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuisse Nepotem in *Hostilia*: qui Vero-

Veronensium vicus est, Tacito, Plinio, Cassiodoro, & Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticæ Veronensium jurisdictioni subditus. Historicus hic *Ciceronis amicus familiaris* a Gellio vocatur lib. XV. cap. XXVIII. *Chronica* scripsisse, testis est idem Gellius lib. XXVII. cap. XXI. In his pro triplici tempore ἀιδήλῳ, μυθικῷ καὶ ἱστορικῷ, (de quibus ex Varrone & aliis, libro de arte historica diximus) tres videtur scripsisse libros, ac singulis unius temporis narrationem esse complexus. Sane tres libros feciſſe Nepotem, quibus omne ævum comprehenderit, liquido testatur Catullus initio Hendecasyllaborum. Nec historicum tempus ab eo solum esse tractatum, indicio est illud Ausonii: *Apologus Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios apologos* (*nam & ipsa instar fabularum sunt*) *ad nobilitatem tuam misi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adversus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores disertim reponit) dicit haud aliud Saturnum, quam hominem, promulgasse. Quod etiam Lactantius tradit lib. I. cap. XIII. Reliquit præterea *libros illustrium virorum*, quorum Gellius meminit lib. XI. cap. 8. & Servius in 1. Æneid. Eorum librum 1. 15. & 16. citat Charisius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium imperatores. *Ceteris libris egisse* de Romanis, hæc ejus verba ostendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus & hujus libri facere finem, & Ro-*

& Romanorum explicare imperatores: quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari. Operis ejus genuina inscriptio patet ex ultimis hisce præfationis verbis: *Quare ad propositum veniemus, & in hoc exponemus libro* VITAS EXCELLENTIUM IMPERATORUM. Ac vel propter hoc opus historicis accenseri meretur Nepos, etsi paullo aliter senserit Desiderius in Ciceroniano suo, ubi de Æmilio seu verius Nepote sic scribit: *Candidus est laudator omnium, quorum vitam descripsit, ut encomiastem dicas verius quam historiographum.* Nam præter Imperatores seorsim exarasse *librum de regibus*, argumento hæc erunt, quæ Timoleontis vitæ subdit: *Hi fere fuere Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur, præter reges. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res gestæ separatim sunt relatæ, neque tamen hi admodum sunt multi.* Externi Imperatores, quos habemus, Æmilii esse Probi a multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas, partim sua, partim patris & matris manu scriptas, Theodosio obtulit. Hoc ita esse, ostendunt versiculi, qui vitis istis præmitti in MSS. solent. Ac nec Æmilium, nec Theodosiani ævi quenquam, horum esse librorum auctores, abunde arguit pura & Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trojus ab Justino, ita ab Æmilio, qui sub Theodosio vixit, in compendium esse redactum Nepotem.

Sed

Sed aliud suadet operis concinnitas, & illa præfandi ratio, quæ est in Epaminondæ vita, ac in Pelopida inprimis, ubi brevitatem justam pollicetur. Attamen sententia hæc, licet erronea, minus periculi habet, dummodo extra controversiam maneat, Æmilium omnia de puriſſimis Nepotis fontibus hauſiſſe. Sane Tulliani esse ævi scriptorem, neque alium, quam Nepotem, tum veterum aliquot librorum indicio cognoscitur, tum etiam, quod ad Pomponium Atticum, (cujus idem rogatu de vita Catonis librum fecit) vitæ istæ scribantur: utcunque id in quarto Miscellaneorum suorum neget Hieronymus Magius, qui ipsa Nepotis præfatione satis refellitur. Accedit & altera ratio. Nam his in libris ea legere est, quæ opus hoc scriptum esse clamant, quo tempore Pompejus & Cæsar plus poterant, quam libera in Republ. expediret. Ea Lambinus loca congessit, ut nihil attineat illa hic reponere. Nec libris istis de viris illustribus, solum persecutus est excellentes imperatores: sed etiam *commentationibus claros*. Quod argumentum signat B. Hieronymus, præfatione de scriptoribus Ecclesiasticis: ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus sit de iis, qui scribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de *Græcis auctoribus*; tum de *Latinis*. De Græcis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum se feciſſe de illustribus historicis: in quo inter alia tractarit de Philisto historico. De Latinis, argumento sunt plurima. Nam de

de Terentio egisse, ex Suetonio scimus in Terentii vita, Donato perperam tributa. Ad hæc primum de vita Ciceronis librum Gellius citat lib. XV. cap. XXVIIII. eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epist. ad Pammachium. Imo verisimile est, inde esse, tum vitam T. Pomponii Attici, quæ exstat, tum vitam Ciceronis, quam istis claudit verbis: *Hujus de vita & moribus, plura in eo libro persecuti sumus, quam separatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen relegamus.* Aperte indicat, eo nunc de Catone brevius se agere, quia separatim de eodem scripserit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perstrictam habemus, majoris pars est voluminis, in quo Romanorum complurium vitæ continerentur. Et sane in antiquissimo codice Oberti Giffanii ante vitam Attici, legebantur hæc verba: *Ex libro Cornelii Nepotis de latinis historicis.* Reliquit etiam *exemplorum libros*, quos citant Gellius lib. VII. c. XVIII. & Charisius lib. I. *Alia* quoque ejusdem laudant veteres: sed non item, quæ ad historiam pertineant. Nam ex *epistola ejus ad Ciceronem* quædam Lactantius adfert lib. III. Instit. Divin. c. XV. quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem epistolæ meminit Tranquillus in Julio c. LV. Amianus Marcellinus initio libri XXVI. ac Priscianus lib. VIII. Imo & secundum Ciceronis epistolarum librum ad Nepotem Macrobius citat lib. II. Saturn. c. I. Quod si quis fragmenta omnia Nepotis desideret, longe

iis

iis colligendis priorum vicit industriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, castigationibus in Plinii lib. XV. c. XXVIII. censet *libellum de viris illustribus*, qui Plinio tribui solet, Cornelii Nepotis esse, adseverat. Etiam Jani hæc Parthasii sententia fuit. Utrius sit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re statuere quidquam ausus est. Immo aliqui, aut Suetonium, aut Tacitum, esse auctorem putarunt: ut indicat Gyraldus dialogismo XVI. Sed omnino sunt Sexti Aurelii Victoris: ut satis nunc constat ex editione Andreæ Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor desumserit. Nam quod Ludovicus Vives lib. V. de tradendis disciplinis Nepotem ait de Græcis solum ducibus scripsisse: id satis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus, Jo. Maria Catanæus, commentario in Plinii librum IV. epist. XXVIII. quæ ad Severum scripta est, etiam *Daretem Phrygium a Nepote translatum* arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ἐπιγραφή. Attamen & hic aqua hæret Vineto, notis in Auson. Idyll. VII. negat esse, qui certi aliquid de translatione hæc ausit adfirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce literis judicium est, satis vident, nec Daretem illum esse genuinum: nec dictionem ejus Augustæam sapere ætatem: sed recentiorem multo. Nepotem autem Cæs. Augusti obiisse ævo, Plinius testatur lib. IX. c. XXXIX. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putet, eum nato jam Christo superstitem fuisse: qui

& Ja-

& Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque ætatem prorogasse, nemo temere dixerit, qui tanti cum in literis nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuisse cogitarit.

SERIES MATERIARUM.

Præfatio.	p. 1.	XV. Epaminondas.	189
I. Miltiades.	6	XVI. Pelopidas.	210
II. Themistocles.	29	XVII. Agesilaus.	219
III. Aristides.	55	XVIII. Eumenes.	237
IV. Pausanias.	61	XIX. Phocion.	266
V. Cimon.	73	XX. Timoleon.	274
VI. Lysander.	82	XX. Reges.	284
VII. Alcibiades.	90	XXII. Hamilcar.	290
VIII. Thrasybulus.	124	XXIII. Hannibal.	297
IX. Conon.	115	XXIV. Cato	324
X Dion.	133	XXV. Atticus.	331
XI. Iphicrates.	151	Fragmenta.	377
XII. Chabrias.	156	Index rerum, vocum &	
XIII. Timotheus.	162	phrasium.	
XIV. Datames.	169		

CORN.

CORN. NEPOTIS[1] VITÆ[2] EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

ARGUMENTUM PRÆFATIONIS.

Occurritur objectioni. Historicus omnia majorum institutis judicat. Diversorum Gentium mores diversi sunt. Græcis & Romanis non eadem decora, honesta & turpia.

1 NOn dubito 3 fore plerosque 4, Attice 5, qui hoc genus 6 scripturæ leve 7, & non satis dignum 8 summorum 9 virorum per-

1 Huic Tulliani ævi scriptori vindicatur hodie liber, qui a nonnullis Æmilio Probo scriptori seculi Theodosiani adscriptus est. 2 Inscriptio confirmatur ex Præf. 8. & ex 5, 4, 6. Cato & Atticus ad hoc volumen non pertinent, uti apparet ex ejus fine 23, 13, 4. 3 Conjicio, existimo Est egregia statim ab initio occupatio. 4 Quod futuri sint plerique. conf. 7, 9, 5. i. e. multi erunt haud dubie. 5 Dedicatur liber T. Pomponio Attico, Nepotis familiari, de quo infra. Aliis est *Attica*, qui ad scripturam & scriptores Græcos, unde hæc hausta sunt, malunt respicere. 6 Formam & rationem. Vell. 2, 52, 2. *hic scripturæ modus.* 7 Vile, humile. 8 Quod non faciat ad tuendam dignitatem, quodque majestatem materiæ non exæquet. 9 Commendatione virtutis, conditione & loco.

personis 1 judicent, cum relatum 2 legent, quis musicam 3 docuerit Epaminondam 4; aut in ejus virtutibus 5 commemorari 6, saltasse eum commode 7, scienterque 8 tibiis cantasse 9. Sed 2
hi erunt fere 10, qui expertes 11 literarum Græcarum 12, nihil rectum 13, nisi quod ipsorum moribus conveniat 14, putabunt. Hi si dixerint 15, non eadem omnibus esse honesta 16 atque turpia 17, sed omnia majorum institutis 3

1 i. e. ipsis summis viris. 2 Perscriptum, tanquam dignum cognitione. 3 Artem canendi voce, fidibus. Alias hoc nomine etiam veniunt artes omnes, quæ ad humanitatem pertinent, & inprimis Poesis. 4 De quo infra 15, 2, 1. s. 5 Pro *inter ejus virtutes*. 6 Minuta quæque annotare vitio vertitur Historico. v. Jul. Capitol. Opil. Macrin. c. 1. Nepos ita temperavit scriptionem, ut digna memoratu quæreret maxime, sequestratis rebus levioris momenti, nisi ad ingenia moresque regionis ac hominum cognoscendos facerent. 7 i. e. concinne, apte ad modos ac numeros, eleganter; ita apud Svet. Aug. c. 79. commoditas membrorum, pro concinnitate. 8 Perite atque ex arte. Svet. Tit. c. 3. *ut qui cantaret & psalleret jucunde scienterque*. conf. Fragm. 6, 3. 9 insiasse tibias, rejectas olim a Pallade, cum observasset oris inde deformitatem. 10 Scilicet, utique. 11. Ignari, rudes. 12 Historiarum & rerum Græcarum. Literæ enim omnes disciplinas liberales & imprimis Philologiam atque Historiam notant. 13 Honestum, laudabile. 14 Moribus gentis receptum sit. Ita affecti Parthi apud Tac. A. 2, 2, 5. sqq. 15 Observaverint, perceperint. 16 Apud omnes decora, πρέποντα. Artabanus Themistocli apud Plutarchum: νόμοι διαφέρουσι ἀνθρώπων, ἄλλα δ' ἄλλοις καλά. 17 Vel vere, vel opinione. Aristoteles Eth. 1, 3. & 4, 9. τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἱρέτα, τὰ δὲ κατὰ δόξαν.

tis 1 judicari; non admirabuntur, nos in Grajorum 2 virtutibus exponendis mores eorum 4 secutos 3. Neque enim Cimoni 4 fuit turpe Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam 5 habere in matrimonio: quippe 6 cum ejus cives 7 eodem uterentur inſtituto 8. At id quidem noſtris moribus 9 nefas 10 habetur. Laudi in Græcia ducitur 11 adoleſcentulis 12, quam plurimos habere amatores 13. Nulla Lacedæmoni 14 tam eſt nobilis vidua, quæ non ad

1 Moribus & conſuetudinibus, prout olim introductum eſt. Sed in his caute verſandum, recta a pravis diſcriminanda, & ad pietatis regulam exigenda ſunt omnia. 2 Græcorum. 3 Reſpexiſſe. 4 De quo infra 5, 1, 2. 5 Eodem patre natam, eodem germine. Adde de matrimonio talium Philonem περὶ τῶν ἐν εἴδοσι νόμων. Apud Ægyptios talem etiam uſu fuiſſe, auctor eſt Diod. Sic. 1. 27. Divina lege prohibitum. v. Levit. 18, 9. 6 Nimirum. 7 Athenienſes 8 Conſuetudine, ritu. 9 Jure civili Rom. civiliter & quaſi more civitatis. 10 Probrum, turpe, peccatum. 11 Tribuitur. 12 Pueris & virilis generis adultioribus perſonis, qualis Alcibiades, ad cujus exemplum ex 7, 2, 2. noſter reſpicit. 13 Non tam pulchritudinis externæ, quam animæ atque indolis ingenuæ; quam in pueris amaſſe Socratem, Platonem, Xenophontem veriſimile eſt. v. Rittershuſii not. ad Phædr. fab. 59. p. 128. & de amore Socratis quatuor diſſertationes apud Max. Tyrium. 14 Utrumque dicitur: Lacedæmone & Lacedæmoni. Cum Lycurgi adhuc legibus ſtaret civitas, comœdias & tragœdias ne ſpectare quidem fas erat; ſed poſtea in luxum & delicias prolapſa, per mulieres maxime.

ad ſcenam 1 eat mercede conducta. 2 Magnis 5 in laudibus 3 tota fuit Græcia, victorem Olympiæ 4 citari 5, in ſcenam vero prodire, 6 & populo eſſe ſpectaculo, 7 nemini 8 in eisdem gentibus 9 fuit turpitudini, quæ omnia apud nos 10 partim infamia 11, partim humilia 12, atque ab honeſtate remota 13 ponuntur. 14 Contra ea 15 pleraque noſtris moribus ſunt 6 decora 16, quæ apud illos 17 turpia putantur. Quem enim Romanorum 18 pudet uxo-

1 In theatrum, in ludos ſcenicos: pars ponitur pro toto. Scena eſt umbraculum theatrale. 2 Pretium ſibi dari poſtulat. 3 Variatio ejus, quod modo dictum erat *laudi ducitur in Græcia*, ubi *in* h. l. omiſſum additur, uti & mox §. 6. 4 In ludis Olympicis. *v.* infra 7, 6, 3. Olympionices victor vocabatur, qualem eſſe *apud Græcos prope majus & glorioſius, quam Romæ triumphaſſe.* Cic. pro Flacco c. 13. Olympia urbs eſt in Elide, ſic dicta a ſimulacro Jovis Olympii, olim Piſa hodie Langanito. 5 Voce præconis declarari, prædicari, ut omnibus innoteſceret. De præconibus ludorum gymnicorum egregius locus Cic Epiſt. fam. 5, 12. 6 Actitandis ſcilicet fabulis. 7 Quæſtus cauſa. 8 Præter virgines, quibus idem vitio datum. 9 Pro apud easdem gentes. 10 Romanos puta, apud quos hiſtriones expertes erant honorum & numerum civilium. 11 Probroſa, dedecoroſa. 12 Infra dignitatem viri boni poſita. 13 Inhoneſta, non convenientia honeſtati. 14 Habentur, exiſtimantur: Translatio a calculatoribus ducta, qui prout calculum poſuerunt, ita valet. 15 Pro quo alii ſimpliciter *contra*. Sic Cæſ. B. G. 5, 29. B. C. 3, 74. &c. 16 Τὰ πρέποντα, honeſta aut honeſto non adverſa. 17 Græcos. 18 Teſtimonio de Romanis eſſe poteſt ipſe Cicero ad Attic. 5, 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0028
DFG

uxorem 1 ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum locum 2 tenet 3 ædium, atque in celebritate 4 versatur 5? quod 7 multo fit aliter 6 in Græcia. Nam neq; in convivium adhibetur 7, nisi propinquorum: neque sedet 8, nisi in interiore parte 9 ædium, quæ gynæconitis 10 appellatur, quo nemo accediti 11, nisi propinqua cognatione conjunct 9 12 Sed plura 13 persequi 14 tum magnitudo 15 voluminis 16 prohibet, tum festinatio, ut ea expli-

1 Notanter: nam virgines arcebantur a conviviis, quibus nec apud alias gentes mulieres interfuisse colligitur ex Historia Belsazaris Dan. c. 5. & Herodis Marc. 6, 24. adde Lips. ad Taciti Ann. XI. not. 10. Bernegg. ad Just. 7, 3, 3. & quæst. III. ad Germ. Tac. 2 Celebriorem partem, atrium ipsum seu aulam. 3 Agit in eo loco & lanas texit. 4 In luce & frequentia hominum. Ubi non est solitudo, sed ubi plures commeant. Sic Cic. ad Att. 3, 7. & 11, 3. Tac. H. 2, 64, 1. Quintil. declam. 265. Celeberrimæ viæ, quas multi assidue celebrant & frequentant. 5 Notam se facit, prodit in loca frequentata concursu hominum. 6 Alius mos est. 7 Adducitur cum viro. Philodamus Græcus ipse & civitatis suæ princeps in Cic. Verr. 1, 26. *negat moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumbant mulieres.* 8 Commoratur & opus facit. 9 Ad illam consuetudinem respicit Ter. Evn. 3, 5, 31. 10 Alias Gynæceum, locus in ædibus mulieribus a conspectu virorum remotis ad habitandum datus. v. Vitruv. 6, 10. 11 Visitandi causa. 12 Vellej. 2, 41, 2. conjunctissimus sanguine. 13 Præcisio elegans. 14 Scil. prolixe, longo sermone. Sic Cic. Off. 2, 24. *Has res commodissime Xenophon persecutus est &c.* Eadem ratione simplici *sequi* usos veteres docet Buchn. in Thes. 15 Modus, quantitas. 16 De suo libro auctor loquitur, cujus magna pars deperdita est, præsertim de rebus Romanorum.

plicem 1, quæ exorsus sum 2. Quare ad propositum veniemus 3, & in hoc exponemus 4 libro vitas 5 excellentium Imperatorum.

1 Historice narrem. 2 Quæ suscepi scribenda. 3 Ordiemur scriptionem, vel id quod susceptum est. 4 Infra 16, 1. *Pelopidæ de virtutibus dubito quemadmodum exponam.* 5 MSer. habent *de vita*, uti & 15, 4, 6. Sic locus Servii inter fragmenta c. 3, 2. confirmat, Nepotis librum *vitam illustrium* inscribi. Plane ita Jul. Higinus libros suos inscripsit *de vita rebusque illustrium virorum*, ut Gellius laudat 5, 27.

I.
MILTIADES.

ARGUMENTUM.

1. *Miltiades dux colonorum in itinere a Lemniis irridetur. 2. Chersoneso potitus Lemnium capit, & Cycladas. 3. Dario Scythis bellum inferente, pontis custos consilium dat excutiendæ dominationis Persicæ; sed ab Histiæo impeditur. 4. Eodem rege in Græcos movente auctor suis est, ut obviam hosti eant. 5 Ante sociorum adventum vincit eundem Marathonia pugna. 6. Victoriæ præmium accipit. 7. Pari oppugnatione omissa damnatus in vinculis moritur: 8. Vera caussa damnationis, metus populi.*

Milti-

I Miltiades 1 Cimonis 2 filius Athenienſis, cum & antiquitate generis 3, & gloria 4 majorum 5, & ſua modeſtia 6, unus omnium maxime floreret 7; eaque eſſet ætate 8, ut non jam ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere 9 cives poſſent ſui, talem futurum, qualem cognitum 10 judicarunt: accidit, ut Athenienſes Cherſoneſum 11 colonos 12 vel-

1 v. Plutarch. in vita Cimonis Herod. lib. 6. Pauſan. in Atticis. Ælian. 12, 35. Plato in Georgia. Cicero de Fin. 2, 21. pro Sex. 67. Tuſc. 4, 19. Val. Max. 5, 3. ext. 3. & 8, 14. ext. 1. Juſtin. 2, 9. & 15. Gel. 17, 21. Frontin. Strat. 4. 7, 43. Suidas in voce Miltiad. Ab eo Nepos fecit initium, quia *poſt expeditionem Trojanam ad pugnam usque Marathoniam nil prædicatione dignum Græci geſſiſſe videntur*, ut ait Zoſim. 1, 2. 2 Cypſeli filium vocat Herodotus, quem Nepos cum juniore Cimoni confudiſſe dicitur. Sed ille ſæpe conqueritur, quod alia atque alia inveniantur apud Hiſtoricos. 3 Reſpicit nobilem proſapiam & originem ab Æaco Jovis filio repetitam; avum ejus paternum Tiſagoram genus ad Codrum retuliſſe autor eſt Scholaſtes Ariſtidis. 4 Reſpicit facta nobilia. 5 Bene meritorum. 6 Intelligitur civilis communique ſenſui & legibus congruens animus. Talis aderat Neroni Germanici F. Tac. A. 4, 15, 8. 7 Clarus eſſet ac celebris. 8 Juventute adhuc integra, in qua ſpes emicat incipitque abire in rem. 9 Id quod plus eſt quam ſperare. 10 Factis ſpectatum. 11 Thracicam peninſulam abſolute ſic vocat, quam alluit Mare Ægæum & Helleſpontus. Sunt & aliæ Cherſoneſi, *Taurica* in Euxino & Mæotide, *Aurea* ſupra Gangem, & *Cimbrica* ſeu Danica. 12 Novos incolas. Græci enim, cum civitas abundaret hominum numero, emittebant armis inſtructos, ut terram ſibi, quam colerent, acquirerent, quam coloniam vocabant.

vellent mittere. Cujus generis 1 cum magnus 2 numerus 2 esset, & multi eius demigrationis 3 peterent societatem 4: ex his delecti Delphos 5 deliberatum 6 missi sunt, qui consulerent Apollinem 7, quo potissimum duce uterentur. Nam tum Thraces 8 eas regiones tenebant 9, cum quibus armis 10 erat dimicandum 11. His consulentibus nominatim 12 Pythia 13 3 præcepit 14, *ut Miltiadem sibi imperatorem* 15 *sumerent. Id si fecissent, incepta* 16 *prospera*

1 Pro *quorum*. Eleganter pro simplici Relativo ad præced. colonos. 2 Non pauci. 3 Scil. in coloniam. 4 Solam rei participationem notat. 5 Templi & oraculi celebritas hanc Achajæ urbem reddidit toto orbe clarissimam. Cic. pro M. Fontejo vocat orbis terræ oraculum donis refertum omnium populorum & Regum. Ex antro spiritus adscendebat, cujus furore acta anus fatidica tripodi aureo insidens edebat responsa. 6 Similis locus 2, 2, 2. Consultandi verbo sic usus Tac. A. 2, 54, 4. Deliberare hic idem est, quod consulere seu quærere ex aliquo, quid faciendum; Ergo Tavtologiæ speciem habet quod sequitur, qualis & infra 13, 3, 2. 7 Deum præsidem ipsius oraculi Delphici. 8 In tantum bellicosi semper, ut ipsum Martem fabulæ apud eos natum esse confirment, ut ait Vegetius 1, 28. 9 Vi & armis, nullo juris titulo. Sic Virg. Æn. 1, 626. Vastabat Cyprum & victor ditione tenebat. 10 Pleonasmus augendæ rei causa adhibitus; postea absolute *dimicare* ponitur. 11 Præliandum. 12 Expresso nomine, absque intricatis ambagibus, quibus alias usus Apollo ille λοξίας. 13 Ut Apollo Pythius dictus a cæso serpente Pythone, ita sacerdos Pythia dicta, quæ sacra procurabat. Alio nomine Phœbus. 14 In responso, quod dedit. 15 Ducem στρατηγόν. 16 Propositum. Sic Ter. Heavt. 1, 1, 67. & 4, 6, 7.

4 *spera futura* 1. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta 2 manu classe 3 Chersonesum profectus, cum accessisset Lemnum 4, & incolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Athenienſium, idque ut Lemnii sua sponte 5 facerent, postulasset; illi irridentes 6 respon-
5 derunt 7, *tum id se facturos, cum ille domo* 8 *navibus* 9 *proficiscens vento* 10 *aquilone veniſſet Lemnum.* Hic enim ventus a septentrionibus 11 oriens, adversum tenet 12 Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non
6 habens 13, cursum 14 direxit 15 quo tendebat 16, pervenitque Chersonesum 17. Ibi

1 Felicem habitura eventum. 2 Non semper præstantiam notat hæc vox, sicut vulgo existimant, sed certos homines ad negotium destinatos nominatosque. 3 Sic paulo post *navibus.* 4 Insula est Lemnus maris Ægei, hodie Stalimene, & adhuc terra Lemnia celebris, quam & sigillatam vocant. 5 Ne qua vi opus esset & armis. 6 Despicientes postulata Miltiadis. 7 Non per puram & simplicem negationem, sed per ironicam conditionem; & ut tutius irrideant, in verbis pacti omnia curiose cavent. Similis illusio apud Curt. 7, 11. 5. & 24. 8 Ne aliunde veniat; sed decepti in eo, quod non Athenis dixerant. 9 Ne terra eat. 10 Ne quis de situ loci interpretaretur. Alioquin non infrequens Pleonasmus. 11 A septentrionali mundi parte. Triones boves dicti a terendo, & hinc nomen septem Stellis, quæ plaustrum cœleste constituunt. 12 Suo flatu contrarius est, adversatur. Translatio ab acie directa contra alteram. 13 Non cunctatus diu uno loco, ne amitteret occasionem rei gerendæ. 14 Maritimam profectionem. Nam & currere navigare est. 15 In navigatione sua. Sic præter Cæs. B. C. 3, 25 locuti Vellej. 1, 4, 1. & 2, 19, 4. Curt. 10, 1, 17. Cic. de nat. deor. 2, 13. Just. 22, 5, 1. 16 Ad terminum itineris. 17 Navigando eo provectus est.

Ibi brevi tempore barbarorum 1 copiis dis- II.
jectis 2, tota regione, quam petierat, potitus, loca castellis 3 idonea communivit: multitudinem 4, quam secum duxerat, in agris collocavit 5: crebrisque excursionibus 6 locupletavit 7. Neque minus in ea re prudentia, quam 2
felicitate 8, adjutus est. Nam cum virtute militum devicisset 9 hostium exercitus, summa æquitate 10 res constituit 11, atque ipse ibidem manere decrevit 12. Erat enim inter eos digni- 3
tate

1 Thracum. 2 Dissipatis. Ita Cæs. B. G. 1, 25. *disjecto phalange.* Tac. A. 2, 45, 3. disjectas per catervas. 3 Munimenti genus minus adhibuit. Majus *castrum* dicitur, quod vallo, fossa & turribus cingitur. Herodotus memorat, Isthmum Chersonesi Miltiadem præsepsisse muros & ita Apsinthios cohibuisse. 4 Colonos deductos. 5 Agros illis assignavit, quos colerent, ibique domicilium figerent. 6 Quæ prædæ ab hoste agendæ causa fiebant; Latrociniis versus, quam justo bello. Illis temporibus adversus eos, qui nullo fœderis jure continebantur, justa omnis injuria erat. 7 Auxit, fecit ut hoc magis rerum copia abundarent. 8 Utraque causa necessaria Imperatori. Sic Flavianis ducibus non minus sæpe fortuna quam ratio affuit. Tac. H. 4, 59, 3. Ad constituendum Romanum imperium virtus & fortuna videntur contendisse. Flor. Præf. 2. Pompejum majore fortuna quam sapientia fuisse judicat Sallustius de rep. ord. 1, 13. conf. infra 8, 1, 1. 9 Penitus vicisset, ad internecionem cecidisset, ut nullæ ad resurgendum vires essent. 10 Juxta ἐπιείκειαν civilem & ἰσονομίαν seu æquam libertatem populo gratam. 11 Ordinavit formavitque statum regionis. 12 Ne desiderium revertendi apud alios oriretur.

tate regia 1, quamvis 2 carebat nomine 3. Neque id magis imperio 4, quam justitia 5, consecutus. Neque eo secius 6 Athenienſibus, a quibus erat profectus 7, officia præstabat 8. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate 9 perpetuo imperium obtineret 10, qui miserant, quam illorum, cum quibus erat 4 profectus. Chersoneso tali modo constituta 11 Lemnum revertitur 12, & ex pacto 13 postulat, ut sibi urbem 14 tradant. Illi enim dixerant, *cum vento* 15 *borea domo profectus eo perveniſſet, sese dedituros: se autem domum* 16 *Cher-*

1 Non modo auctoritate, sed & potestate *regis*. 2 Cum Indicativo h. l. construitur, uti & ap. Liv. 2, 40. Ovid. Pont. 1, 6, 45. Virg. Ecl. 3, 84. Vani sunt ergo Grammatici, qui ad conjunctivum unice restringunt. 3 Titulo & inanibus illis, ut vocat Tacitus A. 4, 11, 4. Re contentus invidiosum nomen remisit. conf. Tac. H. 2, 62, 3. & 4, 11, 3. hodie multi sine re titulos aucupantur. 4 Sic Evander auctoritate magis quam imperio regebat loca. Liv. 1, 7. 5 Non tam potestate jurisdictionis, quam æquitate moderatæ administrationis. conf. c. 8, 3. 6 Et nihilominus. 7 Supplent nonnulli, *quam ii, quibuscum erat profectus*. 8 Tanquam civis civibus & magistratui Athenienſi, cum nota obsequii erga imperantes. Locutio familiaris auctori: in Attico ter occurrit. 9 Bona gratia, venia. 10 Haberet & administraret. 11 In justam formam redacta, statu imposito, rebusque ac provinciis ordinatis. 12 Solvens ex Elæunte. 13 Ex Conventione, κατὰ συνθήκην. 14 Insulam totam, in qua præcipuæ urbes erant Mytina & Hephæstiæ. 15 Qui antea Latine aquilo. 16 Urbem & in ea domicilium. Subintellige; dixit Miltiades.

Cherſoneſi 1 *habere.* Cares 2, qui tum Lemnum incolebant, etſi præter opinionem res ceciderat 3, tamen non dicto 4, ſed ſecunda fortuna 5 adverſariorum capti 6, reſiſtere auſi non ſunt 7; atque ex inſula 8 demigrarunt. Pari felicitate ceteras inſulas quæ Cyclades 9 nominantur, ſub Athenienſium redegit poteſtatem. 5

Eisdem temporibus Perſarum rex Darius 10, III. ex Aſia in Europam exercitu trajecto 11, Scythis bellum inferre 12 decrevit. Pontem fecit in Iſtro 13 flumine, qua 14 copias traduceret.

Ejus

1 Pro in Cherſoneſo. Non urbis ſed peninſulæ nomen eſt. Eadem Syntaxis Ter. Phor. 5, 7, 49. *Lemni habuit.* Cæſ. B. C. 3, 106. *Cypri viſum.* conf. Juſt. 6, 1. 7. 2 Populi e Caria oriundi, quæ Aſiæ minoris eſt regio. Sed Herodotus Pelasgos Lemnum incoluiſſe per id tempus ſcribit. 3 Evenerat, contigerat. 4 Ex pacto & convento, quia ſerium non fuiſſet, & de Miltiadis domo Athenis, non de alia quæſita ſpopondiſſent. 5 Succeſſu, rebus florentibus ob devictam Cherſoneſum. 6 Moti. 7 Hephæſtienſes ceſſere poſtulatis. Myrinæi vi expugnati & ejecti ſunt. 8 Quam ſcil. incoluerant. 9 Inſulæ in mari Ægæo, a cyclo vel circulo ſic dictæ, quia Delum cingunt, quæ in medio eſt, inſtar circuli. Sporades contra in mari ſparſæ. 10 Hyſtaſpis filius, de quo Herod. 3, 84. ſeqq. Juſt. 1, 10. Val. Max. 7, 3. ext. 2. 11 Per Thraccum Boſporum, quem ponte junxit. 12 Ob negatas ſibi ab Idanthyro Rege filiæ nuptias. *Magna ſcil. neceſſitas* (verba Oroſii 2, 8.) *pro unius libidine hominis ſeptingenta virorum millia periculo mortis exponi.* 13 Iſter, per Germaniam Danubius dictus, celeberrimus Europæ fluvius per Thraciam denique in Pontum Euxinum exoneratur. 14 Sic infra *has* 23, 3, 4. adverbialiter.

Ejus pontis 1, dum ipse abesset, custodes reliquit principes 2, quos secum ex Ionia & Æolide 3 duxerat. Quibus singulis ipsarum urbium
2 perpetua dederat imperia 4. Sic enim putavit, facillime se Græca lingua loquentes, qui Asiam incolerent 5, sub sua retenturum potestate 6, si amicis suis 7 oppida tuenda 8 tradidisset: quibus, se oppresso 9, nulla spes salutis 10 relinqueretur 11. In hoc fuit tum numero 12 Miltiades, cui illa custodia 13 crederetur 14.
3 Hic, cum crebri adferrent 15 nuntii, male rem gerere 16 Darium, premique 17 ab

1 Non tantum ad transitum, sed & ad recursum facti. v. Veget. 3, 7. 2 Primarios urbium cives. 3 Regionibus & coloniis ex Græcia in Asiam deductis, quæ nonnihil in lingua mutarunt, unde Dialectus Ionica, Æolica, Dorica. 4 Præfecerat eos urbibus, & tyrannidem illis concesserat, ut dominari magis quam servire viderentur. Sic Curt. 3, 3, 1. & 3, 13, 14. 5 Græcos illos in Ionia & Æolide. conf. v. 4. 6 In obsequio & fide. 7 Ita vocantur Regum & Principum cognati, consiliarii, satrapæ, præfecti & proceres, v. Lips. ad Tac. A. 6. not. 29. & Comm. in Senec. de Benef. 6, 33. num. 229. Salmas. ad Hist. Aug. p. 47. & 306. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 72. & ad Just. 9, 8, 17. & 34, 3, 3. 8 Scil. imperio. 9 Se Dario prodito & dignitate aut opibus demoto afflictoque. 10 Tuendi status ac dignitatis. 11 Superesset, foret reliqua. 12 Alias *in eis*, vel *inter eos*. 13 Cura tuendi pontis. 14 Committeretur; pons tuendus daretur. 15 Cum nunciarent. 16 Uti adversa fortuna, infelicem esse in bello. Nam amissis nonaginta millibus militum ignominiose refugit. 17 Est venatorium verbum, cum ita urgetur bestia, ut nulla elabendi amplius copia sit, inde ad militiam transfertur, si qui in periculo & angustiis sunt.

ab 1 Scythis, Miltiades hortatus est 2 pontis custodes 3, *ne a fortuna datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent* 4. *Nam si cum his copiis, quas secum transportaverat* 5, *interiisset Darius* 6, *non solum Europam fore tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolerent* 7 *Græci genere* 8, *liberos a Persarum futuros dominatione* 9 *& periculo. Id & facile effici posse, ponte enim rescisso* 10 *regem vel hostium ferro* 11, *vel inopia* 12, *paucis diebus interiturum.* Ad hoc consilium 13 5 cum plerique accederent 14, Histiæus Milesius 15, ne res conficeretur 16, obstitit 17, dicens, *non idem ipsis, qui summas* 18 *imperii tenerent* 19, *ex*

1 Eleganter *ab* ante S. Sic Cic. Fam. *1, 4.* & Att. *10. 4. ab senatu &c.* 2 Juxta Herodotum id fecere Scythæ & approbavit Miltiades. 3 Præfectus. 4 Ne negligerent, ne amitterent tempus rei gerendæ, uti est 7, 8, 6. Sed ut amplecterentur. Sic P. Syrus: Cavendi nulla dimittenda occasio; itemque Cæs. B. G. *5. 33.* & *57.* Curtius dixit opportunitatem dimittere. *4, 4, 1.* 5 Traduxerat. v. §. *1.* 6 Bellax ille & inquietus. 7 In Ionia, Æolide, & aliis eis Taurum montem locis. v. Liv. *37. 35.* 8 Qui genus quidem ex Græcis ducerent, domo tamen & patria Græci non essent. v. §. *2.* 9 Tyrannide. v. Clapmar de arcan. *3, 2.* 10 Pro rescindere *dissolvere* est *2, 5. 1.* Cæs. B. G. *2, 9.* & Cic. de leg. *interscindere.* Just. *2, 13. 5.* & Cæs. B. C. *7, 19. interrumpere.* 11 Vi & armis. 12 Commeatu intercluso. 13 Libertatis recuperandæ. 14 Cum consentirent & approbarent sententiam. 15 Mileti urbis Ionæ præfectus hic fuit. 16 Ne fieret, quod suaserat Miltiades. 17 Impedivit. 18 Scil. partes. 19 Præessent cum perpetuo imperio urbibus easque tuerentur. v. §. *1.*

expedire 1, *& multitudini* 2: *quod Darii regno ipſorum niteretur* 3 *dominatio* 4: *quo extincto* 5 *ipſos poteſtate expulſos* 6 *civibus ſuis pœnas daturos* 7. *Itaque adeo ſe abhorrere* 8 *a ceterorum* 9 *conſilio, ut nihil putet ipſis utilius, quam* 6 *confirmari* 10 *regnum Perſarum.* Hujus cum ſententiam 11 plurimi eſſent ſecuti 12, Miltiades non dubitans, tam multis conſciis 13 ad regis aures 14 conſilia ſua 15 perventura, Cherſoneſum 16 reliquit 17, ac rurſus Athenas demi- 7 gravit. Cujus ratio 18 etſi non valuit 19, tamen magnopere eſt laudanda 20: cum amicior omni-

1 Diverſam eſſe, ut hodie loquuntur, rationem ſtatus. 2 Populo, qui opponitur Principibus, magiſtratibus. 3 Ab eo dependeret. 4 Imperium, autoritas. 5 Dario interfecto cum exercitu. 6 Imperio privatos. 7 Se punitum iri. 8 Se abire, ſe alienum eſſe. 9 Miltiadis & adſtipulantium ei. 10 Stabiliri, perpetuum eſſe. 11 De retinenda dominatione. 12 Hiſtiæus plures habuit adſtipulatores quam Miltiades. 13 Quia multi noſſent. Sic infra 10, 8, 3. *res multis conſciis quæ gereretur, clara,* 14 Similiter Græci: εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. v. Zenob. 3, 9. 15 Ex quibus proditionis argui poſſet. 16 Cujus quaſi Dominus ac Rex Darius fuerat ſecutus. 17 Diſceſſit inde. 18 Sententia cum ratione & conſilium. Ita Curtius 3, 7, 10. plene: *Facile accepta eſt ratio tam ſalubris conſilii.* 19 Non perſuaſit. 20. Non ſi fide, qua obſtrictus erat Dario, ſed ſi moribus illis antiquis æſtimetur, & voluntate ejus, cui nihil ſanctius ac religioſius erat libertate. Huic conſervandæ ac provehendæ omnia cedere debere credebant priſci. Hujus cauſa fidem, jusjurandum & alia officia recte violari exiſtimarunt. v. Cæſ. B. G. 5, 27. & 7, 37. ac 76.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0039
DFG

omnium libertati, quam suæ fuerit dominationi 1.

Darius autem, cum ex Europa in Asiam 2 IV.
rediisset, hortantibus amicis, 3 ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium 4 comparavit, eique Datim 5 præfecit & Artaphernem 6, hisque ducenta peditum millia, & decem equitum 7 dedit: caussam interserens 8, *se hostem esse Athenienſibus* 9, *quod eorum* 10 *auxilio Iones* 11 *Sardes* 12 *expugnaſſent ſuaque præſidia* 13 *interfeciſſent*. Illi 2 præ-

1 Magis respexit bonum publicum, quam commodum privatum. Cum detrimento suæ potestatis, patriæ opes quam Regis augeri maluit. conf. 9, 5, 2. 2 Non pristina via, sed ex Sesto Hellespontum navibus trajiciens. Relictus ab eo Dux Megabyzus Macedoniam Persis tum vectigalem fecit. v. Curt. 5, 8, 16. Just. 7, 3. 3 Adjutoribus rerum gerendarum. 4 Herodotus sexcentas triremes numerat absque navibus hippagogis, in quas equos imposuerunt. 5 Medum genere. 6 Solus Aristophanis interpres vocat Artabazum. 7 Scil. millia, alterutro loco majorem numerum dissimulat autor. v. 1, 5, 4. 10, 5, 3. 14, 8, 2. integram phrasin habes 2, 2, 5. & 4, 1, 2. 8 Dictitans, interponens, ut est 2, 7, 1. Prætextus hic belli fuit & color. 9 His adeo infensus fuit Darius, ut apposita cœna a satellite ter moneri voluerit: μέμνησο Ἀθηναίων, ne scil. ultionis obliviscereturr. 10 Athenienſium & Eretrienſium ope Aristagoras Milesiorum Tyrannus id fecit, v. Herod. l. 5. & 7. 11 Incolæ peculiari dialecto græcæ linguæ usi in minori Asia, quorum præcipua urbs fuit Miletus. 12 Hæc urbs Lydiæ fuit primaria. 13 Milites præsidium agitantes.

præfecti regii, classe ad Eubœam 1 appulsa 2, celeriter Eretriam 3 ceperunt 4, omnesque ejus gentis cives abreptos 5 in Asiam ad regem 6 miserunt 7. Inde ad Atticam 8 accesserunt, ac suas copias in campum 9 Marathona 10 deduxerunt. Is abest 11 ab oppido 12 circiter 3 millia passuum 13 decem. Hoc tumultu 14 Athenienses tam propinquo, tamq; magno permoti, auxilium nusquam 15, nisi a Lacedæmoniis,

1 Magnam istam in Mari Ægæo insulam. 2 Accessus cum navigiis & egressus ex illis simul denotatur. 3 Urbem insulæ maritimam, qua Achajam & Atticam spectat. 4 Septimo obsidionis die. 5 Captivos alio transferendos. 6 Darium, qui Dati interminatus fuerat mortem, nisi captos perduceret, Auctor Platon in Menexeno. 7 Trajectio gentis ex solo patrio in aliud, dominationis apud viros firmandæ repertum consilium. v. 1. Reg. 20, 18. Curt. 5, 5, 5. s. Polyæn. 4. in Philippo Comm. 12. 8 Regionem Græciæ tunc florentissimam, cujus urbes Athenæ, (unde & nomen) Marathon, Eleusis, Aceina. 9 Circum jacentem scil. 10 Est Accusativus Græcus loci illius habitati. 11 Septentrionem versus distat. 12 Absolute pro Athenis, imitatione Græcorum, quibus easdem urbs κατ' ἐξοχὴν dicta ἄστυ. 13 Passibus veteres metiebantur suos lapides & milliaria, mille passus unum lapidem Italicum, 4000 passus unum milliare Germanicum, 10000 hoc loco $2\frac{1}{2}$ mill. germ. facere putantur. 14 Significantius quam pro vocis consuetudine ingruentis magni belli terror & vehementia ita dicitur. 15 Plato Dialogo 3 de Leg. tradit, opem ab aliis quoque Græcorum petitam, sed a nemine præterquam a Lacedæmoniis impetratam; sed & ab his demum confecta pugna.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0041
DFG

niis, petiverunt: Philippidemque 1 cursorem ejus generis, qui hemerodromi 2 vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nunciaret, quam celeri opus esset auxilio 3. Domi autem creati decem 4 prætores 5 qui exercitui præessent, in eis Miltiades 6. Inter quos magna fuit contentio 7, utrum mœnibus se defenderent 8, an obviam irent 9 hostibus, acieq; 10 decernerent. 4

1 Et Herodotus hujus cursoris meminit, quem Φειδιππίδην vocat. conf. Plin. H. N. 7, 20. Cucurrit autem biduo Athenis Lacedæmonem mille ducenta quadraginta stadia secundum Solin. c. 6. 2 ἀπὸ τῆς ἡμέρας κὴ δρόμῳ ingens die uno cursu emetientes spatium. v. Liv. 31, 24, 3. Nobis hodie *die Post.* Antiquissimum sane institutum; Persarum initio, quibus Angari & Astandæ dicti. v. Herod. 8, 98. Xenoph. Cyropæd. 1, 8. deinde Græcorum, ut h. l. Tandem ab Augusto ad Romanos translatum, ut sub manum annunciari cognoscique possit, quid geratur. v. Suet. Aug. c. 49. cum Casaub. Comm. Symmach. 10. Ep. 37. Brisson. de Regn. Pers. p. 147. Hofmanni Lex. cont. p. 771. Tit. frumentarius. 3 Sed Lacedæm. causati, non licere sibi cum exercitu exire, antequam orbem complesset luna. 4 Plutarchus in Parall. tantum quatuor a populo delectos tradit. 5 Ita teste Asconio in 3. Verrin. vocantur, qui exercitum ducunt, στρατηγοί. De hoc militari magistratu v. Sigon. 4. de rep. Athen. 5. Petit. ad leg. Att. p. 251. sqq. hac voce similiter usi Cæsar & Cic. 6 Plut. in vit. Arist. ut Miltiadi Duci in hac pugna primas defert, ita Aristidi secundas. 7 Acris & ambigua deliberatio; ut sit, ubi plures imperant. 8 Viri sortes nolunt instar fœminarum intra mœnia concludi & obsidionem pati, quam flagitiosam existimant. v. Tac. A. 3, 20, 2. Cæs. B. G. 6, 36. Just. 1, 10, 19. 9 Cum exercitu scil. 10 Pro prælio ponitur.

rent 1. Unus Miltiades maxime nitebatur 2, ut primo quoque tempore 3 castra 4 fierent. Id si factum esset, & civibus animum 5 accessurum, cum viderent de eorum virtute 6 non desperari 7: & hostes eadem re fore tardiores 8, si animadverterent 9, auderet 10 adversus se tam exiguis copiis dimicare 11.

V. Hoc in 12 tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit præter Platæenses 13. Ea mil-

1 Hac voce usi Cæs. B. G. 1, 31. & 6, 8. & 2, 9. & 3, 28. & 5, 16. Cic. ad Att. & de fin. Curt. 4, 1. 8. &c. alii legunt contenderent. Schottus decertarent, quod verbum & 23, 10. 4. occurrit. 2 Svadendo contendebat, causamque paulo vehementius & cum conatu multo agebat. conf. infra 25, 15, 2. Tac. A. 1, 55, 4. 3 Ut primum heri ponet. 4 Locus militaris in campo. Sed in Sing. arcem denotat 7, 9, 3. 18, 5, 7. 5 Fiduciam constantiamque Cæs. B. C. 3, 72. sic extulit: tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit. 6 Fortitudine bellica. 7 Quod crederetur adhuc aliquod in virtute eorum præsidium. 8 Ex præsidentibus cautiores & pro impetu curam usurpaturos. 9 Viderent. Eadem ratio erat Agathocli, cur obviam hosti Pœno in Africam ire mallet. Just. 22, 5, 7. conf. Tac. H. 3, 28, 1. Just. 1, 6, 14. Cæs. B. C. 2, 21. & infra 15, 9, 2. 10 Passive, uti apud Vellej. 2, 56. & sic Livium dixisse notat Voss. 4. de Analog. 13. 11 Quod conarentur, resistere & in aciem exire. 12 Putant Præpos. in abundare, uti & Fr. 12, 8, & s. sic Ter. And. 4, 5, 24. Svet. Claud. 18. Tib. 60. Plaut. Capt. 1, 2, 64. &c. Sed potius est, ut dicamus, eam subaudiri, ubi omittitur. v. Voss. de construct. cap. 44. 13 Plataæ urbs a lata planitie dicta in Bœotia,

mille 1 misit militum. Itaque horum adventu decem millia 2 armatorum 3 completa 4 sunt: quæ manus 5 mirabili 6 flagrabat pugnandi cupiditate 7. Quo factum est, ut plus, quam 2 collegæ 8, Miltiades valuerit 9. Ejus enim auctoritate 10 impulsi 11 Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt 12. Deinde postero 13 die sub montis ra- 3 dicibus 14 acie regione 15 instructa, nova arte 16, vi summa 17 prælium commiserunt 18.

Nam-

1 Scil. auxilium, vel numerum vel manum. Neque enim vox *mille* substantive & nominandi casu ponitur, ut vulgo censent, sed adjectivum est, & additis substantivis suis respondet, si credas Pascas. Grosipp. paradox. lit. Ep. 14. & Gronov. de pec. vet. 1, 10. Sed v. Gellius 1, 16. Sic Cic. pro Mil. c. 20. sic infra 14, 8, 3. *mille hominum.* Horat. Sat. 2, 3, 194. *mille ovium* &c. 2 Corpora scil. si itidem elliptice accipias. 3 Militum. Istam summam ut efficeret, servos Miltiades omnium primus ad pileum vocavit. Paus. in Att. 4 Effecta. 5 Exercitus. 6 Vehementi, ingenti. 7 Alacritate, impetu, ardore, qui quantus fuerit, argumento est, quod octo fere stadia in Persas procurrerunt. 8 Reliqui novem prætores c. 4, 4. s. 9 Consilium ejus audacius præferebatur illis, qui lenta & lenia suaserant. 10 Acquisita ex devictis ante hac insulis, & quia Aristides & Callimachus ultro jam cedebant. 11 Moti, inducti. 12 Posuerunt. 13 i. e. altero, sequente. Sic quoque Cic. pro Mur. Colum. 6, 14. & 12, 25. Liv. 23, 19. *postero anno.* Varro de R. R. 1, 40. 14 Ad ima montis, in ima parte. 15 Ex adverso. 16 Invento ad rem agendam tam solerti quam necessario. Consilium novum vocat 1, 5, 3. & Flor. 4, 2, 32. Alii mallent, *in parte montis summa.* 17 Acerrime, quanquam irriderent Persæ eorum audaciam, quæ res ipsis detrimento fuit. 18 Consixerunt.

Namq; arbores multis locis erant raræ 1, hoc consilio 2, ut & montium tegerentur 3 altitudine, & arborum tractu 4 equitatus 5 hostium impediretur, ne multitudine clauderentur 6. 4 Datis, etsi non locum æquum 7 videbat suis, tamen fretus numero 8 copiarum suarum confligere cupiebat: eoquemagis, quod, prius quam Lacedæmonii 9 subsidio venirent, dimicare, utile arbitrabatur 10. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia pro- 5 duxit 11 prœliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt 12 Athenienses, ut decem-

1 Per intervalla enatæ & tractim. Aliis placet *stratæ*: quia sequitur de consilio, quod naturæ opponitur, & quia non raræ, sed crebræ & densæ sylvæ equitatum impediunt; Sed nimia densitas plane non admittit, raritas cursum & recursum liberiorem impedit. 2 Hoc consilii scopo & ratione non satæ vel stratæ, sed quia aderant, aciei accommodatæ. Miltiades naturæ opus traxit ad consilium. 3 Defenderentur. 4 Longa serie. 5 Cui campus planus aptior est. Saltus Morathonii meminere Paus. 1 Nonnus Dionysius 13, 189. & Seneca Hippol. v. 17. conf. Herm. Hug. de militia equestri 4, 5. 6 Circumvenirentur, si equites, quanto cupiebant, agmine prœliari potuissent. Proprie venatorium verbum est & militare. 7. i. e. iniquum & incommodum. 8 Multitudine. 9 Expectantes plenilunium, aut quia bello cum Messeniis impliciti. 10 Ratione prudens consilium, quia distractis neque dum adunatis copiis hostis infirmior eoque superatu facilior. conf. Cæs. B. G. 1, 27. & 2, 5. & 7, 56. Tac. A. 12, 14, 4. Hirt. B. G. 8, 7, sed eventus hic felix non fuit. conf. de Pyrrho Just. 18, 2, 4. 11 Non omne robur aleæ simul commissurus. 12 Adeo superiores fuerunt.

cemplicem 1 numerum hostium profligarent 2: adeoque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves peterent 3. Qua pugna nihil adhuc 4 est nobilius 5. Nulla enim unquam tam exigua manus 6 tantas opes 7 prostravit 8.

Cujus victoriæ 9 non alienum 10 videtur, VI. quale præmium Miltiadi sit tributum, docere 11. Quo facilius intelligi possit, eandem omnium civitatum esse naturam 12. Ut po- 2
puli nostri 13 honores 14 quondam fuerunt rari 15 & tenues 16, ob eamque caussam gloriosi; nunc autem effusi 17 atque obsole-

1 Decem partibus superiorem. v. Paschal. de Coron. 5, 33. 2 Darent ad interitum. Eo loco etiamnum nocturni hinnientium equorum & militum præliantium tumultus audiri, eorumque spectra apparere dicuntur. 3 In naves se conferrent. Sunium quidem prætervecti post cladem Athenas oppugnatum ibant; Sed ab eodem Miltiade rejecti sunt. v. Herod. & Front. l. c. 4 Vulgo dicitur *hactenus*. 5 Celebrius, illustrius. Plutarchus eam a trecentis autoribus descriptum affirmat. 6 Parvus exercitus. 7 Tantam potentiæ hostilis partem, tantum hostium numerum. Addunt nonnulli *copiasque*. 8 Profligavit, extinxit. 9 Præmium scil. 10 Intempestivum aut ἀσκοπον. 11 Exponere, narrare per digressionem. 12 Translate: consuetudinem, ingenium. 13 Romani scil. cujus mores corruptos suorum temporum perstringit auctor. 14 Maxime virtutis præmia, tituli, pompæ, remunerationes. 15 Infrequentes, quia non ambitioni & gratiæ dabantur, sed virtuti. 16 Non magno sumtu constantes. 17 Largi nimium & quos ad prodigalitatem quandam interpretari possumus.

soleti 1; sic olim apud Athenienses fuisse 2
3 reperimus. Namque huic Miltiadi, qui 3
Athenas, totamque Græciam liberavit, talis
honos 4 tributus est in porticu, quæ Pœcile 5
vocatur, cum pugna depingeretur 6 Marathonia: ut in decem prætorum numero prima ejus
imago 7 poneretur, isque hortaretur 8 milites,
4 prœliumque committeret 9. Idem ille populus 10, posteaquam majus imperium 11 est
nactus, & largitione magistratuum 12 corruptus est, trecentas statuas 13 Demetrio Phalereo 14 decrevit 15. Post

1 Spreti, triti, communes & abortivi, qui crebritate & cumulo vilescunt. Sic Curt. 9, 1, 2. *Jam vilia & obsoleta esse spolia de Persis.* Adde Svet. Aug. 89. 2 Hunc morem obtinuisse. 3 Alii habent *quia*, & pro liberavit *liberarat.* 4 Memoriæ apparatus. Quin & tropæa ex hostium manubiis erecta, quibus se a somno excitari jactabat Themistocles. Plut. & Tull. 4 Tusc. 5 h. e. Varia: ob picturas varias ducum tam Græcorum quam hostium, quibus ista porticus post pugnam Marathoniam Athenis exornari cœpit. In ea cum doceret Zeno, Stoicis nomen datum est, quia στοὰ græce porticum significat. v. Rutgers. var. Lect. 5, 1. Meurs. Att. Lect. 6, 18. Athen. Att. 1, 5. 6 A Panæo fratre Phidiæ. Plin. H. N. 35, 8. 7 Pictura artificiose ad vivum expressa. 8 Allocutione sua prælio firmaret. 9 Initium faceret conflictus. Sic Just. 2, 12, 7. &c. apud Florum similiter *committere aciem, bellum*, pro incipere. v. Ind. Freinshemii. 10 Atheniensis. 11 Prolatis nimirum finibus, *crescentibus cum ipsa magnitudine imperii vitiis.* Flor. 2, 19, 1. 12 Qui ut honores consequerentur, multa largiebantur. 13 Imo trecentas sexaginta, vel *quot luces habet* annus absolutus, ut ait M. Varro. v. Laertius 5, 5. Plin. 34, 6. Strab. 9. p. 274. Voss. de Hist. Gr. 1, 12. Noster numero rotundo usus est. 14 Philosopho illi, Theophrasti discipulo, conf. 19, 3, 1. 15 Decreto publico contulit. Proprium in hac re id verbum fuit. v. Figrell. de Stat. illustr. Rom. c. 15.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0047
DFG

Post hoc prœlium classem septuaginta na- VII.
vium Athenienses 1 eidem Miltiadi dederunt,
ut insulas, quæ barbaros 2 adjuverant, bello
persequeretur 3. Quo imperio 4 plerasque
ad officium 5 redire coegit, nonnullas vi ex-
pugnavit. Ex his Parum 6 insulam opibus ela- 2
tam 7, cum oratione reconciliare 8 non pos-
set; copias e navibus eduxit, urbem operibus
9 clausit 10, omniq; commeatu 11 privavit: de-
inde vineis 12 ac testudinib 9 13 constitutis, pro-
pius

1 Herodotus lib. 6. rem paulo aliter narrat. 2 Persas in bello contra Græcos, a quibus cæteri omnes communi Barbarorum appellatione distinguebantur. v. Strab. 14. p. 373. 3 Inter Romanorum quoque artes, quibus imperium stabilierunt & auxerunt, hæc fuit, ut nulli genti inultum finerent juvare hostes suos. 4 Subintellige: *dum functus est.* 5 Obsequium imperantibus debitum. 6 Unam e Cycladibus candido marmore celebrem. v. Horat. od. 1, 19. *Pario marmore purius.* 7 Superbientem tollentemque animos divitiis & potentia. Infra 5, 2, 5. *opulentia fretus.* adde 4, 1, 3. ac 7, 7, 3. Similiter Tac. 15, 20. 1. Val. Max. 7, 1, 2. 8 Revocare ad officium. *Omnia prius experiri verbis quam armis sapientem decet.* Ter. Evn. 4, 7, 19. Pro *oratione* Gronovius Observ. 2, 10. mavult *ratione*, qua voce ita utitur Vellejus 1, 9, 4. 9 Munitionibus πολιορκητικῆς, quæ constant fossa, vallo & aggere. v. Liv. 37, 5. Tac. A. 6, 41. 2. Cæs. B. G. 2, 12. 10 Circumdedit, interseptit. 11 Annonæ subvectionem mari prohibuit. 12 Vinea erat machina lignea, accessibus, quos tegebat, in oppugnanda urbe serviens. v. Lipsi. Poliorc. 1, 7. Stevvech. ad Veget. 4, 15. Hodie respondet *Galerie.* 13 Testudo erat tabulatum ex trabibus pluteisque factum coriis contectum, ut laterent sub ea milites. v. Lipsi. Poliorc. 1, 8. Stevvech. ad Veget. 4, 12. alia fiebat ex scutis militum, de qua Lipsi. 1, 5. Stevv. 2, 4.

3 pius muros accessit. Cum jam in eo esset 1, ut oppido potiretur, procul in continenti 2 lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio 3 quo casu 4, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis 5 & oppugnatoribus 6 est visa, utrisque 7 venit in opinionem 8, 4 signum 9 a classiariis 10 regiis 11 datum. Quo factum est, ut & Parii a deditione deterrerentur 12, & Miltiades timens 13, ne classis regia adventaret, incensis operibus 14, quæ statuerat 15 cum totidem navibus atque erat profectus 16, Athenas magna cum offensione civium 5 suorum 17 rediret. Accusatus 18 ergo proditio-

1 Cum jam parum abesset. 2 Scil. terra, quæ subaudita vox additur 2, 3, 1. 3 Formula frequens ἀπορητικὴ. 4 De hujusmodi casibus vide observationem Forstneri ad Tac. A. 1. p. 93. s. 5 Qui propugnantes erant in oppido. 6 Qui foris urbem oppugnabant. 7 Et Pariis & Atheniensibus. 8 Coeperunt opinari. 9 Scil. rei patrandæ. *Per noctem flammis, per diem fumo significatur sociis, quod aliter nunciari non potest.* Veget. 3, 5. conf. Cæs. B. G. 5. 48. & 8, 3. 10 Militibus classis. v. Scheffer. de milit. nav. 2, 3. 11 i. e. Darii Regis Persarum, alii legunt *Regis*, quia Reges apud Persas absolute sic dicti. v infra 2, 3, 2. supra *præfecti regii* occurrunt, 1, 4, 2. 12 a voluntate deditionis deducerentur, metuentes sibi a Persis. 13 Metus istiusmodi vocatur Panicus. *Vana ejusmodi pro veris maxime in bello valere*, ait Liv. 34, 12. *Terror hominibus mentem consiliumque eripit.* Hirt. B. Alex. c. 18. 14 Ut supra. v. 2. 15 Ex sudibus & turribus muniverat. 16 Mittere debuisset, qui explorarent rem & cognoscerent, sed ipse se passus est decipi. 17 Quos fortuna deserit simul & popularis favor reliquit. 18 A Xantippo Ariphronis filio.

tionis 1, quod cum Parum expugnare posset, a rege corruptus 2 infectis 3 rebus a pugna discessisset 4. Eo tempore æger erat vulneribus 5, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere 6 non posset, verba pro eo fecit 7 frater ejus Tisagoras 8. Caussa cognita 9, capitis absolutus 10, pecunia 6 multatus est. Eaque lis 11 quinquaginta talentis æstimata est 13, quantus in classem sumtus factus erat 14. Hanc pecuniam quod solvere 15 non poterat, in vincula publica 16 con-

1 Quia pecuniam publicam in usus suos verterat, etiam *ob crimen peculatus* in carcerem conjectus legitur apud Just. 2, 15, 19. Sen. Controv. 9, 1. 2 Scil. pecunia, aliave, qua perfidia emitur, ratione. 3 Non effectis. 4 Abiisset, oppugnationem omisisset. 5 Herodotus refert, ei convulsum seu luxatum femur, dum desiliit ex solario aut maceria. 6 Respondere in judicio, uti effert auctor Dialogi de corrupt. Eloq. c. 36, 9. 7 Advocatus ejus fuit, patrocinatus ei est. 8 Ex Herodoto constat, fratrem multo ante obiisse, & ab amicis causam ejus actam. 9 Examinata, examine & disceptatione judiciaria. 10 Subintellige crimine. Vita concessa, reus capitis non amplius habitus. 11 i. e. tota disceptatio litis & culpæ, quæ in judicium vocabatur. 12 30000 coronatis. v. 15, 4, 1. 13 Tanti pœna finita est, uti loquitur Val. Max. 5, 3, 2. tot talentis damnatus est. Ipsa pecunia multatitia æstimatione delicti decreta. Ex antecedenti consequens notatur. i. e. ex æstimatione delicti multa. v. Sigon. de judiciis 2, 23. & Pollet. Histor. For. Rom. 4, 10. 14 Impensus erat. 15 Aliis est: quod solv. *in præsentia* non poterat. 16 In carcerem, in quo vinculis pedes arctabantur.

conjectus est 1, ibique diem obiit supremum 2.

IIX. Hic etsi crimine Pario 3 est accusatus, tamen alia fuit causa 4 damnationis 5. Nam Athenienses propter Pisistrati tyrannidem 6, quæ paucis annis ante fuerat 7, omnium suorum 2 civium potentiam extimescebant 8. Miltiades multum in imperiis magistratibusque 9 versatus 10, non videbatur posse esse privatus 11, præsertim cum consuetudine 12 ad imperii cu- 3 piditatem trahi 13 videretur. Nam Chersonesi omnes illos, quam habitarat annos, perpetuam

1 Absolutionis maturandæ necessitatem. 2 Extremum, ultimum, scil. vitæ, i. e. mortuus est. 3 Intentato propter Pari obsidionem sine causa omissam. 4 Movens & impellens. Nihil frequentius, quam alienas causas ferre, alias habere. 5 Multæ impositæ & carceris. 6 Quomodo eam occuparit & gesserit, v. in Solonis Epist. ad Epimenidem, quæ est apud Diog. Laert. lib. 1. in Sol. conf. Herod. 1, 59. Just. 2, 8, 6. Val. Max. 1, 3. & 8, 9. Ælian. 8, 16. & Joh. Meursius integro libro omnia complexus est. 7 Obtinuerat, viguerat, etiam in filiis, Hipparcho & Hippia, quorum alter Persas in campum Marathone deduxerat. 8 Semper in metu versabantur & suspecta habebant omnia, uti expressit Thucydides. 9 Imperia præfecturas belli, magistratus urbanas dignitates potissimum notant. 10 Notat actum, operam, exercitationem. 11 Ex imperiis & magistratibus ad ἰσονομίαν privati juris non rediturus facile existimabatur. Sic Liv. 2, 2. *Nescire* Tarquinios privatos vivere. De Demetrio v. Just. 38, 9, 4. 12 Quæ transit in mores & naturam veluti. 13 Animi propensione.

tuam obtinuerat dominationem 1, tyrannusque 2 fuerat appellatus, sed justus 3; non erat enim vi 4 consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem 5 bonitate 6 retinuerat 7. Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni 8, qui potestate 9 sunt perpetua in ea civitate, quæ libertate usa est 10. Sed in Miltiade 11 erat cum summa humanitas 12, tum mira comitas, 4

1 Imperium & potestatem. conf. 1, 3, 5. Hinc Suidas scribit, eum tyrannidis in Chersoneso usurpatæ reum fuisse actum. 2 In bonam partem de imperante & rege olim dici, pervulgatum est. Hic peculiariter sumitur de perpetuo unius in civitate antea libera imperio. v. quæ notavit Fullerus Misc. Sacr. 1, 12. & Salmas. Defens. reg. c. 7. 3 Τύραννος κατὰ νόμον, ut Aristot. loquitur Pol. 3, 3. 4 Quæ est inter præcipuas famosæ tyrannidis notas. 5 Imperandi. 6 Æquitate civilis imperii, a qua Boni cognomen datum Phocioni, 9, 1. 1. 7 Exercuerat, usurpaverat. 8 Voce in deteriorem partem applicata, cum Tyranni olim nomen esset honestum. Euripid. τίς γῆς τύραννος; quis terræ dominus? & alibi, ut est apud Agell. 13, 17. σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίαι, sapientes fiunt reges sapientum consuetudine. 9 In hujusmodi locutionibus supplendæ sunt Præpositiones cum, in &c. 10 i. e. quæ habet imperium populare. Est descriptio τῆς δημοκρατουμένης πόλεως; Et autor videtur clam notare voluisse dominationem J. Cæsaris suo tempore. 11 Inter causas suspecti damnatique Ducis eminentes quoque sunt virtutes. 12 Magis in interna animi affectione atque modestia consistens.

tas 1, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus 2 pateret: magna auctoritas 3 apud omnes civitates, nobile nomen 4, laus rei militaris 5 maxima. Hæc populus respiciens 6, maluit eum innoxium plecti 7, quam se diutius esse in timore 8.

1 Civilitas cultus gestusque externi, nec non sermonis & affabilitatis. Eadem tribuitur patribus apud Livium 5, 3. & 7. Augusto ap. Svet. c. 53. Tito ap. eundem c. 8. & Tac. H. 5. 1. 2. Druso A. 1, 33, 4. *Sp. Melii, Marcique Manlii popularitas signum affectati regni fuit existimata.* Quintil. 5, 9. 2 Facilis accessus fandique copia. 3 Quantum valeat ad regnum, Curtius docet 6, 8, 25. 4 Celebritas, gloria & fama. 5 Rebus bello gestis parata. 6 Considerans. 7 Puniri, iniquo & injusto quidem facto, politico tamen & pro stabilienda democratia potente ac solerte. Hinc Caiphas censebat expedire, ut unus homo moriatur pro populo &c. Joh. 11, 50. 8 Ita timor injuriæ causa fuit. Just. 31, 1, 9. Cic. Off. 2, 7. de Themistocle 2, 8, 1.

II.

THEMISTOCLES.

ARGUMENTUM.

1. Themistocles adolescentia ingenioque usus liberiore. 2. Bello clarus Corcyræo & mox Persico, quo commendat Apollo munia lignea. 3. Pugnatur pari prœlio ad Artemisium: 4. Juxta Salaminem æstu vincitur Xerxes: 5. Et nuntio magis, quam

armis Europa pellitur. 6 Confecto bello Themistocles muros restituit. 7 Spartanos arte elusos acriter reprehendit. 8 In exsilium ejectus varia fuga agitatur. 9 Ejus ad Artaxerxem literæ. 10 Sermo persicus, reditus quarundam urbium, mors & sepultura.

THemistocles 1 Neocli 2 filius Athenienſis. Hujus vitia 3 ineuntis 4 adoleſcentiæ magnis ſunt emendata virtutibus 5: adeo ut anteferatur nemo huic, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt ordiendum. Pater ejus Neocles generoſus 6 fuit. Is uxorem 1 2

1 v. Plutarch. in ejus vita. Herodot. 8. Diod. Sic. Bibliothec. 11. Pauſan. paſſim; Thucydid. 3. Suid. voce Themiſt. Ælian. 2, 12. & 28, 3, 21. & 43, 9, 5. & 18, 13, 40. & 43. ſeq. Polyæn. 1, 30. ſ. & 3, 11, 2. Juſtin. 2, 9. ſeqq. Val. Max. 5, 3. ext. 3. c. 6. ext. 3, 6, 9. ext. 2, 7, 2. ext. 8, 8, 7. ext. 15. & c. 14. ext. 1. Cicero Off. 1, 22. & 30, 2, 5. & 20, 3, 11. & alibi Frontin. 1, 1, 10. c. 3, 6. 2, 2, 14. c 6, 8. &c. 2 Hominis, ut ait Plutarchus, obſcuri. Græca nomina ſæpe commutantur. Sic h. l. *Neocles* & *Neoclus*. Sic *Cotus* & *Cotys* 11, 3, 4. & 13, 1. 2. Sic *Nectanebus* 12, 2, 1. qui Plutarcho *Nectanebis*. conf. 17, 8, 6. Sic Ter. And. 2, 2. *puerum conveni Chremi*. 3 Luxus, incontinentia, amores. Ælian. 2, 12. 4 Incipientis, primæ. Sic *ineunte Januario*, *ineunte ætate* apud Cic. *ineunte vere* apud Cæſ. *ineunte vita* apud Gellium legimus. conf. 7, 2. 2. 5 Turpitudo per virtutes poſtea extincta ac obliterata eſt. Similia exempla v. in Val. Max. 6, 9. Macrob. Saturn. 2, 9. &c. 6 Ex nobili familia ſed absque heroico animo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0054
DFG

rem Acharnanam 1 civem 2 duxit, ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus 3 esset probatus 4 parentibus, quod & liberius 5 vivebat & rem familiarem negligebat 6, a patre ex-
3 heredatus est 7. Quæ contumelia 8 non fregit 9 eum, sed erexit 10. Nam cum judicasset, sine summa industria 11 non posse eam extingui 12, totum se dedit reipublicæ 13, diligentius amicis 14, famæque serviens 15. Multum in

1 De matre non convenit. alii *Curinam*, *Halicarnassiam* ex Halicarnasso Cariæ capite, alii ex MSS. Acharnia oppido Atticæ ortam volunt. 2 De fœmina h. l. 3 Eleganter negationis vicem explet hæc particula. 4 Ægre & gravatim ferebant ejus vitia, adeo ut mater suspendio finiret vitam. v. Val. Max. 6, 9, 2. 5 i. e. nimis licenter & dissolute. Sic Cic. pro Cæl. *Si vidua libere vixerit.* 6 Mollis erat & luxuriosus & prodigus, curru per urbem simul cum quatuor scortis vectus, auctore Athenæo sub finem lib. 12. 7 Propter effusionem ab hereditate submotus. Abdicationis verbo hac in re usi sunt Val. Max. l. c. Sen. Controv. 1, 8. Quintil. Declam. 279. & 290. Plutarcho figmentum videtur, abdicatus & repudiatus vivo patre. 8 Exheredationis seu potius abdicationis. 9 Dejectionem animi non attulit, neglectumque infamiæ. 10 Ad industriam & emendationem excitavit, exacuitque, ut dedecus in gloriam verteret. v. Freinsheim & Loccen. ad illud Curtii 7, 2, 38. *Incitabat virtutem ignominiæ demendæ cupido.* 11 Studio actus civilis & officiorum vitæ. 12 Deleri ejus memoriam & veluti redimi. 13 Loquitur autor de rudimentis civilium officiorum, ut Svetonius vocat. Miltiadis tropæis e somno dicitur excitatus Cic. Tusc. 4, 19. 14 Scil. officiis urbanis opera forensi. Sic. Plaut. Trin. 3, 2, 25. *ut foro operam amicis dare.* 15 Studens parandæ famæ.

judiciis privatis 1 versabatur, sæpe in concionem populi 2 prodibat 3, nulla res major 4 sine eo gerebatur, celeriterque, quæ opus erant 5, reperiebat 6: Neque minus in rebus gerendis 7 promtus, quam excogitandis, erat: quod & 8 *de instantibus* 9 (ut ait Thucydides 10) *serissime judicabat, & de futuris* 11 *callidissime* 12 *conjiciebat* 13. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur 14. 4

Fri-

1 Cum privatim lis oriretur, se immiscuit & composuit, sic peritiam actumque civilem exercuit. De publicis privatisque jud. v. Sigon. de Rep. Athen. 3, 1. Ubb. Emm. T 3. vet. Græc. p. 41. seqq. Sam. Petit. comm. ad leg. attic. lib. 4. 2 Conventibus publicis intererat, in quibus consilia de Rep. bene administranda exponebantur. 3 Agendi dicendique causa. 4 Qualis, ubi vis belli declinanda. 5 Prudentia extemporanea propria ejus & præcipua virtus, 6 Feliciter prompteque inveniebat consilia. addunt aliqui: *Facile eadem ratione explicabat.* 7 Hic actus rerum distinguitur a consilio & facultate reperiendi, quæ ad rem sint. Consultis facta conjunxit, Vell. 2, 79, 1. 8 Duplex prudentiæ officium notatur. 9 Præsentibus: instans & futurum opponuntur. 10 Historicus Atheniensis, cujus locum profert Cicero quoque ad Att. 10, 9. prolixe exponit Bœclerus in Comm. p. 16. sqq. 11 Laudat & prudentiam & industriam ejus in prospiciendis prævidendisque futuris Aristides Rhetor. 12 Perspicacissime & providentissime. 13 Divinabat. tam singularis prudentiæ dos divinatio dicitur 25, 16, 4. &c. 9, 1 14 Ad famæ celebritatem perveniret, imo dignitatibus publicis & magistratibus ornaretur, de quibus sequitur c. 2.

II. Primus autem gradus 1 fuit capessendæ reipublicæ 2 bello Corcyræo 3: ad quod gerendum 4 prætor 5 a populo factus, non solum præsenti 6 bello, sed etiam reliquo tempore 7 2 ferociorem 8 reddidit 9 civitatem. Nam cum pecunia publica 10, quæ ex metallis 11 redibat, largitione magistratuum 12 quotannis interiret 13; ille persuasit populo 14, ut ea pecunia clas- 3 sis centum 15 navium ædificaretur 16. Quæ celeriter effecta, primum Corcyræos 17 fregit 18, dein-

1 Initium honoris. 2 i. e. magistratus gerendi seu administrandi. Similiter Vell. 2, 94, 3. nota phrasis *accedere ad rempubl.* Cic. &c. 3 In eo non egit imperatorem, sed arbiter datus, ut habet Plut. p. 123. inter Corcyræos & Corynthios pro Corcyræis judicavit & bellum composuit. Ergo alii substituunt bellum Ægineticum. 4 Administrandum. 5 A præeundo dictus prætor (hodie Generalis) ducis vicem sustinebat. 6 Eo quod tum gerebatur. 7 In posterum. 8 Bellicosiorem, animosiorem. Ita Tac. H. 2. 24, 3. *ferociſſimos* pro fortissimis dixit. Sic apud Liv. 3, 47. *ferociter facta.* Sinistre alias accipitur. 9 Effecit. 10 Reditus publici. 11 Ex fodinis metallicis in Laurio monte, v. Meursius de fortuna Att. c. 7. 12 Qui viritim donis in singulos puberes drachmis dividebant, juxta Herodot. 7. 13 Exstingueretur, prodigeretur. 14 Idem Dio Prusæus Orat. 25. *de illo* (Themistocle) *audivisti, quod Athenienses novali prælio certare coëgerit, cum antea fuissent pedites.* 15 Ducentarum juxta Herodotum. 16 Hinc Græciæ incolumitas & principatus. Ex nauticis artibus & maritimis commerciis hodienum Batavorum & Venetorum potentia. 17 Æginetas verius. 18 Bello debilitavit, vicit.

deinde maritimos prædones 1 consectando 2, mare tutum reddidit 3. In quo cum divitiis ornavit 4 tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ saluti 5 fuerit universæ Græciæ, bello 6 cognitum est Persico. Nam cum Xerxes 7 & mari & terra bellum universæ 8 inferret Europæ, cum tantis eam copiis 9 invasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam 10. Hujus enim classis, mille & ducentarum navium longarum 11 fuit, quam duo millia onerariorum 12 sequebantur: terrestres autem exercitus 13 septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum 14 millium fuerunt. Cujus de adventu cum fama

1 Sic & Val. Max. 6, 9, 15. piratas vocat. 2 Persequendo. alios eadem tenuit cura, ut vivi illi scopuli atque aræ e mari tollerentur. v. Curt. 4, 8, 15. Flor. 3, 6, 11. &c. 3 Effecit; cum antea esset infestum mare prædonibus. 4 Locupletavit, 1, 2, 1. 5 Quam utile & salutare. 6 i. e. in bello. 7 Darii patris cladem in campo Marathonio vindicaturus. 8 Hyperbole est. conf. Curt. 5, 6, 1. 9 Scil. militum. *immanes barbarorum copiæ* vocantur apud Curt. 4, 1, 11. 10 Variant historici in copiarum numero. Quod Iustinus recenset 2, 10, 18. mendacio quam veritati similius est. 11 H. e. bellicarum, quæ onerariis opponuntur etiam apud Liv. 25, 27. & Cæs. B. G. 5, 25. Isocrates triremes vocat. v. Savilii milit. Rom. p. 69. s. & Gyrald. de navigiis. Andr. Senftleb. in lib. cui tit. *Argo*, seu de navibus veterum & Io. Scheffer de mil. nav. vet. 2, 2. & 4, 1. 12 Quæ latiore ventre & rotundiores. 13 De quibus conf. Herod. 7, 184. s. Diod. Sicul. 11, 5. Plin. 33, 10. Ælian. 13, 3. Iust. l. c. Orosius 2, 10. 14 Simsonius Chron. ad A. M. 3525. conjicit legendum esse *quadraginta*.

ma 1 in Græciam esset perlata, & maxime Athenienses peti 2 dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miserunt 3 Delphos consultum 4, quidnam facerent de rebus suis 5. Deliberantibus 6 Pythia 7 respondit, *ut mœnibus*
7 *ligneis* 8 *se munirent.* Id responsum quo valeret 9, cum intelligeret nemo, Themistocles persuasit, *consilium* 10 *esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent* 11. *Eum enim adeo* 12 *signi-*
8 *ficari* 13 *murum ligneum.* Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes 14: suaque omnia, quæ moveri poterant 15, par-

1 Rumor divulgatus. 2 Scil. bello. Eleganter. Sicut gladio peti aliquis dicitur. verbum gladiatorum. v. Cic. in Orat. c. 68. pro Ligar. c. 3. *cujus latus ille mucro petebat?* 3 Absolute ponitur mittere pro Legatos mittere. 4 Oraculum scil. ejus loci. 5 Quid inceptarent, quid consilii caperent. 6 Oraculum consulentibus. 7 v. Supra 1, 2, 3. 8 Navibus, classe. 9 Quo spectaret, tenderet, pertineret, quid sibi vellet, quid significaret. 10 Responsi scopum & significationem. 11 Transferrent. 12 Alii a Deo, sicuti Justinus: *hujus sententiæ etiam Deum autorem esse.* 13 Ænigmatice ipsius oraculi responso, quod integrum extat apud Herod. l. 7. cujus vis in hoc carmine latet: τεῖχος τριτογενεῖξυλινὸν διδοὶ εὐρύοπα ζεύς. *Murum Minervæ ligneum dat late cernens Jupiter.* 14 Dictæ juxta numerum transtrorum & remorum supra se invicem locatorum, serie quantumvis non directa. 15 Vulgo, mobilia bona, *liegende und fahrende Haab*, Latinis vocantur fixa & moventia. Ammian. 38, 1. vocat *mobilem censum*, Iust 38, 3, 5. *quæcunque aufferri possent.* conf. Tac. H. 5, 19, 2.

partim Salaminem, partim Trœzenem 1 asportant 2: arcem 3 sacerdotibus 4 paucisque majoribus natu 5, ad sacra procuranda 6 tradunt, reliquum oppidum relinquunt 7.

Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat 8, & in terra dimicari magis placebat 9. Itaque missi sunt delecti 10 cum Leonida 11 Lacedæmoniorum rege 12, qui Thermopylas 13 occuparent, longiusque barbaros 14 progredi non paterentur. Hi vim 15 hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt 16. III. At

1 Alii græco more inflectant *Salamina, Trœzena*. Herod. 8, 41. addit *Æginam*. Sunt autem insulæ in sinu Saronico inter Athenas & Peloponesum. 2 Conferunt, asportandi voce usus & Tac. A. 16, 11, 3. 3 Arx Athenarum dicitur 5, 2, 5. de qua Meursius integro libro, quem Cecropiam inscripsit. 4 Quod sacra non viderentur prætermittenda. 5 i. e. Senioribus & ætate provectis, qui in patria occumbere maluerunt, ut Romani apud Liv. 5, 41. 6 Singularis erat cultus, qui alio loco fieri non poterat. 7 Deferunt. 8 Quia adventante hoste arces atque urbes potius muniendæ quam deserendæ. 9 Sententia erat & consilium. 10 Scil. milites. 11 De isto v. Herodot. 7, 219. Strab. 9. Iust. 2. 11. Ælian. 3, 25. Oros. 2, 9. Val. Max. 3, 2. Meminit & Seneca Epist. 82. Cic. Tusc. 1, 24. Agell. 3, 7. 12 Quanquam Resp. Aristocratica erat, tamen Regem habebant, cujus potentiam Ephori coercebant. 13 Angustos illos aditus ex Thessalia in Bœotiam, unde & nomen pylarum i. e. portarum; altera vocabuli pars est ab aquis calidis, quæ sunt in illis faucibus. v. Liv. 36, 15. 14 Hostilem eorum exercitum. 15 Impetum, hostes obruentes ingentibus catervis. 16 Non victi sed vincendo fatigati; iverant parato ad moriendum animo. Leonida illis prandentibus dixerat: Pergite animo forti, hodie apud inferos cœnabimus.

2 At classis communis Græciæ, trecentarum navium, in qua ducentæ 1 erant Athenienſium, primum apud Artemiſium 2, inter Bubœam 3 continentemque terram 4 claſſiariis 5 regis conflixit. Anguſtias 6 enim Themiſtocles quærebat, ne multitudine 7 circumiretur 8. 3 Hic etſi pari prœlio 9 diſceſſerant 10, tamen eodem loco non ſunt auſi manere: quod erat periculum, ne ſi pars navium adverſariorum Eubœam ſuperaſſet 11, ancipiti premerentur 4 periculo 12. Quo factum eſt, ut ab Artemiſio diſcederent; & ex adverſum 13 Athenas apud Salamina 14 claſſem ſuam conſtituerent 15.

At

1 Numerus certus pro incerto. Herodot. pr. l. 8. ſolum Atticas memorat 127. 2 Promontorium illud Eubœæ. 3 Inſulam in Helleſponto ſeu Propontide ſitam. 4 Regionem continua ſerie terræ adhærentem, quæ & mari & inſulæ opponitur. 5 Qui mari ac navibus militant. 6 Anguſta loca. 7 Pro *a multitudine*. Sic Cic. Phil. 13. circumiri totius belli fluctibus. Sed cum Præpoſitione jungitur 14, 7, 3. 8 Clauderetur, (1, 5, 3.) quia minor numero erat. 9 Æquis manibus, ut Tac. loquitur A. 1, 63, 3. Pindarus tamen poëta Artemiſium φαεναὰν κρηπῖδα ἐλευθερίας vocat, quaſi ex iſta pugna Græci animos cœperint, ut arbitrarentur, ſe in libertate patriæ defendenda Xerxe poſſe ſuperiores eſſe. 10 Neutro victo aut victore. 11 Occupaſſet. 12 Utrinque hoſtibus occurrentibus, & a fronte & a tergo. Eodem fere modo Curt. 7, 4, 6, ſ. 3, 7, 9. 5, 4, 31. &c. 13 E regione ad Athenas. eadem voce uſi Cic. divin. 1, 45. Ter. Ad. 4, 2, 45. & Ph. 1, 2, 38. & 47. Sic infra 8, 2, 7. in MSS. pariter legitur *ex adverſus Thraſybulum*. v. Gell. 7, 7. Voſſ. de Analog. 4, 23. 14 Inſulam, quæ in Golfo d'Engia hodie Coluri aut alio nomine Elbeza dicitur. 15 Idque magno labore Themiſtoclis, cum multi ſe domum reciperent.

At Xerxes, Thermopylis 1 expugnatis, pro- IV.
tinus accessit astu 2, idque 3 nullis defendenti-
bus, interfectis sacerdotibus, quos in arce in-
venerat, incendio delevit 4. Cujus 5 flamma 2
perterriti classiarii cum manere 6 non aude-
rent, & plurimi hortarentur, *ut domos suas 7 dis-*
cederent, mœnibusque 8 se defenderent; The-
mistocles unus 9 restitit 10, *& universos 11 esse pa-*
res 12 ajebat, *dispersos* 13 testabatur 14 *perituros.*
Idque Eurybiadi Regi Lacedæmoniorum 15,
qui

1 De quibus c. 3, 1. 2 Astu vel ἄστυ; græca vox, significat urbem vel oppidum, & de Athenis κατ' ἐξοχήν dicitur. v. Ter. Evn. 5, 5, 12. Cic. de Leg. 2, 2. conf. Voss. instit. Orat. 4, 10, 5. 3 Scil. ἄστυ, quod nulli defendebant. arcem via ardua & præcipiti conscensam expugnarunt Persæ. 4 Sic Florus 2, 6, 59. *castra facibus illatis delevit.* Curt. 3, 10, 9. *templa ignibus deleta.* Idem dixit 5, 7, 10. & 9, 4, 7. *delere urbem.* 5 Scil. incendii. Salamis tam longe non distat Athenis, ut flamma incensæ urbis cerni non potuerit. conf. supra 1, 7, 4. & illud Claudiani in Entr. 2, 471. *longe spectari puppibus urbes accensas, lucere fretum.* alii habent *fama* pro *flamma.* 6 Expectare hostem. 7 Alii interponunt *quisque.* 8 Intra urbem. 9 Solus. 10 Se opposuit. 11 Conjunctos & unitos, quorum vis fortior. 12 Robustos satis. Sic Cic. ad Att. 8, 12. *nos dis-*
jecta manu pares esse adversariis non possumus. conf. Iust. 7, 6, 4. tum ipse Nep. 7, 6, 2. 18, 8, 4. & 23, 10, 4. 13 Divisos, distractos, in commune non consulentes. Conf. Cæs. B. G. 6, 34, 8. Tac. Agr. 12, 2. s. Frontin. 1, 10, 1. 14 Asseverabat, denunciabat. 15 Baculum ille sustulit ad pulsandum Themistoclem. Hic vero, feri, inquit, sed audi tamen; qua moderatione ad saniora consilia reductus. Plut.

qui tum ſummæ imperii præerat 1, fore adfir-
3 mabat. Quem cum minus, quam vellet, mo-
veret 2, noctu de ſervis ſuis 3, quem habuit fide-
liſſimum 4, ad regem ſimiſit, ut ei nunciaret ſuis
4 verbis 6: *adverſarios ejus 7 in fuga eſſe* 8: *qui*
ſi diſceſſiſſent 9, *majore cum labore* 10, *& longin-*
quiore 11 *tempore, bellum confecturum* 12, *cum*
ſingulos conſectari 13 *cogeretur. Quos ſi ſtatim*
aggrederetur 14, *brevi* 15 *univerſos oppreſſu-*
rum. Hoc eo valebat 16, ut ingratiis 17
ad depugnandum 18 omnes 19 cogeren-
5 tur. Hac de re audita barbarus 20 nihil do-
li

1 Summus dux erat, omnis adminiſtratio gerendi belli ei erat commiſſa; Athenienſium & Themiſtoclis conceſſit. Herod. 2 Cum ei non poſſet perſuadere. Ita circumloquimur ex ingenio rei, quod ſimpliciter erat, *non movit*. 3 i. e. ex ſervis vel inter ſervos. 4 Filiorum ſuorum pædagogum, ut narrat Herod. *8, 75.* Plut. & Poliæn. Sicinum vocatum referunt. 5 Xerxem; de quo Stratagemate Front. Poliæn. Iuſt. 6 i. e. ſuo nomine. 7 Hoſtes Xerxis, Athenienſes cum ſociis. 8 Fugam meditari adornare. 9 In civitates. 10 Difficiliorem rem Xerxi futuram. 11 Longiore, diuturniore. Sic *longinqua oppugnatio* ap. Cæſ. B. C. *3, 80.* &c. v. Gronov. obſ. *4, 11.* Ita Alexander M. veritus longam belli moram, ſi Perſæ exercitum diviſiſſent apud Iuſt. *11, 13, 3.* 12 Finiturum. conf. *6, 1, 1.* 13 Inſectari, cum ſtudio & labore aggredi. 14 Bello perſequeretur. 15 Scil. tempore, uti eſt *1, 2, 1.* 16 Spectabat. v. ſupra c. *2, 7.* 17 Id eſt inviti & nolentes. Cic. pro Quinct. c. *14. Extorquendum eſt invito atque ingratiis.* conf. Ter. Ev. *2, 1, 14.* Heav. *3, 1, 37.* Ph. *5, 6, 49.* Ex Plaut. Caſin. *2, 5, 7.* & Merc. *2, 4, 11.* colligitur, *ingratiis* non eſſe adverb. ſed nomen, teſte Voſſio Gram. 3, 2. p. 13. 18 Ad prælium committendum, *19* Et Græci & Perſæ. 20 Xerxes.

li 1 subesse credens 2 postridie alienissimo 3 sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari 4 conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio 5 Themistoclis, quam armis Græciæ 6.

Hic etsi male rem gesserat 7, tamen tantas V. habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Interim ab eodem gradu depulsus est 8. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit 9, *id agi* 10, *ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur* 11, *ac reditu in Asiam excluderetur*. Idque ei persuasit 12. Itaque qua 2 sex mensibus iter fecerat, eadem 13 minus diebus

1 Quo hostem vincere licet, si contra datam fidem nihil moliamur. v. Lipsi. Pol. 5, 17. Grot. de J. B. & P. 3, 1, 6. 2 Stulte & imprudenter credulus. 3 Iniquo atque incommodo. conf. Cæs. B. G. 1, 5. supra 1, 5, 4. non æquum dixit. 4 Propter vicinas insulas. 5 Arte, solertia & prudentia. 6 Græcorum potentia & robore belli. 7 Fortunam adversam habuerat, infelix fuerat. 8 Elegantissime metaphora, a pugnantibus ad statum conturbatum transfertur, ut si quis in pugna de loco dejicitur. Cic. Off. 1, 23. *de gradu dejici* (quo & ad Att. 16, 15. usus est) ad perturbationes animi tumultuantis & a statu rationis quasi discedentis accommodat. in orat. Cæciniana dixit: de statu demovere. v. Pet. Fabri not. & Agonist. 1, 11. Lipsi. Saturn. 2, 20. 9 Misit iterum, qui nunciarent; simulans se Persis clam studere. De hoc stratagemate præter Polynæum Front. 2, 6, 8. Iust. 2, 13, 7. 10 Consilia eo dirigi. 11 Rescinderetur. conf. 1, 3, 4. Ita suaserat Themistocles, sed dissuasit Aristides. Plut. 12 Cum jam tum idem in animo haberet Xerxes. Herod. 13 In his relativis particulis subintelligitur via.

bus 1 triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed conserva-
3 tum judicavit 2. Sic unius viri 3 prudentia Græcia liberata est, Europæque 4 succubuit 5 Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio possit comparari tropæo 6. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima post hominum memoriam 7 classis est devicta.

VI. Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace 8. Cum enim Phalereo portu 9, neque magno neque bono, Athenienses uteren-

1 Quam diebus. metus ignavorum & timidorum pedibus celeres addit alas. v. 23, 6, 3. Tac. A. 15, 16. 3. de fuga Pompeji Cæs. B. G. 3, 96. 2 Hujus rei causa gratiam Themistocles inire voluit deinde apud filium c. 9, 2. f. 3 Sic unus Epaminondas plus valuit quam civitas 15, 10, 4. 4 Id est, Europæis incolis seu populis. Est Metonymia continentis pro contento. 5 Victa est ab Europa. Asiatica vis Persarum, Europæis Græcorum viribus inferior fuit. 6 Monumentum pugnæ ponitur pro pugna seu pugnæ gloria seu victoria metonymice. Ita Salaminii tropæi memoriam celebrat Cic. Tusc. 1, 46. 7 Recordationem præteriti temporis extremam. Sic Cic. in Verr. *Quod nemo unquam post hominem fecit.* It. pro Milone: *post homines natos.* 8 *Enituit aliquis in bello, sed absolvit in pace; alium toga, sed non & arma honestarunt.* Plin. Paneg. c. 4. Marius *quantum bello optimus, tantum pace pessimus.* Vellej. 2, 11, 1. At Themistocles utroque reip. tempore clarus. 9 Primo illo & antiquissimo, sic dicto a Phalero Jasonis comite in expeditione Colchica. Hinc cognominatus Demetrius Phalereus, de quo 1, 6, 4.

rentur, hujus consilio triplex Piræei 1 portus constitutus est 2: isque mœnibus circumdatus 3, ut ipsam urbem dignitate 4 æquipararet 5, utilitate superaret. Idemque muros 2 Athenienſium restituit 6 præcipuo periculo suo 7: Namque Lacedæmonii causam 8 idoneam 9 nacti 10 propter barbarorum excursiones 11, qua 12 *negarent oportere extra Peloponnesum* 13 *ullam urbem haberi, ne essent lota munita, quæ hostes possiderent* 14, Athenienses ædificantes prohibere sunt conati 15. Hoc longe alio 3 spe-

1 Capax quadringentarum navium & ampliſſimo muro ſeptus adhuc celeberrimus eſt, & ab Italis Porto di Lione, incolis Draquo, Turcis Caleu dicitur. Meminere ejus noſter 8, 2, 5. & 19, 2, 5. Strabo 9. Athenæus 1, 1. Plin. H. N. 4, 12. Vitruv. 7. proœm. & 8, 3. Flor. 3, 5, 10. Juſt. 5. 9. 4. v. Meurſ. de Piræo. 2 Ædificando munitus eſt. 3 Sic alterum veluti oppidum factum. Imo quadriurbem fuiſſe Athenas, tradit Feſtus. 4 Splendore, pulchritudine & viſendæ rei ſpecie. 5 Eodem ſenſu uſus Svet. Aug. 94. Ner. 53. & alii. 6 Exſtruxit. 7 Fuit enim in periculo apud Lacedæmonios. v. Juſt. 2, 15. 8 Prætextum, colorem, πρόφασιν. 9 Speciosam & opportunam, commode oblatam captamve. 10 Ejus elegantiæ eſt locutio Flori 2, 6, 12. *hoſtes nivalem nacti diem.* Scilicet tempeſtatem ejus diei in conſilium verterunt, ſuo uſui accommodarunt. 11 Divagationes hoſtiles, *Streifferey en.* 12 Alii malunt, *quare negarem.* 13 Clariſſimam peninſularum, quæ & Achaja dicta, hodie Morea. 14 Ne munimenta hoſtibus & receptacula futuri belli exſtruant. Juſt. 15 Ut mox ſequitur, per legatos.

spectabat 1, atque 2 videri volebat. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia 3 & Salaminia 4, tantam gloriam 5 apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii 6, de principatu 7 sibi cum his certamen 8 fore. Quare eos quam infirmissimos 9
4 esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui 10, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent 11. His præsentibus desierunt 12, ac se de ea re legatos ad eos missuros
5 dixerunt. Hanc legationem suscepit 13 Themistocles, & solus primo profectus est. *Reliqui legati ut tum exirent* 14, *cum satis altitudo muri exstructa* 15 *videretur*, præcepit 16. *Interim*

1 Valebat, pertinebat alio. Suspecti esse cœpere reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita civitas. Just. 2 Pro *Quam*. 3 De qua 1, 5, 5. 4 De qua paulo ante c. 4. 5. & c. 5. 3. 5 Bellicam scil. 6 Qui tenuerant hactenus principem locum inter Græcos, ducatumque in bellis, si quæ inciderent. 7 De summa rerum; hanc metuebant ne imposterum ad Athenienses transferretur. 8 Æmulationem, qualis civitatum descripta Justino 8, 1, 1. 9 Scil. potentia, ne terra quoque validiores essent, sicuti jam classe & nauticis opibus excellebant. notetur arcanum affectatæ dominationis ex Clapm. arcan. 3, 7. 10 Exstrui, ædificari. 11 Ferentes, magnum periculum ex ea re toti Græciæ imminere. 12 Opus facere. 13 Obeundam in se recepit. 14 Domo proficiscerentur. 15 Educta, exaggerata. 16 Hoc verbum minus est quam imperare, estque idem h. l. ac suadere, monere, suggerere, sine ulla jubendi autoritate. Sic Alex. ap. Curt. 4, 13, 8. *Parum ista solertia est, quam præcipitis mihi.*

rim omnes servi atque liberi opus 1 facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer 2 esset sive profanus 3, sive privatus sive publicus. Et undique quod idoneum ad muniendum 4 putarent, congererent 5. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque 6 constarent.

Themistocles autem, ut Lacedæmonem VII. venit, adire ad 7 magistratus noluit, & dedit operam, ut quam longissime tempus duceret 8: causam interponens 9, se collegas 10 expectare. Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilo 2 minus fieri 11, eumque ea re conari fallere 12;

in-

1 Munitionis atque ædificationis, tumultuarium illud fuit & Thucydidis adhuc ætate apparebat, *structuram properato factam fuisse*. 2 Quanquam esset præceptum vetus, ne moverentur altaria, sepulcra aut heroum sacella. v. Zenob. 1, 54. 3 Profanum proprie id erat, quod ex religioso vel sacro in usum hominum proprietatemve conversum esset. v. Macrob. Saturn. 3, 3. 4 Ad muros struendos. Similiter absolute Curt. 4, 2, 23. munientibus coria velaque jussit obtendi. 5 Accumularent; aptum rei verbum: de nido avium usurpat Virgil. Ecl. 3, 69. de saxis Curt. 8, 2. 24. &c. 6 Id est, ex materia destructarum rerum sacrarum & religiosarum. 7 Particula eleganter abundat. 8 Cunctando protraheret. Ita *bellum ducere* 7, 8, 1. & Cic. ad Fam. 7, 3. *tempus ducere* est & Tac. A. 2, 34, 5. pro quo Cæs. B. G. 1, 36, 4, *diem ex die ducere*. Just. 2, 15, 16. *diem de die proferendo spatium consummando operi quærebat*. 9 Causatus, hoc prætextu usus. v. 1, 4, 1. 10 Qui erant Aristides Lysimachi fil. & Abronychus Lysidis filius, Thuc. 11 Procedere, continuari. 12 Sic solent interdum legationes temporis terendi causa suscipi, dum eorum autores subdole quid moliuntur. v. Paschalii Legat. c. 37. deque legati mendacio 6, 57, & Alb. Gentilis de Legat. 2, 2. f. 16.

interim reliqui legati sunt consecuti. A quibus cum audisset, non multum superesse 1 munitionis 2, ad ephoros Lacedæmoniorum accessit, penes quos summum imperium erat 3: atque apud eos contendit 4, *falsa his esse delata: quare* 5 *æquum esse, illos* 6 *viros bonos nobilesque* 6 *mittere* 7, *quibus fides haberetur* 8, *qui rem* 3 *explorarent* 9, *interea se obsidem* 10 *retinerent.* Gestus est ei mos 11, tresque legati functi summis honoribus 12, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit proficisci: eisq; prædixit 13, ut ne 14 *prius Lacedæmoniorum*) le-

1 Alii *superare*, restare. v. Bangii observ. Philol. lib. 2. p. 789. 2 Ipsius operis, quod muniebatur. 3 Erat præcipuus magistratus, de cujus potestate plura 4, 3, 5. particula *penes* possessionis aut administrationis significationem habet. 4 Asseveranter dicit. Imo fraude & mendacio utitur, quo crebro uti oportere imperantes ad commodum subditorum censuit Plato lib. 5 de rep. 5 Id est, ob quam rem, elegans connectendi ratio. 6 Genere & virtute, functos summis honoribus, uti postea vocat. 7 Docet hic locus, quæ in legendis legatis præcipue considerandæ sint. 8 Certos vocat, 4, 2, 4. alii *adhiberetur*, quam phrasin prorsus rejicit Scioppius in paradox. liter. Epist. 5. p. 43. & ex glossa irrepsisse censet. 9 In rem præsentem venirent, rem inspicerent. 10 Legationis missæ causa. 11 Valuit ejus consilium, accesserunt ad hanc sententiam. 12 Qui magnis rebus præessent, multum in imperiis magistratibusque versati, ut hæc παρεμφάσως causa repetam ex 1, 8, 2. 3, 3, 2. Sic plane Svet. Aug. 2. & Calig. 26. 13 Affirmatius monuit eos. Frontinus ait, eum clam scripsisse suis. 14 Prior causalis eleganter abundat per Pleonasinum.

legatos dimitterent 1, *quam ipse esset remissus.* Hos postquam Athenas perveniſſe ratus est, 4
ad magiſtratum ſenatumque Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus est 2:
Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium 3 *facere poſſent, deos* 4 *publicos* 5, *ſuosque patrios* 6 *ac penates* 7, *quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe* 8. *Neque eo, quod* 5
inutile 9 *esset Græcis, feciſſe. Nam illorum urbem & propugnaculum* 10 *oppoſitum esse* 11 *barbaris, apud quam jam bis claſſis regia feciſſet*

1 Imo ut vinciant, pignusque teneant, ne in ſe gravius conſulatur. Juſt. 2 Palam dixit, indicavit, prolocutus eſt. Sic Svet. Cæſ. 34. & 72. Aug. 41. & Vit. 15. vim verbi oſtendit illud Cic. pro Rabir. *fateor atque etiam profiteor & præ me fero.* 3 Defenſionis jus, ut vim & injuriam legitimis modis propulſemus, ab ipſa natura profectum. De jure naturæ autor videtur loqui, quia *commune* appellat; uti Sen. Ep. 48. *commune jus generis humani*, & de Clem. 1, 18. *commune animalium jus* vocat, Apulej. in Apol. & Metam. 3. *commune jus humanitatis*, & Cic. *jus communis humanitatis.* 4 Religionem, ſacra, templa, delubra Deorum; divina humanaque omnia; aras focosque. Nominatur quod eſt potiſſimum, nec excluduntur reliqua. 5 Qui toti Græciæ communes. 6 Quos unaquæque civitas protectores habet. 7 Quos ſpeciatim ſingulæ domus ſibi eligunt & venerantur. 8 De jure cingendi urbes mœnibus v. Bodin. de rep. 5, 5. Cunæus de Rep. Hebr. 1, 7. 9 Schapp. Veriſim. 1. 20. *damnoſum* exponit, illud Lucilii allegans: *Servus nec infidus Domino, nec inutilis ulli.* 10 Ἔρεισμα καὶ φυλακτήριον τῆς ἑλλάδος Pindaro & Ariſtidi ob id dictum. Aliud Athenarum elogium infra 15, 3, 3. 11 Interpretatione ſitus politica, hodie *Frontier-Stadt.*

6 *set* 1 *naufragium* 2. *Lacedæmonios autem male & injuste facere, qui id potius intuerentur* 3, *quod ipsorum dominationi* 4, *quam quod universæ Græciæ utile esset. Quare si suos legatos recipere* 5 *vellent, quos Athenas miserant, se remitterent: aliter* 6 *illos nunquam in patriam essent* 7 *recepturi.*

IIX. Tamen non effugit 8 civium suorum invidiam 9. Namque ob eundem timorem 10, quo damnatus erat Miltiades, testarum suffragiis 11 e civitate ejectus 12, Argos 13 habitatum con-
2 cessit. Hic cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret 14, Lacedæmonii

1 Placet illa Courtini lectio præ illa duriori, *classem regiam feciſſe*. 2 Cladem intelligit Marathoniam & Salaminiam, utraque eleganti figura naufragium dicitur. 3 Spectarent, id agerent, eo anniterentur. 4 Intemperantiæ, cupiditati & curæ, qua affectatur in alios imperium. v. Clapmar. de arc. *3, 7.* Similis fere locutio supra *1, 3, 6.* 5 Recuperare. Sic Galli retinent legatos spe recuperandorum obsidum apud Cæs. *3, 8.* 6 Alii *alias* habent. 7 Glossema videtur Gronovio particula *essent* not. ad Liv. *34, 29.* 8 Evitavit aut evitare potuit. 9 Illam gloriæ comitem. v. *12, 3, 3.* & *20, 1, 5.* 10 Suspicionem populi libertati suæ timentis. v. supra *1, 8, 1.* 11 Quæ testis inscribi solita. Græci ostracismum vocant, quo invisos sibi decennali exilio mulctabant Athenienses. Non pœna erat (ut observat Plut. p. *123.*) sed mitigatio allevatioque invidiæ, ut dignitatem eorum & auctoritatem deprimerent, qui uni omnium excellerent maxime & antistarent. 12 Pro benefactis mali messem metens. 13 Est ea Peloponnesi urbs antiquissima, unde regio tota Argiæ seu Argolidis & Græci omnes Argivorum nomen acceperunt. 14 Admirationi esset amicis & inimicis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0071
DFG

nii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, *quod societatem* 1 *cum rege Persarum ad Græciam opprimendam* 2 *fecisset.* Hoc crimine absens proditionis 3 est damnatus. Id ut audivit, quod 4 non satis tutum se Argis videbat, Corcyram 5 demigravit. Ibi cum ejus principes civitatis 6 animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii & Athenienses indicerent 7, ad Admetum Molossorum 8 regem, cum quo ei hospitium 9 fuerat confugit. Huc cum venisset, & in præsentia 10 rex abesset, quo majore religione 11 se recce- 3 4

1 Fœdus & pactum. 2 Subigendam. 3 Initæ simul cum Pausania, quo familiarius utebatur, mittens sæpe literas ad eum & nuncios. Sed Thucyd. Diod. Sic. & Plut. eum ab hoc crimine absolvunt. Sub Themistoclis nomine circumferuntur Epistolæ, v. ad Æschylum, 2. ad Alcetam, 14. ad Pausaniam & 9. ad Habronichum. 4 Pro *eo quod.* 5 Quæ insula est maris Ionii hodie a Venetis *Corfu* appellata. Corcyræos autem sibi beneficio devinxerat, dicta pro iis sententia, cum arbiter esset inter eos & Corinthios, v supra c. 2, 1. 6 Optimates, ex cura potestatis & officii. 7 Hostiliter denunciarent. 8 Populus ille in Epiro canibus venatoriis admodum celebris, cujus regio Turcis hodie Pandosia appellatur. 9 Id est, Jus sive societas hospitii, quod per totam vitam colebatur & in liberos transibat. v. Plaut. Pœnul. 5, 1. Cic. ad fam. 3, 19. Totam rem de necessitudine ac religione hospitalis fœderis copiose illustravit Jo. Gvil. Stuckius Antiq. Conviv. 1, 27. adde Jac. Phil. Thomasini lib. de tesseris hospitalitatis A. 1647. editum. 10 Tum, eo tempore. 11 Sanctitate, quæ tum ad fidem dátam, tum ad locum sanctum referretur.

ceptum 1tueretur 2, filiam ejus parvulam 3 arripuit, & cum ea se in sacrarium 4, quod summa colebatur ceremonia 5, conjecit 6. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra 7 in fidem 8 reciperet, quam præstitit 9. Nam cum ab Athenienſibus & Lacedæmoniis exposceretur 10 publice 11, supplicem 12 non prodidit 13: monuitque, *ut consuleret sibi* 14: *Difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari.* Itaque Pydnam 15 eum deduci 16 jussit, 6 & quod satis esset præsidii 17 dedit. Hac re audita,

1 Scil. in fidem. 2 Defenderet. 3 Fors scripsit Nepos *filium parvulum*, cum & Thucydides puerum & Plutarchus filium habeant. 4 Locum religiosum, templum. 5 Id est, sanctitate religionis inviolabili. Sic Tac. *14, 22, 7.* ceremoniam loci appellat. 6 Propere illuc confugit, securitatis scil. causa. Ter. Heavt. *2, 3, 36. continuo se conjecit intro.* 7 Fidei illo pignore apud omnes gentes, conf. *14, 10, 1.* & Bernegg. ad Just. *11, 15, 13.* & Freinsh. ad Curt. *6, 4, 14.* 8 In tutelam & patrocinium religiose præstandum. 9 Implevit, stetit promissis. 10 Cum peteretur, ut tradatur, ut dedatur. Cæsari B. C. *3, 110.* & Hirtio *3, 38.* est *deposcere.* 11 Publico nomine, tanquam proditor & pestis universæ Græciæ. 12 Qui se in fidem ejus tradiderat. 13 Tradidit, periculo exposuit. Veteres a Deo mitti supplices, præsertim non sua culpa calamitosos, ideoque prodi contra jus divinum & naturæ fore credebant. v. Isidori Pelusiotæ *3.* Epist. *164.* conf. de Xenocrate Ælian. *13, 31.* 14 De ultimo veluti remedio cogitaret. 15 Macedoniæ ea urbs fuit in sinu Thermaico. 16 Comitari cum pompa aliqua. 17 Potest hoc & referri etiam debet non tam ad custodiam militarem & satellitum, quam ad viaticum.

dita, hic in navem omnibus 1 ignotus ascendit 2: quæ cum tempestate maxima Naxum 3 ferretur, ubi tum Athenienſium erat exercitus 4, ſenſit Themiſtocles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum. Hac neceſſitate 5 coactus domino navis 6, quis ſit, aperit, 7 multa pollicens, ſi ſe conſervaſſet 8. At ille clariſſimi viri 7 captus 9 miſericordia, diem noctemque procul ab inſula in ſalo 10 navem tenuit ancoris 11, neque quemquam ex ea exire paſſus eſt 12. Inde Epheſum 13 pervenit, ibique Themiſtoclem exponit 14, cui ille pro meritis 15 gratiam poſtea retulit 16.

Scio

1 Aliqui addunt *nautis*. 2 Verbum hoc in plerisque vett. Scriptoribus corruptum poſt alios pluribus locis reſtituit Gronov. ad Liv. 2, 28. phraſis nautica idem ſignificat, quod *conſcendere navem*. 3 Una eſt ex Cycladibus in mari Ægeo; Turcis Nachſia vocatur. 4 Oppidum inſulæ obſidione cingens. Plut. f. 124. 5 Calamitate urgente. 6 Thucyd. & Polyæn. νάυκληρον vocant. Sed Themiſtocles Epiſt. 19. pariter ut Nepos τὸν δεσπότην τῆς νεώς. Fuit enim navis, qua vehebatur, ex eo genere, quod Græci ὁλκάδας, Latini *onerarias* vocant, ac forte cujusdam mercatoris. 7 Manifeſte profitetur nomen ſuum. 8 Iidem Thuc. & Polyæn. addunt, Themiſtoclem minatum, niſi ab ipſo ſervaretur, ſe dicturum Athenienſibus, illum pecunia ſe corrumpi paſſum. 9 Motus. 10 Id eſt, alto mari, undarum & fluctuum pleno, minimeque a ventis tuto. 11 Ejecit ancoras, donec tempeſtas deferveſceret. 12 Ne prodiretur. 13 Ad eminentiſſimam Joniæ urbem. 14 Sic paſſim eodem verbo nautico Cæſar, Curtius, alii uſi. 15 Secundum, juxta merita. 16 Nempe ingenti pecunia cum donavit.

IX. Scio plerosque ita scripsisse 1, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transiisse 2. Sed ego potissimum Thucydidi credo 3, quod ætate proximus erat 4, qui illorum temporum historiam reliquerunt 5, & ejusdem civitatis 6 fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem 7 eum venisse atque his verbis epistolam 8 misisse: *Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum 9 in domum 10 tuam intuli 11, cum mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare, patriamque meam 12 defendere. Idem multo plura bona feci 13, postquam in tuto ipse 14 & ille 15 in periculo esse cœpit. Nam cum in Asiam reverti bel-*

1 Dissensum veterum Historicorum super hac re Plutarchus quoque indicat, p. 265. 2 Verbo hoc de itinere nautico etiam Livius & Florus usi, pro quo *mare transire*. 22, 4, 1. Solino c. 45. usurpatur *perfretare*. 3 Apparet Historici cautio in delectu circa dissensum autorum. conf. c. 10, 4. Ad eam mentem Liv. 22, 7. *Fabium*, inquit, *æqualem temporibus hujusce belli potissimum autorem habui*. 4 Scil. iisdem, quod per ellipsin absorbetur. Proxime post illa tempora vixerat, quibus ii vixerant; aliqui addunt *ab his*. 5 Historiæ autores fuerunt. 6 Scil. cives. 7 Art. Longimanum Xerxis filium. 8 Quæ mira puritate & facilitate prope ad verbum e Græco Thucydidis versa est a Nepote. Se hæc coram respondisse Regi ipsum increpanti, ait Them. Ep. 49. 9 Sensus est: qui unus inter omnes Grajos multa damna tum Patri accivi. 10 Familiam. 11 Vexavi, detrimentis affeci domum, causa exstiti omnium damnorum. 12 Athenas. 13 Beneficia præstiti, feci, quod utile ei esset. Plauto idem est, quod voluptates procurare. Casin. 2, 8, 33. 14 Scil. sui. alius mallet *ipsa* scil. patria 15 Pater tuus Xerxes.

bellet 1, *prælio apud Salamina facto, literis eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur. Quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi exagitatus* 2 *a cuncta Græcia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum* 3 *amicum habebis, quam fortem inimicum* 4 *ille expertus est* 5. *Ea autem rogo* 6, *ut de his rebus, de quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des* 7, *eoque transacto, me ad te venire patiaris.*

Hujus rex animi magnitudinem 8 admirans, cupiensque talem virum 9 sibi conciliari 10, veniam dedit 11. Ille omne illud tempus literis, sermonique Persarum dedit 12: quibus adeo eruditus est 13, ut multo commo-

1 Schottus reperit *nollet*, quod magis conveniat iis, quæ dixit noster 2, 5, 1. 2 Metaphora a Venatoribus, qui exactam cubilibus suis feram nullibi patiuntur consistere, donec in potestatem veniat. 3 Respectu fidei, operæ & utilitatis. conf. Tac. H. 1, 71, 2. s. Sen. de ira 2, 34. 4 Efficaciam in nocendo & strenuitatem notat. 5 Sensit virtutem meam, passus est hostilia a me ipso. 6 *Id autem rogo* usitatius est. 7 Ad deliberandum & ad addiscendum sermonem Persicum. 8 Generosum animum, qui nihil abjectum sentiret agitaretque. 9 Cum nota excellentiæ ita dicitur, pro quo est *hic tantus vir* 23, 13, 2. 10 Amicum fieri. 11 Concessit, annuit postulatis. 12 Annuum spatium non solum linguæ, sed & moribus gentis perdiscendis sumsit, ut notat Thucydides. 13 Vide solertiam ingenii, qua intra annum linguæ Persicæ notitiam tantam sibi comparavit, ac si esset nativus linguæ lepor.

modius dicatur apud regem verba feciſſe 1, quam hi poterant, qui in Perſide erant nati. 2 Hic cum multa regi eſſet pollicitus, gratiſſimumque illud, *ſi ſuis uti conſiliis vellet, illum Græciam bello oppreſſurum* 3; magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam 4 rediit, domiciliumque Magneſiæ 5 ſibi conſtituit 6. 3 Namque hanc urbem 7 ei rex donarat, his uſus verbis: *quæ ei panem præberet* 8, ex quâ regione quinquaginta ei talenta 9 quotannis redibant: Lampſacum 10, *unde vinum ſumeret*: Myunutem 11, *ex qua obſonium* 12 *haberet* 13. Hu-

1 Orationem habuiſſe. Simili locutione in Attico uſus eſt: *Sic græce loquebatur, ut Athenis natus videretur.* 25, 4, 1. 2 Proſe poſitum. 3 Id Regi promiſiſſe eum, cæteri quoque ſcriptores tradunt, fatenturque ipſe Epiſt. 11. & 20. quanquam extr Ep. 9. neget, ſe hoc unquam admiſſurum. 4 Id eſt, in Ioniam, quæ pars Aſiæ erat, pertinens etiam ad Græciam, & græca lingua ibi utebantur incolæ, at reges Perſiæ in poteſtatem eam dudum redegerant. 5 In urbe Ioniæ ad Mæandrum fluvium, diverſa ab illa, quæ ſub Sipylo monte. 6 Sedem domicilii & habitandi locum ibi legit ſplendideque ibi vivens ajebat: *Perieramus, o amici, niſi periiſſemus.* Plut. l. 1. de fort. Alex. 7 De oppidis dono datis apud Perſas v. Eriſſon. de regn. Perſ. 1. 8 Quia circumjacens ager erat feraciſſimus frumenti. 9 30000 coronati. 10 In hac urbe Ioniæ erat vini abundantia & templum matris Deorum. 11 Myuns urbs ad mare lautiſſimorum piſcium copia nobilitata. 12 Piſces & cætera ad panem neceſſaria. 13 Plutarchus his adjungit Percopen & Palæoſcepſin pro tegumento & veſtimento, quem ſequitur Athenæus l. 23. addens, familiare regibus Perſicis eſſe, civitates donare.

Hujus ad noſtram memoriam 1 monumenta 2 manſerunt duo, ſepulcrum prope oppidum 3, in quo eſt ſepultus 4: ſtatuæ in foro Magneſiæ. De cujus morte multis modis 5 apud plerosque ſcriptum eſt: ſed nos eundem potiſſimum Thucydidem auctorem probamus 6: qui *illum* ait *Magneſiæ morbo mortuum:* neque negat 7 *fuiſſe famam, venenum* 8 *ſua ſponte ſumſiſſe, cum ſe, qua regi de Græcia opprimenda pollicitus eſſet, præſtare poſſe deſperaret.* Idem 9 *oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta* 10, *quoniam legibus non concederetur* 11, *quod*

1 Recordationem Nepotis ſcil. 2 Indicia rei famam conſervantia: a monendo enim deducit Varro 3 Abſolute ſic Athenæ vocantur. v. ſupra 1, 4, 2. 4 Nam oſſa ejus Magneſiæ ſublata eo deportarunt propinqui. 5 Varie plerique legunt *multimodis*, qua voce ſic quoque alii autores uſi. 6 Huic maxime credimus. v. c. 9, 1. 7 Et addit fuiſſe ſuſpicionem. 8 Hauſto immolati tauri ſanguine ante aram quaſi pietatis clara victima concidit. v. ex Ariſtophane Val. Max. 5, 6. ext. 3. & Plut. Sed Cicero, quanquam de amicit c. 12. dicat, Themiſtocli & Coriolano adjutorem contra patriam inventum eſſe neminem, itaque mortem ſibi utrumque conſciviſſe; tamen in Bruto c. 11. tanquam commentum a Rhetoribus, qui grandia de viris præclaris commentari geſtiunt, effictum putat. 9 Scil. Thucydides. 10 Ariſtophanis interpres ſcribit, oſſa Athenas ferri juſſiſſe oraculum, Athenienſibus peſte laborantibus; qui Magneſiis hoc non permittentibus, triginta dies, quibus illi juſta perſolverent, poſtularint: Interea locum tentoriis cingentes effoſſis oſſibus clam ſe ſubduxiſſe. 11 Leges vetarent.

quod proditionis esset damnatus 1, memoriæ prodidit 2.

III.

ARISTIDES.

ARGUMENTUM.

1. Aristides justus propter virtutem multatur exilio. 2. Revocatus anno sexto prætor maris imperium Athenienſibus conciliat. 3. Ærario præest, pauper moritur.

1 ARistides 3 Lysimachi filius Athenienſis, æqualis 4 fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu 5 contendit 6. Namque ob-

1 Lex de prohibendis ſepultura proditoribus refertur apud Xenoph. ſub fin. l. 1. rer. græc. v. Sam. Petit. Comm. in leg. Att. 8, 4. p. 562, adde infra 19, 4, 4. ut & Kirchm. de fun. Rom. append. p. 710. ſ. & Gutherium de jure manium 1, 7. 2 Scripſit in hiſtoria, quæ memoriæ propagandæ cauſa ſuſcepta eſt. 3 v. Plut. in vita, Herodotus in Urania, Diod. Sic. 11. Suid. voce Ariſtidis, Polyæn. 1, 31. Frontin. 4, 3, 5. Æſchines contra Creſiphonem, Ælian. 3, 43, 3, 17. 4, 16. 10, 15. 11, 9. & 13, 44. Val. Max. 5, 3. ext. 3. & 6, 5. ext. 2. Juſtin. 2, 15, 16. Cic. Off. 3. c. 4. & 11. & 22. Tuſc. 5, 36. &c. Sen. de benef. 4, 27. & Conſol. ad Helv. 23. 4 Σύγχρονος καὶ ὁμήλιξ; adde ex Ælian. 13, 44. quod iisdem auſpicibus uſi, & ſimul educati, ac ab eodem Præceptore inſtituti. 5 Gloriæ, auctoritatis, excellentiæ. Plutarchus hanc etiam cauſam adducit, quod in amore Steſicleæ præſtantis formæ mulieris corrivales fuerint, 6 Æmulationis certamen habuit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0079
DFG

obtrectarunt inter se 1. In his autem cognitum 2
est, quanto antistaret 2 eloquentia innocentiæ.
Quanquam enim adeo excellebat Aristides ab-
stinentia 3, ut unus 4 post hominum memori-
am 5, quod quidem nos audierimus 6, cogno-
mine *Justus* 7 sit appellatus, tamen a Themisto-
cle 8 collabefactus 9 testula 10 illa, exilio decem
annorum 11 multatus est. Qui quidem cum 3
intelligeret, reprimi 12 conitatam multitudi-
nem non posse, cedensque 13 animadverteret
quen-

1 Invicem, non æmulabantur tantum, sed & adversabantur sibi mutuo, & alter alterius consilia conataque infringebat. Vellejus 2, 43, 3. *civiles contentiones* vocat Valer. 3, 8. extr. *1. acerrimi studii in administranda rep. dissidia.* 2 Superaret eam, valeret contra eam, cum scil. eloquentiæ fraude damnantur boni, ut Quintil. ait 2, 16. antistare est præcellere, præstare. invenitur ap. Cat. R. rust. c. 157. Gell. 9, 13. Lucret. 5, 22. 3 Continentia & integritate & inprimis invicto adversus pecuniam animo. 4 Solum significat, sive solus ἐξοχήν. 5 Conf. 2, 5, 3. 6 De se hic auctor, ut mos est apud Latinos, loquitur pluraliter. 7 A quo justitiæ petitur exemplum, Cic. off. 3, 4. Plutarchus prolixam hujus nominis commentationem more suo philosophandi causa inserit, nec non exempla insignis hujus virtutis. 8 Qui in vulgus sparserat, Aristidem callide efficta modestia in forensi potestate sublatis judiciis regnum affectare. Plut. 9 Scil. ex sede fundatæ potentiæ, vel ut vacillaret auctoritas & dignitatis status imminueretur & debiliteretur. Tac. A. 4, 60, 4. *Si jam labefactum demovisset.* A. 6, 29, 5. *Mamercum labefecit Macronis odium.* 10 Cui quivis inscribebat nomen ejus, quem exactum volebat. v. 2, 8, 1. 11 Pœna Ostracismi definita. 12 Scil. a furibunda animorum concitatione. 13 Præbens se necessitati, nec luctatus adversus impotentiam populi, alii *sedensque.*

quendam scribentem 1, ut patria pelleretur 2? quæsisse ab eo 3 dicitur, *quare id faceret, aut quid Aristides commisisset* 4, *cur tanta pœna dignus duceretur?* Cui ille respondit, *se ignorare* 5 *Aristidem; sed sibi non placere, quod cupide elaborasset* 6, *ut prater cæteros* 7 *justus appellaretur.* Hic decem annorum legitimam 8 pœnam non pertulit: Nam postquam Xerxes in Græciam descendit 9, sexto fere anno 10 quam erat expulsus, plebiscito 11 in patriam restitutus est 12.

In-

1 Suidas & Plut. dicunt fuisse rusticum, qui testulam Aristidi ut uni de plebe tradiderit & rogarit, ut Aristidis nomen inscriberet, idque hunc fecisse. 2 In exilium. 3 Interrogasse eum. 4 Peccasset. 5 Non nosse. Sic Svet. Vit. 17. *Scisciantes, quisnam esset: nam ignorabatur.* Similiter Tac. H. 3, 74, 1. & 4, 36, 4. Cæterum hinc liquet, quam levis ingenii sit vulgus, quod justas causas non advertit, sed inconsiderate omnia peragit. 6 Vehementer studuisset, contendisset. 7 Supra seu præ cæteris. Cic. Tusc. 5, 36. quod præter modum justus esset. 8 Legibus definitam. 9 Per mare venit. 10 Imo tertio juxta Plut. hinc sequitur *quam*, quod in MSS. Schotti, Bœcl. & ed. Ultraj. fuit, pro *postquam*, cujus repetitio apud alios ingrata est. Sic sæpe veteres Svet. Claud. 17. *sexto quam profectus erat mense.* Curt. 4, 4, 19. *septimo mense quam oppugnari cœpta.* Plin. H. N. 8, 42. *triduo proximo quam sit genitus.* v. mox c. 3, 3. 11 Quod plebs scivit vel jubet. ψηφίσματι τῦ δήμυ decreto populi. 12 Metus namque erat, ne in Xerxis partes transiret, qui Aristidi per legatos tria millia Daricorum obtulit. Ita Camillus, ita Cicero Romæ restituti. *Tum denique nostra bona intelligimus, cum amisimus &c.* v. Plaut. captiv. 1, 2, 39. conf. Horat. od. 3, 24, 31.

Interfuit 1 autem pugnæ navali apud Sala- II.
mina 2, quæ facta est prius, quam pœna 3 libe-
raretur. Idem prætor fuit Athenienſium
apud Plateæas 4 in prælio, quo Mardonius 5
fuſus 6, barbarorumque 7 exercitus est inter-
fectus 8. Neque aliud est ullum 9 hujus in re 2
militari 10 illuſtre factum, quam hujus impe-
rii 11 memoria 12; juſtitiæ vero & æquitatis 13,
& innocentiæ 14 multa. In primis quod ejus
æquitate factum est 15, cum in communi
claſſe eſſet Græciæ ſimul 16 cum Pauſania,
quo duce 17 Mardonius erat fugatus, ut
ſum-

1 Plus quam nudam præſentiam notat. de depoſitis cum Themiſtocle inimicitiis v. Polyæn. l. c. 2 Est Accuſat. Græcus *a Salamis.* 3 Oſtraciſmo, exilio. 4 Quæ urbs in Bœotia ſuperiore. 5 Quem Xerxes poſt cladem Salaminiam in Græcia reliquit. mox. 4, 1, 2. 6 Victus, proſtratus, ſuperatus. 7 Perſarum. 8 Occidione deletus. 9 Thucyd. & Plut. non ſegnem ejus operam in campis quoque Marathoniis prædicant. Sed quia non fuit ambitioſus, omnem victoriam conceſſit Miltiadi Marathoneæ, Themiſtocli Salaminæ, Pauſaniæ Platæeis. 10 Hac formula omne circa bella gerenda negotium ac ſcientia comprehenditur. 11 Præfecturæ militaris, qua octo millibus Athenienſium præfuit in prælio Platæenſi. Herod. 9, 28. 12 Gloria ex geſto imperio. 13 Exempla commemorat Tullius Off. 3, 11. & 23. Æquitas est ἡ μετριότης, cui opponitur παρανομία & intemperantia. 14 Abſtinentiæ, continentiæ, quæ opponitur avaritiæ. 15 Effectum, impetratum, res eo deducta. 16 Una cum. 17 Cujus ducis opera. Supra 1, 7, 1. quo imperio.

summa 1 imperii maritimi ab Lacedæmoniis 3 transferretur ad Athenienses. Namque ante id tempus & mari & terra duces 2 erant Lacedæmonii. Tum autem & intemperantia 3 Pausaniæ, & justitia factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Græciæ ad Athenienſium societatem se applicarent 4, & adversus barbaros hos duces 5 deligerent sibi, quo facilius repellerent 6, si forte bellum renovare 7 conarentur.

III. Ad classes ædificandas, exercitusque comparandos quantum pecuniæ quæque civitas daret 8, Aristides delectus est, qui constitueret 9. Ejus arbitrio quadraginta & sexaginta talenta quotannis Delum 10 sunt collata. Id enim commune ærarium 11 esse voluerunt 12. Quæ omnis'

1 Substantive. conf. 2, 4, 2. & 16, 9, 3. 2 De potentia & principatu in Græcia loquitur. conf. 2, 6, 3. 3 Impotentia, sævitia, superbia. Diod. Sic. 11, 47. malignitatem Pausaniæ & consummatam virtutem Aristidis opponit. 4 Sub eorum auspiciis inposterum esse volebant in bello. 5 Quem ducatum, τὴν ἡγεμονίαν, nunquam antea habuerant Athenienses. 6 Hostes, Persas. 7 Instaurare. 8 Conferret. v. Meursius Fort. Att. c. 7. p. 52. sqq. 9 Qui pro æquitate sua satis nota æqualiter imponeret unicuique secundum facultates suas. Delatum est ad eum rei arbitrium. 10 Quæ insula est maris Ægei ob Apollinis & Dianæ incumbula & templa celebris. Nam in templis veteres pecunias tutissime servari credebant. v. inf. 23, 9, 3. Cic. de leg. 2, 3, 16. Plaut. Bacch. 2, 3, 72. & 78. Adde Brodæi Misc. 4, 17. 11 Καινὸν ταμιεῖον. Diod. Recte Græci bella gesturi de ærario hoc locupletando fuere solliciti. 12 Constituerunt.

omnis pecunia postero tempore 1 Athenas translata est. Hic qua fuerit abstinentia 2, 2
nullum est certius indicium, quam quod, cum tantis rebus 3 præfuisset, in tanta paupertate 4 decessit 5, ut qui efferretur 6, vix reliquerit. Quo factum est, ut filiæ ejus publice 7 alerentur, & de communi ærario dotibus datis 8 collocarentur 9. Decessit autem fere post annum quartum, quam 10 Themistocles Athenis erat expulsus 11. 3

IV. PAU-

1 Postea, deinceps. v. Just. 3, 6, 4. 2 Fabritius talis Romæ, qualis Aristides Athenis. Cic. Off. 3, 22. Herodianus plane item de Pertinace l. 2. conf. quæ strictim tangit de quibusdam Amm. Marcell. 14, 6. Sen. ad Helv. c. 12. &c. 3 In imperiis scil. magistratibusque, & inprimis in ærario constituendo. 4 Demetrius tamen Phalereus eum opulentum fuisse asseruit, cui respondet Plut. 5 Mortuus est in statu honesto; quod de ejus morte retulit Sen. l. c. c. 13. id Phocioni alii adscribunt. 6 Efferre propria vox de sepultura. v. Ter. Andr. 1, 1, 90. & Kirchm. de fun. initio lib. 2. *qui* ponitur pro *quo*. 7 Ex publico, sumtu publico; e Prytaneo scil. ubi bene de rep. meritis eorumque posteris communis victus dabatur. v. Meurs. fort. Att. 1, 8. 8 Notandus mos, quo Resp. olim virorum bene meritorum filias pauperes ab indotatis nuptiis liberalitate sua vindicavit, ut loquitur Val. Max. 4, 4, 10. ubi Romanis quoque hanc laudem defert. 9 Scil. in matrimonium. 10 Pro *postquam* eleganter admodum. 11 In exilium. De loco mortis & sepulcro publice ei constructo v. Plut. p. 334. f.

IV.

PAUSANIAS.

ARGUMENTUM.

1. Pausanias, Mardonii victor insolens. 2 Byzantium capit, captivis regis adfinitatem pactus. 3. Peregrini ejus mores & carcer. Helotes sollicitat. 4 Tænari in æde Neptuni observatum se ipsum indicat. 5. In Chalciæco Minervæ obstruitur & mox interit.

1 PAusanias 1 Lacedæmonius, magnus homo 2, sed varius 3 in omni genere vitæ fuit. Nam ut virtutibus eluxit 4: sic vitiis est obrutus 5. Hujus illustrissimum 6 est prœlium apud Platæ-

1 v. Plut. in Aristide & alibi. Thucyd. 1. Herod. 9. Diod. Sic. 11. Xenoph. Hist. græc. 2. Suidas in voce Pausaniæ. Athenæus 12, 9. Ælian. 4, 7. 9, 41. 12, 34. Poliæn. 8, 51. Justin. 2, 15, 16. 5, 10, 6. & 6, 4, 7. Val. Max. 2, 6. 1, 8. 15. ext. 4. Cic. Off. 1, 22. Topic. 20. Fuere ejus nominis plures. Alius Macedo Philippum Regem interfecit: alius Historicus &c. 2 Id est, vir magnus, non quantitate, sed qualitate & virtute. Sic quoque Liv. 30, 10. Cic. ad Att. 2. 2. 3 Commutabilis & multiplex, non æquabili vitæ morumque temperamento. v. Flor. 4, 3, 4. 4 Inclaruit. 5 Obtectus, obscuratus. De hujusmodi ambiguis mixtisque hominibus v. Bœcl. Comm. p. 45. sqq. Barcl. icon. anim. 2. Just. 9, 8, 2. conf. infra 7, 1, 1. 6 Celeberrimum, maxime memorabile.

tæas 1. Namque illo duce Mardonius satrapes 2 regius 2, natione Medus, regis gener 3, in primis omnium Persarum 4 & manu fortis & consilii plenus 5, cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat 6, & viginti millibus equitum, haud ita 7 magna manu 8, Græcia fugatus est, eoque ipse dux 9 cecidit 10 prælio 11. Qua 3 victoria elatus 12 plurima miscere 13 cœpit, & majora 14 concupiscere 15. Sed primum in eo est reprehensus 16, quod ex præda tripodem aureum 17 Delphis posuisset 18, epigramma-

1 v. Paulo ante 3, 2, 1. 2 Administratores provinciarum seu pro-reges Persæ satrapas in sua lingua vocarunt. 3 Maritus sorori regiæ, si Cujacio obs. 6, 17. aliisque credimus. Qua ratione Sichæus Pygmalionis gener apud Just. 18, 4, 8. Ast non Xerxis sed Darii filiam Artozostren habuit in matrimonio. v. Herod. 6, 43. 4 Id est, inter omnes Persas fortissimus. Similis phrasis 2, 9, 2. 5 Versutus fuit & audax, non sapiens. 6 Delectus ille fuit militum præstantissimorum. 7 Pro *haud adeo*, eleganter. 8 Exercitu, copiis. Diodorus ponit 10. myriades, i. e. centum hominum millia. 9 Mardonius juxta Plut. Spardanus quidam lapide caput ejus perfregit. aliter Just. 2, 14, 5. 10 De morte bellica proprie ita dicitur. conf. 14, 1, 4. 11 Pro in *prælio*; inter prœliandum. 12 In superbiam concitatus, insolentior factus, successu tumidus. 13 Seditiones & turbas moliri. Sic Cic. pro Mil. *quanto ille plura miscebat*. Phædr. fab. 2. *Procax libertas civitatem miscuit*. 14 Quamquæ decent Regem Lacedæmoniorum, uti vocatur c. 3, 5. 15 Mox c. 2, 2. majores res appetere. molitiones notantur elati & incivilis hominis, qui suo statu non contentus ambitiose res novas quæsivit. 16 Offendit, odium incurrit, accusatus est. 17 Mensam intelligi, ait Magius Atheæum 2, 7, allegans, 18 Doni causa dedicasset Apollini-

mate 1 scripto, in quo erat hæc sententia: SUO DUCTU 2 BARBAROS APUD PLATEÆAS ESSE DELETOS 3, EJUSQUE VICTORIÆ ERGO APOLLINI DONUM DE-
4 DISSE 4. Hos versus 5 Lacedæmonii exsculpserunt 6, neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persæ erant victi 7.

II. Post id prœlium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum, atque Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus 8 barbarorum præsidia 9 depelleret. Pari felicitate in ea re usus, elatius 10 se gerere cœpit, majoresque ap-

1 Titulo, inscriptione, elogio; talia donis addita, quæ diis sacrabant. v. Just. 8, 1, 29. 2 Ductus differt ab auspiciis, quod hæc ad summam fati & fortunæ; illa formula ad operam & administrationem belli pertinet. Interdum conjunguntur, ubi idem auctor actorque. v. Briss. form. 4. & Bœcl. de auspic. reg. 1, 11. 3 Id est penitus fugatos. Sic deletæ cohortes Tac. H. 4, 18, 2. copiæ H. 2, 14, 7. exercitus H. 2, 26, 3. & ap. Curt. 4, 9, 22. 4 Inter solennia: D. D. vel D. P. i. e. domum dedit, donum posuit. v. de more diis dona figendi, dicandi, sacrandi, iisque inscriptiones addendi Briss. form. l. 1. & Tomasin. de donariis. 5 Latine translatos; apud Thucyd. ita sonant:

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

Idem fecisse illum Byzantii in populo diis littoralibus dicato Nymphis, Heracleotes apud Athenæum narrat. 6 Insculptos deleverunt, eraserunt. nove dictum judice Longolio. 7 Hinc præda non Pausaniæ solum, sed universæ Græciæ fuit. 8 Quæ adhuc Persæ tenebant. 9 Milites urbibus impositos. 10 Insolentius Flor. 1, 26, 8. efferre se altius & incivilius. Tac. A. 1, 12, 6. plusquam civilia agitare. conf. Cæs. B. C. 3, 79, 4.

appetere res 1. Nam cum Byzantio 2 expu- 2
gnato cepisset complures Persarum nobiles, at-
que in his nonnullos regis propinquos 3, hos
clam Xerxi remisit, simulans 4 ex vinculis pu-
blicis 5 effugisse; & cum his Gongylum Ere-
triensem 6, qui literas regi redderet 7, in quibus
hæc fuisse scripta Thucydides 8 memoriæ pro-
didit 9: *Pausanias dux Spartæ, quos Byzantii ce-* 3
perat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi
muneri 10 *misit; seque tecum adfinitate conjun-*
gi cupit. Quare si tibi videtur 11, *des ei filiam*
tuam nuptum 12. *Id si feceris, & Spartam, &* 4
cæteram Græciam sub tuam potestatem se ad-
juvante te redacturum pollicetur. His de rebus
si quid geri 13 *volueris, certum* 14 *hominem* 15
ad eum mittas face 16, *cum quo colloquatur.* Rex 5
tot hominum salute tam sibi necessariorum 17
ma-

1 Ambitiosa novaque consilia habere pro crescente animi elatione. 2 Urbe illa, quæ hodie Constantinopolis dicitur. Sita est in Thracia ad Bosphorum, a Turcis vocatur Stampol. 3 Affinitate junctos. 4 Fingens. 5 Ex carcere. 6 Civem ex Eretria civitate Eubœæ, cui curam Byzantii & captivorum mandaverat. Thucyd. 7 Traderet. 8 Lib. 1. s. 85. ubi hæc epistola græce legitur. 9 Historice retulit. 10 Dono. 11 Si placet conditio. 12 Paciscitur proditor istud vinculum necessitudinis ad obsignandam securitatem, quale offertur quandoque sollicitatis ad perfidiam. v. Curt. 3, 6, 4. cum not. Freinsh. 13 Effici. 14 Cui fides habeatur tuto. 15 Servum seu ministrum. 16 Archaismus pro *fac*. Plaut. Trucul. 2, 5, 25. *face ut accumbam*. Ter. Andr. 4, 1, 57. *me missum face*. Etiam Ovidius hac forma usus *verba face*, Pont. 2, 2, 64. 17 Tot propinquis & consanguineis, quos ex captivitate remisit Pausanias.

magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit; In qua *eum collaudat* 1, *ac petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quæ pollicetur; Si fecerit* 2, *nullius rei a se repulsam laturum* 3. Hujus Pausanias voluntate 4 cognita, alacrior ad rem gerendam factus 5, in suspicionem cecidit 6 Lacedæmoniorum. In quo facto 7 domum revocatus, accusatus capitis 8 absolvitur; multatur tamen pecunia. Quam ob causam ad classem remissus non est 9.

III. At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit 10, & ibi non callida, sed dementi ratione, cogitata 11 patefecit 12. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum, vestitumque mutavit 13. Apparatu regio utebatur,

1 Idem est ac laudat. 2 Alii *perfecerit*. 3 Reportaturum, accepturum, i. e. nihil non a se impetraturum. His promissis & spe affinitatis cum ulterius inescavit, adi Bodin. de rep. 6, 2. & Piccarti Observ. 4, 7. 4 Animo propenso. 5 Exstimulatus magis promissis. 6 Suspectus factus est Lacedæmoniis. 7 Interim dum id fit. plene & sine ellipsi sic dicitur, addita Præpos. *in*. v. Perizon. ad Minerv. Sanct. p. 507. 8 Scil. crimine. 9 Imperio suo excidit ne vindictæ cupiditate moliretur aliquid. 10 Arrogata sibi vetere militiæ præfectura. 11 Nonnulli reponunt *conata*, qua voce usus 10, 8, 5. 12 Incivilitas atque insolentia per notas describitur & per indicia. 13 Fortitudinem suam effœminato cultu molliisse eum dicit Val. Max. 2, 6, 1. Sic Liv. 24, 5. de Hieronymo Siciliæ Rege: *Hunc tam superbum*, inquit, *apparatum habitumque convenientes sequebantur mores, contemtus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta*. De Alexandro M. v. Curt. 6, 6, 4. & de M. Antonio Flor. 4, 11, 3. de Ruffino Claudian. 2, 75.

tur, veste Medica 1; satellides Medi & Ægyptii sequebantur 2: epulabatur more Persarum 3 luxuriosius, quam qui aderant perpeti possent 4: aditum petentibus conveniendi, non dabat 5: superbe respondebat 6, & crudeliter imperabat 7: Spartam redire nolebat 8: Golonas 9, qui locus in agro 10 Troade est, se contulerat: ibi consilia cum Syriæ 11, tum sibi 12 inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii 4 re-

1 Fluida scil. & perlucida. v. Brisson. de regn. Pers. 2. dicitur autem Medica pro Persica, scuti Medi pro Persis sæpe ponuntur, quia jam unius imperio parebant v. Freinsh. ad Curt. 6, 6, 4. & Athenæus 12, 9. 2 Comitabantur. Peregrinum hoc satellitium ad tyrannica instituta pertinet, quod aliquoties tradit in Politicis Aristoteles. 3 Quorum luxus in proverbium abiit. *Persicos odi puer apparatus*, Horat. Od. 1, 38. v. de eorum epulis & victu Xenoph. l. 8. Cyropæd. & Athenæus 4, 6. 4 Id est luxuriosissime. 5 Est admissionum difficultas hodieque familiare celsæ potestati vitium. v. de Hieronymo Liv. 24, 5. de Sejano Tac. A. 4, 74, 3. Contra de Ptolomæo Curt. 9, 8, 23. *Liberalis inprimis adituque facilis, nihil ex fastu regio assumserat.* 6 Responsis quoque prodebat notam animi arrogantis. 7 In magistratu sua sponte gerendo. 8 Repugnabat revocantibus. 9 Thucyd. κολωνὰς τρωιάδας vocat, interpres vertit, *pagos quosdam Troadis.* Solus Strabo hoc nomine amœnissimum collem laudat lib. 13. f. 411. quem Simois præterfluat. 10 Id est, in regione. 11 Ad quam prodendam ejusque libertatem supprimendam dirigebantur molitiones. 12 Cui inhonestam mortem consivit.

resciverunt 1, legatos 2 ad eum cum scytala 3 miserunt: in qua more illorum erat scriptum, *nisi domum reverteretur, se capitis* 4 *eum domnaturos* 5. Hoc nuntio motus, sperans se etiam pecunia 6 & potentia 7 instans 8 periculum posse depellere 9, domum rediit. Huc ut venit, ab ephoris 10 in vincula publica 11 conjectus est: licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi. Hinc tamen se expedivit 12: neque eo magis carebat 13 suspicione. Nam opinio manebat, eum cum rege habere societatem 14. Est genus quoddam hominum,

1 Compererunt. proprie de occultorum & insperatorum cognitione usurpari docet Gell. 2, 19. 2 Nuntios. 3 Id est Epistola laconica, inscripta chartæ, qua prolixa instar loci convestiebatur teres lignum, nec legi poterat, nisi alius persimili ligno uteretur. Ex gemellis itaque baculis alterum in bellum secum efferebant duces, ut legendis literis præstaret usum, quas interceptas hostes intelligere non possent. v. Plut. in Lysand. p. 444. Gell. 17, 9. 4 Scil. judicio seu crimine. 5 Id eorum legibus licebat facere Regibus. v. Grot. de J. B. & P. 1, 4, 8. Nam Spartani Reges *nomine non potestate; nomine magis quam imperio.* v. infra 17, 1. 2. & 25, 1, 2. conf. Arnisæus de rep. 2, 6, 2. §. 12. seqq. 6 Qua corrumperet judices & accusatores. 7 Qua eosdem deterreret. 8 Imminens, impendens. 9 i. e. evadere, ut ap. Tac. H. 4, 42. 2. 10 De horum potestate & officio, v. Nic. Crag. de Rep. Lacedæm. 2, 4. Ubb. Emmii l. 3. Græc. vet. p. 122. sqq. Arnisæi de rep. 3, 6, 2. §. 30. sqq. Si vim vocis spectes, sunt inspectores, ab ἐφοράω inspicio; si potestatem, tales erant, quales tribuni plebis apud Romanos. Et hoc veluti frenum nimiæ regum potentiæ erat injectum. conf. supra 2, 7, 2. 11 In carcerem. 12 Se impeditum solvit. 13 Erat omnino de eo suspicio. 14 Pactum & fidem.

num 1, quod Helotes vocatur 2, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere 3 fungitur 4. Hos quoque sollicitare 5 spe libertatis 6 existimabatur. Sed 7 quod harum rerum nullum erat apertum crimen 7, quo argui 8 posset, non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari 9: sed expectandum, dum se ipsa res aperiret 10.

Interim Argilius 11 quidam 12, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venereo 13 dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset 14, aliquid in ea de se esse scriptum, quod nemo eorum IV. non

1 Certi sunt homines. Gronovius mallet sequens *quod* omittere & in parenthesi scribere (*Helotes vocantur.*) 2 Ab oppido *Helos* in ora maris sito. v. Pausan. Lacon. p. 103. 3 Opera, labore. 4 De his servis publicis v. Nic. Crag. l. c. 1, 11. Ubb. Emm. l. c. p. 139. s. 5 In occasionem novandarum rerum erigere. 6 Qua ostensa duriores jugi impatientes ad impia consilia facile impelluntur. 7 Delictum. 8 Convinci. 9 Cum gravitas requireret, ut non temere iis, quæ nunciabantur, crederent. 10 Evidentibus argumentis ac testimoniis. 11 Ex Argilo Thessaliæ urbe; Alii putant nomen viri esse. 12 Additur hoc Pronomen nominibus propriis eleganter, interdum designandi causa, interdum contemtim, aliquando quasi de ignobiliore, obscuro aut obiter memorato. conf. 5, 1, 3. 10, 8, 1. 15, 5, 2. 13 Glossema esse videtur; certe Barthii judicio non sic scripserit Nepos. Xenophon, Plutarchus & alii puerorum amores apud Lacedæmonios turpitudinis expertes fuisse demonstrant. 14 Isque suspicatus esset.

rum rediisset, qui super tali caussa 1 eodem missi erant 2: vincula epistolæ laxavit 3 signóque 4 detracto cognovit, si pertulisset 5, sibi esse
2 pereundum. Erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant 6. Has ille literas ephoris
3 tradidit. Non est prætereunda gravitas 7 Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio 8 impulsi sunt, ut Pausaniam com-
9 prehenderent; neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset 10. Ita-
4 que huic indici 11, quid fieri vellent, præceperunt 12. Fanum 13 Neptuni est Tænari 14, quod violari nefas putant Græci 15. Eo ille index con-

1 Negotio. 2 Ita pactus erat Pausanias cum Artabazo ad occultanda consilia, ut ne redirent. Conscii re um arcanarum sæpius intercepti, ne consilia sceleris enuncientur. conf. de Vettio Svet. Cæs. c. 20. Curt. 6, 10, 20. Tac. A. 6, 21, 2. 3 Antiqui enim vinculis colligabant epistolas. v. Lipsii Epist. instit. c. 4. Barthii Advers. 24, 18. Freinsh. ad Curt. 7, 2, 25. 4 Quo epistola obsignata erat. 5 Conditio hæc si abesset, ut vult Scioppius, decederet aliquid sententiæ. Supra 2, 8. 6. *sensit Them. si eo pervenisset, sibi esse pereundum.* Erant autem literæ Bellerophonteæ, *Urias Brieffe.* 6 De quibus pacti erant. 7 In suspendenda fide, dum res penitissime exploraretur. 8 Narratione, manifestatione, confessione, quia literas apertas tradiderat, juxta Diod. Sic. 9 Per comprehensionem & secuturam capitis pœnam. 10 Ipsum se prodidisset. 11 Qui rem deferebat. 12 Docuerunt, monstraverunt, quid faciendum sit. proprie Magistrorum verbum est. 13 Templum celebre. 14 Tænarus est urbs & promontorium in finibus Laconicis. 15 Templa & aræ illis Asyla erant, unde quemquam detrahere nefas putabatur.

confugit 1 : in ara 2 consedit 3. Hanc juxta 4
locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri,
si quis quid 5 loqueretur cum Argilio. Huc ex
ephoris quidam descenderunt 6. Pausanias, 5
ut audivit Argilium confugisse in aram, per-
turbatus eo venit: quem cum supplicem Dei
7 videret in ara sedentem, quærit causæ quid
sit 8 tam repentini consilii 9. Huic ille, quid ex
literis comperiisset, aperit. Tanto magis 10 6
Pausanias perturbatus orare cœpit, *ne enuncia-*
ret 11, *nec se meritum de illo optime, proderet* 12,
quod si eam veniam sibi dedisset 13, *tantisque im-*
plicatum rebus 14 *sublevasset* 15, *magno esse ei*
præmio futurum.

His rebus ephori cognitis 16, satius puta- V.
verunt in urbe eum comprehendi. Quo-
cum

1 Tanquam ad præsidium. 2 Salutis tuendæ causa, tanquam in asylo. Mos passim obvius. v. Turneb. Adv. 21, 18. Rævard. Var. 1, 7. 3 Supplex factus est. 4 Anastrophe est. 5 Pro *si aliquis aliquid*, eleganter. 6 De simili calliditate vide ap. Tac. A. 4, 69, 2. 7 In Asylo & templo Neptunum adorantem. 8 Pro *quæ causa sit*, pertinet ad elegantias. 9 Elegantius alii: *tam repentino consilio*, quasi necessario & ex tempore salutis causa capto. 10 Alii *modo magis*, vel *multo magis*. 11 Deferret, revelaret rem secretam. Sic sæpe Cic. item Cæs. B. G. 5, 58, 1. Just. 5, 1, 1. Curt. 3, 6, 7. 12 Non abludit oratio Dymni ad Nicomachum ap. Curt. 6, 7, 9. 13 Si in eo annuisset, hoc sibi concessisset, petitioni locum dedisset. v. supra 2, 10, 1. 14 Ex difficultate cœptorum in varias emergendi angustias & in pericula conjectum. 15 Adjuvisset. 16 i. e. postquam Ephori has res cognoverunt vel audierunt.

cum essent profecti, & Pausanias placato 1 Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur; in itinere, cum jam in eo esset 2, ut comprehenderetur, e vultu 3 cujusdam ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri in-
2 tellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui 4 sequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalciœcus 5 vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti 6, quo fa-
3 cilius sub divo 7 interiret. Dicitur eo tempore ma-

1 Reconciliato. 2 Cum in eo loco res essent, ut loquitur Liv. 7, 35 v. ibi Gronov. & conf. sup. 1, 7, 3. 3 Ex nutu clandestino aliis inobservato. 4 Sensus est: paucis gradibus prius vel citius, quam illi, qui sequebantur iisdem gradibus &c. 5 Quasi dicas *domus ænea*, vel cui ædes ænea constructa est. Nam quia simulacrum quoque æneum fuit, eadem vox in cognomen Deæ transit. Unde id templum ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου vocant Thucyd. l. 1. Chrysermus Hist. Pers. l. 2. apud Stob. 157. Themistocl. Ep. 2. Polyæn. 8. Pausan. Laconicis &c. τὸν ναὸν τῆς χαλκιοίκου. Plut. in Parall. τὸ τῆς χαλκιοίκου τέμενος. Polyb. 4 Polyæn. 2. & Plut. in Apophth. Lacon. ipsam tamen ædem & Liv. 31, 36. Chalciœcum vocat, & Ælian. 9, 41. 6 Ita loquitur Curt. 8. 10, 30. Similiter Cic. *demoliri parietem, partem muri &c.* 7 Id est, in aperto aëre, non sub tecto. Scripturam hanc e MSS. Nostro itemque Lucretio 4, 211. Cic. 1. in Verr. c. 19. Horat. Od. 2, 3, 23. & 1, 18, 13. & 2, 5. Sveton. in Jul. 72. & Aug. 82. dudum Gifanius, Torrentius, alii asseruere; antea namque ferme ubique erat *sub dio*, quod Festus ἀπὸ τοῦ Διὸς dictum vult. Rectius Varro de L. Lat. 4, 10 ab antiquo *Diovis* derivat. Unde Horat. Od. 1, 1. *sub Jove frigido*, i. e. sub divo in aere.

matrem 1 Pausaniæ vixisse, eamque jam magno natu 2, postquam de scelere filii comperit, in primis 3 ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse 4. Sic Pausanias magnam belli gloriam 5 turpi morte maculavit 6. Hic cum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit 7. Cujus mortui corpus cum eodem nonnulli dicerent inferri 8 oportere loco, quo hi, qui ad supplicium essent dati 9, displicuit pluribus: & procul ab eo loco infoderunt 10, in quo erat mortuus. Inde posterius 11 dei Delphici 12 responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat 13.

V. CI-

1 Pro *mater dicitur vixisse*. Sic Tac. H. 1, 50, 1. *exercitum defecisse creditur*. Nomen matri *Theano* fuit, si Polynæo credimus. Svidas *Anchitheam*, Scholiastes in Aristoph. *Alcaltheam* vocat. 2 Id est, grandævam, anum annis defectam. Sic Liv. 2, 8. & 10, 38. 3 Hæsitantibus Spartanis, an ad supplicium trahendus supplex sit, ut Diodorus tradit. 4 Ut filii proditoris pœnam promoveret. Plut. in Parall. ex Chrysserme adscrit, & patrem illius (quem Agesilaum, alii Cleombrotum vocant,) lapidibus fores templi obstruxisse, ut inedia periret. 5 Bello gesto partam. 6 Sic Agrippinenses *egregiam laudem turpi fine maculasse* dicuntur Tac. H. 4, 60, 3. 7 i. e. mortuus est. Sed Xenoph. 3. rer. Græc. Tegeam profugisse ibique morbo confectum mortuum esse scribit. 8 Sepeliendum scil. Est inter verba solennia rei funebris. v. Kirchm. 3, 21. 9 Facinorosi, publico & ultimo supplicio affecti. 10 De sepultura itidem dicitur. 11 Postea. 12 i. e. Apollinis, quem consuluerunt. 13 Alii *finierat*. ponere vitam pro mori dixit etiam Propertius 2, 16, 3. ac Eleg. 26. extr. ut Val. Max. 7, 8, 8. ponere spiritum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0096
DFG

V.

CIMON.

ARGUMENTUM.

1. *Cimonem e vinculis paternis uxor liberat mutato matrimonio.* 2 *Ejus res gestæ ad Strymona Amphipolim, Eurymedonta & rebelles insulas.* 3. *Ostracismo ejicitur, sed restitutus pace cum Spartanis conciliata, in oppugnatione Citii moritur.* 4 *Ejus liberalitas summa.*

I. CImon 1 Miltiadis filius Athenienſis, duro 2 admodum initio uſus eſt adoleſcentiæ: nam cum pater ejus litem æſtimatam 3 populo ſolvere non potuiſſet, ob eamque cauſam in vin-

1 v. Plut. in Cim. Diod. 11. & 12. Herodotus 6. & 7. Thucyd. 1. Plato in Theage & Gorgia, Svidas, Demoſth. Orat. contra Ariſtocrat. Antocid. orat. in Alcib. Ariſtid. 1. 3. Platonica 2. Athenæus 12. Polyæn. 1, 34. Frontin. 3, 2, 5. & 4, 7, 45. Juſt. 2, 15, 10. Val. Max. 5, 3. ext. 3, 5, 4. ext. 2, 9, 19. ext. 3. Cic. Off. 2, 18. Ælian. 9, 32. &c. Diverſus ab hoc Cimon Tiſagoræ F. quanquam interdum cum hoc confundatur: de quo v. Rutgerſ. Var. lect. 1, 9. p. 33, & 37.

2 Aſpero & calamitoſo. Sic in Svet. Tiberius infantiam habuiſſe laborioſam & exercitam dicitur. 3 Pecuniam, de qua lis fuit, quam damnatus mulctæ nomine pendere non potuit. v. 1, 7, 6.

vinculis publicis decessisset 1, Cimon eadem custodia 2 tenebatur 3, neque legibus Athenienſibus 4 emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus esset, solvisset. Habebat autem 2
in matrimonio 5 sororem germanam 6 suam, nomine Elpinicen: non magis amore, quam more 7, ductus 8. Nam Athenienſibus licet 9, eodem patre natas uxores ducere. Hujus con- 3
jugii 10 cupidus Gallias quidam 11 non tam gene-

1 Observetur, veteres mortis vocabulo fere abstinuisse, ac pro mori decedere, vita defungi, animam efflare & similia posuisse. 2 Captivitate. Meminit & Seneca Controv. 24. & Quintil. Declam. 302. 3 Asservabatur, claudebatur. 4 Memorat hujusmodi legem Demosth. adversus Androtionem f. 704. *Si Pater multam non solvit Reip. filium fieri hæredem ignominiæ paternæ.* 5 v. Præfat. 4. Rutgers. Var. lect. 1, 9. licuisse Athenis sororem ὁμοπάτριον uxorem ducere, testimoniis veterum probavit. 6 Eodem germine, i. e. patre prognatam. Illa sororum & fratrum distinctio in germanos, consanguineos, uterinos, non semper a classicis Scriptoribus observatur. Varroni quidem apud Servium in Æn. 5. v. 412. *germanus* est de eadem genetrice manans. Sed ὁμομήτριον Athenis non licuit ducere. 7 Consuetudine patria, instituto legibus permisso. elegans ἀνταπάκλησις. Sic Symmach. Ep. 2, 59. *quæ dudum aliis ex more delata sunt, nobis amore servata.* Sidon. 9. Ep. 4. *ne forte videatur ipse plus literas ex more deposcere, quam nos ex amore dictare.* 8 Impulsus, motus. 9 Per leges, quas Solon tulit. v. Rutgers. l. c. p. 39. s. Sam. Petiti Comm. ad leg. Att. p. 440. 10 Scil. contrahendi cum ea muliere. 11 De eo & duobus aliis hoc nomine plura Gronov. Observ. 4, 5.

nerosus 1, quam pecuniosus 2, qui magnas pecunias ex metallis 3 fecerat 4, egit 5 cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret 6: Id si impe-
4. trasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspernaretur 7, Elpinice negavit se passuram 8, Miltiadis progeniem 9 in vinculis publicis interire, quoniamque prohibere posset 10, se Calliæ nupturam 11, si ea, quæ polliceretur, præstitisset 12.

II. Tali modo custodia 13 liberatus Cimon, celeriter ad Principatum 14 pervenit. Habebat 15 enim satis eloquentiæ 16, summam libera-

1 Ex illustri familia; non tam nobilitate generis præstans. 2 Dives. Plenius Cic pro Quinct. *Vir copiis rei familiaris locuples & pecuniosus.* 3 Ex argenti fodinis Laureotici, de quibus 2, 2, 2. Alias divitiarum causas narrant alii. 4 Reditus intelligit. Sic quoque Cic. 1. de divin. & Verr. 4. ac Salust. 5 Tractavit, transactionem instituit. 6 Soluto conjugii fœdere. Ita Cato Minor amico suo Hortensio petenti concessit Martiam uxorem. Cicero Terentiam suam morosam & imperiosam dimisit & Publiam duxit, cum qua, Tulliæ suæ morte lætari visa, haut multo post divortium fecit. 7 Cum pactionem oblatam recusaret. Plut. illum ad eam conditionem ἕτοιμον h. e. facilem & paratum fuisse adserit. 8 Se permissuram. Nolnit concedere. 9 Filium, liberos. 10 Ut mulier citius excusanda. 11 Nubere fœminarum est; sed vir ducit uxorem. 12 Effecta reddidisset; si implesset promissum. 13 Carcere, vinculis. 14 Non imperii sed auctoritatis. 15 Enumerantur hic artes viri civilis & ad magna nitentis. 16 Hanc & Plato in Theage ei tribuit eumque cum Pericle comparat. Apud Suidam librum insignem de curandis equis scripsisse dicitur. Sed Plutarchus secutus Stesimbrotum omnis liberalis doctrinæ expertem facit.

ralitatem 1, magnam prudentiam 2, cum juris civilis 3, tum rei militaris, quod cum patre a puero 4 in exercitu 5 fuerat versatus. Itaque hic & populum urbanum 6 in sua tenuit potestate 7, & apud exercitum 8 plurimum valuit auctoritate. Primum 9 imperator apud flumen Strymona 10 magnas copias Thracum 11 fugavit: oppidum Amphipolim 12 constituit 13, eoque decem millia Athenienſium in coloniam 14 misit. Idem iterum 15 apud Mycalen 16 Cypriorum & Phœnicum ducentarum 2

na-

1 In qua imitatus est Pisistratum. 2 Peritiam s. scientiam. 3 Athenienſis nimirum, ne jus & leges civitatis, in qua ipse versabatur, ignoraret. 4 Inde a pueritia. 5 In bello; alii in exercitibus. 6 Cujus favorem sibi pacis artibus conciliabat. 7 Apud populum potuit plurimum. 8 Qui noverat, eum a teneris fuisse militem. 9 Initio. 10 In Macedonia, ubi Orpheus amissam flevit Eurydicen. v. Virg. Georg. 4, 508. Strymoniæ grues poetis dicuntur, quod huc brumali tempore se recipiant. 11 Qui Persis studuerant, ibi confidentibus, & repulsis. 12 Urbem ita dictam, quod Strymon ex Hæmo delapsus peninsulæ formam eam amplecteretur. 13 Condidit, captam restituit. 14 Civitatem ex sua civitate veluti propagatam. v. Gell. 16, 13. & Sigon. de antiq. jur. Ital. l. 2. c. 2. de jure colonia-rum apud varias gentes conf. Heur. Valesius in annot. ad Collect. Const. Porphyrog. de Athenienſium coloniis v. Meurs. Forr. Att. c. 6. 15 Scil. Imperator. 16 Hæ duæ voces a sciolo quodam insertæ videntur; quandoquidem navalis illa pugna potius juxta Eurymedonta Pamphyliæ fluvium & prope Cyprum commissa est, uti habent alii autores omnes. Aliis ducibus Persæ eodem die ad Mycalen & Platæas victi sunt.

3 navium classem devictam cepit. Eodemque die pari fortuna 1 in terra usus est. Namque hostium navibus captis, statim 2 ex classe copias suas eduxit, barbarorum 3 uno concursu 4 4 maximam vim 5 prostravit. Qua victoria magna præda 6 potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ, propter acerbitatem imperii 7, defecerant 8, bene animatas 9 confirmavit 10, alienatas 11 ad officium 5 12 redire coëgit 13. Scyrum 14, quam eo tempore Dolopes 15 incolebant, quod contumacius se gesserat 16, vacue fecit 17, sessores 18 veteres urbe

1 Felicitate. Utramque victoriam eodem die partam confirmat Thucydides & alii. 2 Victoriam prudenter persecutus, infelicis pugnæ nuntio perterritis hostibus 3 Qui ejusdem nationis cum Græcis non erant. 4 Impetu, conflictu, prœlio. 5 i. e. multitudinem. 6 Præter triremes & viros pecuniæ summa memorabili. 7 Crudelitatem, nimiumque rigorem imperantium, & injurias. conf. Curt. 4, 7, 1. Tac. A. 4, 72. & 14, 31. f. 8 Scil. ab obsequio. 9 Vacillantes quidem ac trementes, sed manentes adhuc in obsequio. apud Svet. Vit. 7. *male animatus exercitus erga principem.* apud Cic. in Epist. *Socii infirme animati.* 10 Scil. in obsequio & fide. Sic Vellej. 2, 120, 1. & 3. Just. 31, 6, 4. *Promptos firmare* dixit Tac. A. 6, 44, 2. 11 Quæ jam defecerant. 12 Ad obsequium. Sic & Svet. Jul. 69. 13 Ad officium reduxit. v. 14, 2, 3. 14 Ægæi maris insulam. 15 Ex Epiro populi; piratæ prædonesque insignes. 16 Detrectaverant imperium, & Athenienses contemserant. 17 Vastavit, possessoribus vel sub corona venditis, vel in alias sedes trajectis, quæ pœna in rebelles & victos olim constituta. v. Just. 8, 5, 7. 18 Incolas, habitatores, possessores. Liv. dixit veteres cultores 28, 28. ubi v. not. Gronovii.

urbe insulaque ejecit, agros civibus divisit 1. Thasios 2 opulentia fretos 3 suo adventu fregit 4. His ex manubiis 5 Athenarum arx, qua ad meridiem vergit 6, est ornata 7.

Quibus rebus 8 cum unus in civitate maxi- III.
me floreret 9, incidit in eandem invidiam, quam 10 pater suus 11 cæterique Athenienſium principes 12. Nam testarum suffragiis, quod illi ostraciſmum vocant 13, decem annorum exilio 14 multatus est. Cujus facti celerius A- 2
thenienses, quam ipsum, pœnituit 15. Nam cum ille sorti animo invidiæ ingratorum civium ces-

1 Partitus est, distribuit, assignavit. 2 In eodem mari Ægeo. Thasus hodie Thaso dicitur. 3 Vino, marmore & metallis divites, adeoque elatos. v. 2, 7, 2. 4 Subegit, vitiis superbiam ademit. 5 Prædam seu pecuniam ex præda redactam intelligi, ostendit Gellius 13, 23. 6 Spectat. 7 Magnifice est exstructa. 8 Rerum gestarum gloria. Idem est ac si dixisset: propter has res. 9 Unius fortuna maxime conspicua. 10 Alii plene *in quam*. 11 Pro *ejus*. Sæpe hæc invicem commutari, nec accurate discrimen illud, quod Grammatici tradunt, ab antiquis scriptoribus observari, plures monuere. v. Robigius in Lex. Crit. 4, 4. Bangius observ. Philol. P. 2. p. 952. &c. 12 Viri præcipui, clari, florentes. v. Dio Chrysost. orat. 73. Val. Max. 5, 3. ext. 3. 13 Testulis enim, quæ Græcis ὀστρακα, inscribebantur suffragia exilii illis irrogandi, quorum potentia nimia ad democraticæ æqualitatis statum Athenis erat contemperanda. Sed telum id adversus dominatum, ut est genius popularis libertatis, intemperanter haberi cœptum. v. inprimis Meurs. Att. lect. 5, 18. & Petit. comm. ad leg. Att. p. 366. seqq. 14 Pœna ostraciſmi legibus definita. 15 Dolor cepit. Sen. de Benef. 6, 37. *Non est istud exilium, cujus neminem non magis quam damnatum pudet.*

cessisset 1, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent 2, confestim notæ 3 ejus virtutis desiderium consecutum est 4. Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est 5. Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur 6, satis existimans eos & cives suos inter se una voluntate consentire 7, quam armis contendere, Lacedæmonem sua sponte 8 est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates 9 conciliavit 10. Post neque ita 11 multo, Cyprum cum ducentis navibus imperator 12 missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus 13, in oppido Citio 14 est mortuus.

Hunc

1 Ne adversus stimulum calces jactaret temere, nihil obluctatus alio concessit. 2 Denunciassent, eladem ad Tanagram illis jam illatam refert Plutarchus. 3 Cum laude insignis pariter ac perspectæ, probatæ. 4 Sic Cic. 6, 8, 23. *crudelitatem sera pœnitentia consecuta est.* παραφράσεως instar esse potest locus 5, 7, 1. & Tac. de Agr. 41, 3. *cum damna damnis continuarentur &c.* & Horat. 3. Od. 24. *Virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quærimus invidi.* 5 Scil. ab exilio, ante legitimum tempus, decreto Periclis. 6 Eorumque adeo rebus studebat ac favebat. 7 Concordes esse. 8 Sine jussu populi; antequam Athenas reverteretur. 9 Athenas & Lacedæmonem. 10 Medius & veluti arbiter pacis intervenit offensasque removit. Sic Cic. 10. fam. 27. & Ter. Heaut. 5, 5, 2. 11 Pro *adeo*, eleganter. v. Turscll. de Partic. c. 84. communiter diceretur, *non multo post.* 12 Dux classis & navalis belli. 13 Sic quoque 17, 8, 7. & Liv. 23, 34. Frequentius est, implicitus morbo. 14 Dum illud obsideret, occubuisse Cimonem scribunt Thucyd. & Plut. Patria hæc fuit Zenonis in insula Cypro, qui inde Citius dictus est.

Hunc Athenienſes non ſolum in bello, ſed 1 IV.
in pace diu deſideraverunt 2. Fuit enim tanta
liberalitate 3, cum compluribus locis prædia
hortosque haberet, ut nunquam eis cuſtodem
impoſuerit 4 fructus ſervandi gratia 5, ne quis
impediretur, quo minus ejus rebus, quibus 6
vellet, frueretur. Semper eum pediſſequi 2
cum nummis 7 ſunt ſecuti, ut, ſi quis opis ejus
indigeret 8, haberet, quod ſtatim daret, ne dif-
ferendo videretur negare 9. Sæpe, cum ali-
quem offenſum fortuna 10, videret minus be-
ne

1 Obſervetur abſentia vocis *etiam*. Magnus in bello fuit nec minor in pace, ut eſt 2, 6, 1. conf. meæ Obſervat. Hiſtorico-pol. tit. *bello & pace clari*. 2 Hoc ſenſu clare loquitur. Plin. Paneg. de Nerva c. 10. *Eo ipſo carus omnibus ac deſiderandus, quod proſpexerat, ne deſideraretur*. 3 B Theopompo hæc eſſe, Caſaub. notat ad Athenæi 12, 8. de ſimili munificentia Gilliæ Agrigentini Val. Max. 4, 8. ext. 2. 4 Sic quoque MSS. Cælii Curionis, quo Barthius uſus eſt, & Cic. pro Planco: *quem villicum imponeremus?* In MSS. vero Gifanii eſt, *poſuerit*, quomodo locuti Cæſ. B. G. 1, 20. Cic. Phil. 2. & pro Flacco. 5 Quo prohiberet a vi & rapinis. 6 Aliis eſt: *quibus quisque vellet*. Simile quid de Ephialte refert Heraclites in Polit. Athen. 7 De hoc genere ſervorum vid. Pignorius. Alio fine L. Veratii ſervis crumenam portabat, ut, ſi quem depalmaſſet ille, numeraret multam. v. Gell. 20, 1. 8 Si quis mendicaret. 9 Φρόνησις γνωμικὴ, cujus fundamentum explicare illa Senecæ poſſunt Benef. 1, 1. *diſtulit, i. e. timide negavit*, & mox: *qui tarde fecit, diu noluit*. It. l. 2. c. 5. *tarde velle nolentis eſt*. Et juxta Auſonium: *Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt*. 10 Duplicem ſenſum admittit, ſi exponas læſum a fortuna, cui ſors fuerit iratior & iniquior; vel ſi intelligas obviam factum fortuito, ſeu forte fortuna.

3 ne vestitum 1, suum amiculum dedit 2. Quotidie sic cœna ei coquebatur 3, ut, quos invocatos 4 vidisset in foro, omnes devocaret 5: quod facere nullum diem prætermittebat 6. Nulli fides ejus, nulli opera 7, nulli 8 res familiaris defuit 9. Multos locupletavit 10: complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit 11. Sic se gerendo minime est mirandum, si & vita ejus fuit secura 12, & mors acerba 13.

4

VI. LT-

1 Lacerum pannisque obsitum. 2 De S. Martino idem prædicat Sulp. Severus in ejus vita; & de Smyrnæis Tacitus A. 4,56,3. 3 Apparabatur; tenuis quidem, sed multis sufficiens. Plut. 4 i. e. non vocatos, non invitatos. Sic Ter. Evn. 5,9. (al. 8.) 29. *invocato ut sit locus semper.* 5 i. e. e foro vocaret ad cœnam. 6 Ille mos ejus fuit quotidianus. 7 Officia scil. in iis, quæ amicis aliisve præstanda. 8 Per anaphoram ter repetitur. 9 Omnibus fide officioque præsto fuit. Omnibus benefacere studebat. 10 Pecunia, frumento & reliquis necessariis. 11 Ob eandem pietatem in historia sacra laudatur Tobias. 12 Sine odio, sine insidiis & periculis. Pro salute & incrementis ejus cives votis excubabant, ut de Gillia ait Val. Max. l. c. 13 Luctuosa tanquam præmatura. Metaphora ducta a fructibus arborum, qui ante maturitatem acerbi sunt. conf. Servius ad illud Æn. 6, 4, 29. *fuere nersit acerbo.*

VI.
LYSANDER.

ARGUMENTUM.

1. Lysander bellum Peloponnesiacum confecit & decem viros civitatibus imposuit. 2. In Thasios subdolus & crudelis fuit. 3. Lacedæmoniorum reges tollere & oracula corrumpere conatus est. Denique occiditur a Thebanis. Oratio molitiones ejus prodidit. 4. Semet ipsum etiam accusabit per suppositititium libellum.

LYsander 1 Lacedæmonius 2 magnam reliquit sui famam 3, magis felicitate, quam virtute partam 4. Athenienses enim in Peloponne- I.

1 v. Plut. in vita & alibi Thucydid. 5. Xenoph. Gr. H. 2. & 3. Diodorus 12, 13 Pausanias passim. Ælianus 1, 20. 3, 30. 6, 4. 10, 15. 12, 43. 13, 8. & 14, 29. Polyænus 1, 45. & 7, 19. Frontin. 1, 5, 7. 2, 1, 18. 4, 1, 9. Justin. 5, 5 seqq. & 6, 4, 6. Cic. Off. 2, 20. & 30, 2, 23. de Sen. 17. Div. 1, 34. & 43. &c. 2 Mothaces fuisse dicitur apud Athenæum 6, 20. Sunt Mothaces non ipsi quidem Lacedæmonii, sed cum eorum filiis educati ob virilia & præclara facta Laconum Resp. adscribebantur. 3 Laudem & gloriam. 4 Versutia ipsi felicius esset, quam aliis virtus. v. Forstn. in not. pol. ad Tac. A. 3. p. 242. seqq. sed per se virtus sine fortuna ponderanda, 8, 1, 1. conf. Freinsh. not. ad Flor. præf. 2.

nesios sexto & vicesimo anno bellum 1 ge-
2 rentes confeciſſe 2, apparet. Id qua ratione
conſecutus ſit, latet 3. Non enim virtute ſui
exercitus, ſed immodeſtia 4 factum eſt adver-
ſariorum: qui, quod dicto audientes 5 imperа-
toribus ſuis non erant 6, diſpalati 7 in agris, re-
lictis navibus 8, in hoſtium venerunt poteſta-
tem. Quo facto Athenienſes 9 ſe Lacedæmoniis
3 dediderunt 10. Hac victoria Lyſander elatus 11,
cum antea ſemper factioſus audaxque 12 fuis-
ſet, ſic ſibi indulſit 13, ut ejus opera 14 in maxi-
mum odium Græciæ Lacedæmonii perve-
4 nerint 15. Nam cum hanc cauſam Lacedæmo-
nii dicitaſſent 16 ſibi eſſe belli, ut Athenienſi-
um

1 Quod univerſam exercuit Græciam & pene attrivit. 2 Contudiſſe & debellaſſe. Ita Sen. de Benef. 3, 26. *accuſatorum rabies togatam civitatem confecit.* Cic. de invent. *Licinius hoſtes confecit.* Eſt proprie gladiatorum & beſtiа-
riorum. v. Donat. ad Ter. Evn. 5, 4, 6. 3 Conjicio cum aliis, potius legendum eſſe, *non latet*, cum ipſe autor cauſam exponat. 4 Licentia militari & dedignatione parendi. 5 Obedientes, eadem formula eleganti, qua obſe-
quium exprimitur, uſus noſter 11, 2, 1. 14, 2, 2. & 17, 4, 2. 6 Spreverant ducum mandata; & inprimis Alcibiadis conſilia Philocles prætor reſpuerat. 7 Vagi, diſperſi & incompoſiti, de quibus facilis victoria. v. Tac. A. 4, 48, 4. H. 4, 35, 3. conf. infra 23, 5, 2. 8 Juxta Ægos flumen in ter-
ram egreſſi corpus curabant. 9 Obſeſſi inſuper, fame ur-
gente. 10 Pax petentibus data, cum Spartani negarent, alterum Græciæ oculum eruendum. 11 v. ſupra 4, 1, 3. 12 Seditioſus, inquietus, impotens ad refrenandas cupidi-
tates. 13 Talem ſibi licentiam ſumſit. 14 i. e. propter eum. 15 Apud omnes Græcos inviſi redditi. 16 Hoc prætextu uſi.

um impotentem dominationem 1 refringerent 2, postquam apud Ægos flumen 3 Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est 4, quam ut omnes civitates 5 in sua teneret potestate 6, cum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet 7. Namque undique, qui Athenienſium rebus ſtuduiſſent 8, ejectis, decem delegerat in unaquaque civitate 9, quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum 10 committeret 11. Horum in numerum nemo admittebatur, niſi qui aut ejus hoſpitio contineretur 12, aut ſe illius fore proprium 13 fide confirmarat 14.

Ita

1 Imperium vi captum occupatumque, adeoque ipſam tyrannidem, & intemperantis imperii inſolentiam & abuſum poteſtatis, cujus parandæ artes & flagitia hic aperiuntur. 2 Debilitarent, ei obſiſterent. 3 Et urbs eſt Helleſponti Græcis αἰγὸς ποταμοί. ſingulari numero etiam Plinius 2, 58. & 4, 10. ac Mela 2, 7. extulere. 4 Nullum aliud habuit conſilium. 5 Quæ poſt pugnam illam ab Athenienſibus deficiebant. 6 Ut ſibi conciliaret, ut ſuas faceret. 7 Publicum bonum privatis commodis & dominationi ſuæ prætendens. 8 Qui promoviſſent eorum potentiam. 9 Exceptis Athenis, ubi triginta præfecti erant, quos ob injuſtam dominationem Tyrannos poſtea vocarunt, v. 8, 1, 5. 10 Summam reipublicæ & gubernationis. 11 Sic apud Liv. & Front. *committere cui remp.* v. Gronov. ad Liv. 27, 7. 12 Erat inter conjunctos fœdere hoſpitii; eſſet inter hoſpites. 13 Eleganter ita dicitur, qui deditus obſtrictusque alicui, factionem ejus & nutum ſequitur. 14 Fidem fecerat.

11. Ita decemvirali potestate 1 in omnibus urbibus constituta 2, ipsius nutu 3 omnia gerebantur 4. Cujus de crudelitate ac perfidia satis est unam rem, exempli gratia 5, proferre, ne de eodem plura enumerando 6, fatigemus 7
2 lectores. Victor ex Asia cum reverteretur, Thasumque divertisset 8, quod ea civitas præcipua fide fuerat 9 erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi 10 solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici 11, eam pervertere 12
3 concupivit. Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem 13, futurum, ut Thasii dilaberentur 14, consulerentque 15 rebus suis 16. ***

Ita-

1 Δεκαδαρχία, imperio Decemvirorum. 2 Instituta. 3 Arbitrio, placito. 4 Quin & nonnullæ civitates ei aras erigebant ut Deo, & victimas immolabant. 5 Cicero solet dicere *exempli causa*, ut orat. pro Mur. 2. in Verr. & Phil. 13. 6 Per seriem narrando. 7 Narratione & multitudine exemplorum. 8 Ex itinere in urbem & insulam maris Ægæi. 9 Thasii singularem fidem præstiterant Athenienses, & in hac amicitia mansuri videbantur, quanquam antea illis fuissent irati. 10 Constantissimi, sinceriſſimi. 11 Antequam ad adversas partes essent traducti. 12 Evertere, multare exitio. 13 Consilium, propositum. 14 Fuga & discessione, qua quisque posset, salutem peterent. Exempla & ampliorem expositionem v. apud Muret. Var. lect. 11, 5. 15 Supra 2, 8, 5. est: *consulere sibi*, apud alios est: *sibi consilium capere; sibi, qua potest, salutem quærere.* 16 Simulavit ergo, se veniam dare his, qui laterent, benignissima oratione habita in templo Herculis; sed fidem habentes & prodeuntes post paulo jussit interfici. Ita fere supplet ea, quæ hic desiderantur, Polyænus 1, 45, 4.

Itaque 1 decemviralem suam potestatem sui 2 III
ab illo constitutam sustulerunt 3. Quo dolore 4
incensus 5 iniit consilia 6, reges Lacedæmoniorum tollere 7. Sed sentiebat, id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedæmonii 8 omnia ad oracula referre consueverant 9. Primum Delphos 10 corrumpere 11 est conatus. 2
Cum id non potuisset 12, Dodonam 13 adortus est 14. Hinc quoque repulsus 15, dixit se vota suscepisse 16, quæ Jovi Ammoni 17 solveret 18, existimans se Afros facilius corrupturum 19. Hac spe cum profectus esset in Africam, mul- 3
tum

1 Desunt quoque rationes, quibus permoti sunt Lacedæmonii, ut res commutarent. 2 Lacedæmonii, Ephori, Reges. 3 Abrogarunt. 4 Qui iræ quoque causa fuit. 5 Valde concitatus. 6 Per factiosam molitionem instituit. 7 Abrogare. Infinitivus ponitur pro Gerundio per Græcismum. Ita Livius 21, 54. *corpora curare* (pro curandi) *tempus est.* 8 Non secus ac cæteri Græci & aliæ gentes. Cic. de div. 1. *De rebus obscuris & incertis ad Apollinem omnes referendum.* 9 Si approbata essent ab oraculis co[illegible] a sua, exsequebantur; sin minus, mutabant. 10 Urbs metonymice ponitur pro oraculo Apollinis Delphico, ejusque sacerdotibus, unde tanta urbis celebritas. 11 Pretio eo impellere, ut sibi exoptata responsa darent. 12 Scil. efficere. 13 i. e. Oraculum Jovis Dodonæum sive sacerdotes illius in Epiro. 14 Ut corrumperet, & ad voluntatem suam perduceret. 15 Frustrato conatu ac petitione rejecta. 16 Se voto facto promisisse munera. 17 Sic dicto ab arenis Africæ, de quo prolixe Curt. 4, 7. 18 Solvere vota idem est, atque id, quod promissum est, Diis efferre. 19 Si nempe per fraudem eos aggrederetur.

tum eum antistites 1 Jovis fefellerunt 2. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacertotes fani 3 cor-
4 rumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine 4, judicumque absolutus sententiis 5, Orchomeniis 6 missus subsidio 7, occisus est a Theba-
5 nis apud Haliartum 8. Quam vere de eo foret judicatum 9, oratio indicio fuit 10, quæ post mortem in domo ejus reperta est 11, in qua suadet Lacedæmoniis, ut regia potestate dissoluta 12, ex omnibus dux deligatur 13 ad bellum gerendum: sed ita scripta 14, ut deorum videretur congruere 15 sententiæ 16, quam 17 ille se habiturum 18, pecunia fidens 19, non dubitabat,

1 Sacerdotes. 2 Imo opinio eum fefellit: spe sua excidit. 3 Scil. Jovis Ammonis. 4 A Legatis, quibus non statim credebatur. 5 Quia causa pro se dicta fidem fecit, se innocentem esse. 6 Orchomenus & quæ sequitur, Haliartus, urbes Bœotiæ. 7 In bello, quod tunc contra Thebanos gerebant. 8 Cum obsideret hanc urbem. 9 Nisi eum maluissent absolvere. 10 Indicavit, indicium præbuit. 11 Ab Agesilao, qui afferre voluit in concionem, nisi Ephorus Lacratidas dissuasisset. 12 Abrogata, abolita; deletis regibus. 13 Ipse scil. Lysander. 14 Scil. fuit Oratio. 15 Ad illam accommodari, referri; consentire cum ea. 16 Oraculis & responsis. 17 Oraculorum sententiam & suffragium. 18 Quin pro se obtineat, quin adipiscatur corruptis sacerdotibus, conf. 7, 9, 5. 19 Spem conficiendi inde sumens.

bat. Hanc ei 1 scripsisse 2 Cleon Halicarnaseus dicitur.

Atque 3 hoc loco non est prætereundum 4 IV. factum Pharnabazi satrapis regii 5. Nam cum Lysander præfectus classis 6 in bello multa crudeliter avareque fecisset 7, deque his rebus suspicaretur ad cives suos 8 esse perlatum, petiit a Pharnabazo 9, ut ad ephoros sibi testimonium 10 daret: quanta sanctitate 11 bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet. Magnam enim ejus 12 auctoritatem in ea re futuram. Huic ille liberaliter 13 2 pollicetur: librum 14 gravem 15 multis ver-

1 Orationem. 2 Lysandri nomine a Cleone scripta erat juxta morem in Græcia usurpatum. Nam Oratores & Sophistæ orationes aliis recitandas scriptitabant, unde λογογραφοι quæ vox postea cum re in contemtum adducta, v. Cresoll Theatr. Rhet. 3, 2. 3 Ab initio hæc particula eleganter ponitur. 4 In narratione non omittendum. 5 Persici, qui maritimæ oræ in Hellesponto præerat. 6 Græce ναυαρχῶ & σολάρχης. v. Scheffer. de mil. nav. 4, 5. 7 Solita magistratuum vitia notantur, avaritia & superbia. 8 Lacedæmonios. 9 Qui jam antea literas de moribus ejus Lacedæmona miserat. 10 Gestæ scil. præfecturæ. 11 Justitia, abstinentia, integritate, moderatione, lenitate. Hinc sanctæ manus non pollutæ captandis & acceptandis muneribus provinciarum, apud Val. Max. 2, 2, 8. 12 Pharnabazi scil. Ei, si quid scriberet, hic magnopere creditum iri. 13 Prompte, prolixe, ample. Cic. de petit. Consul. dixit: *large & honorifice*. Curtius 7, 2, 27. *impensius etiam*, quam exigebatur promittit operam. 14 Testimonium, epistolam. 15 Grandem, uti est in Ultraj. & Cisan. codice.

verbis 1 conscripsit, in quo summis eum effert laudibus, quem cum legisset probassetque, dum obsignatur 2, alterum pari magnitudine, ut discerni non posset 3, signatum subjecit 4, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiam-
3 que accusarat. Hinc Lysander domum cum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum 5, quæ voluerat, dixerat 6, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit 7. Hunc, summoto 8 Lysandro, cum ephori cognossent 9, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens 10 ipse suus fuit accusator 11.

VII. AL-

1 Prolixe. 2 *obsignare* potius, quam *signare*, esse apud autores Augusto antiquiores docet Salmas. Specim. confutat. animadv. Heraldi c. 39. p. 294. & 301. ubi multa quoque de ratione obsignandi libros. 3 i. e. Simillimum. 4 Supposuit, substituit, loco alterius dedit. 5 Ephoros. 6 Deprædicaverat laudes suas. 7 Ut tanto magis confirmaret dicta sua, si nondum crederent. 8 Secedere jusso. 9 Legissent. 10 Insscius, qui literas in caput suum scriptas, non secus ac Urias aut Bellerophon aliter existimans, ad suos tulit. v. Piccarti Observ. Historico-pol. Dec. 16, 9. 11 Se ipsum accusavit.

VII.

ALCIBIADES.

ARGUMENTUM.

1. Alcibiades & vitiis & virtutibus celebris. 2. Ejus præceptores. Adolescens amatus est, & ipse amabit. 3. Belli dux contra Syracusanos in suspicionem venit. 4. Domum vocatus devobetur: ideoque Spartanis inservit. 5. His suspectus, ad Tissaphernem venit, & Athenienſium exercitui conciliatur. 6. Bene domi exceptus, resacratur. 7. Minus felix, in invidiam recidit. 8. Civibus, quantum potest, consulit. 9. Spe patriæ orbatus ad Pharnabazum se confert. 10. Ibi in insidiis conficitur. 11. Infamatus & laudatus.

ALcibiades 1 Cliniæ filius, Athenienſis. I. In hoc natura 2, quid efficere possit, videtur

1 v. Plut. in vita. Diod. 12. & 13. Thucyd. 5. & 6. Xenophon. H. Gr. 1. &c. Plato in Symp. Athenæus 12. Suidas. Isocrat. orat. de bigis. Ælian. Var. Hist. 2, 2. 4, 15. ſ. & 21. 9, 29. 11, 7. & 12. 12, 14. 13, 58. Polyænus 1, 40. Frontin. 2, 5, 44. ſ. 2, 7, 6. 3, 2, 6. 3, 6, 6. 3, 9, 6. 3, 11, 3. 3, 12, 1. Val. Max. 1, 7. ext. 9, 3, 1. ext. 1, 6, 9. ext. 4. Cic. Orat. 2, 22. & 3, 34. Brut. 7. Tusc. 3, 32. Div. 2, 69. de 4. diverſis hoc numine vocatis. v. Meurſ. Att. Lect. 6, 12. 2 Grandius aliquid ſignificatur per naturam, tanquam effectricem rerum.

detur experta 1. Constat 2 enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt 3, nihil illo fuisse excellentius 4, vel in vitiis, vel in virtutibus 5. Natus in amplissima civitate 6, summo genere 7, omnium ætatis suæ 8 multo formosissimus 9, ad omnes res aptus 10, consiliique plenus 11. Namque imperator fuit summus mari & terra: disertus, ut inprimis dicendo valeret 12: & tanta erat commendatio oris 13 atque orationis 14, ut nemo ei dicendo posset resistere 15. Idem 16 cum tempus poscoret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus 17, non minus in vita, quam victu 18 affabilis, blandus,

1 Magni ingenii descriptio est, celebrata certatim studiis imitantium. 2 Notus est. 3 Scil. aliquid; qui historiam ejus reliquerunt scriptam. 4 i. e. eum excellentissimum fuisse. 5 Talis & Pausanias 4, 1, 1. v. Observat. meæ tit. *virtutis vitii mixtura.* 6 Athenis. Sic 8, 2, 2. *clarissima civitas.* 7 Nobilitate eximia. 8 Omnium æqualium juvenum. 9 Unde ejus vultus paradigma proverbiale formæ speciosissimæ. v. Casp. Barth. Adversar. 52, 5. 10 Propter dexteritatem ingenii. 11 Propter sagacitatem judicii. 12 Hæc vox proprie eloquentiam notat & artem. 13 Vultus, qui eum commendabat, synecdochice significatur. 14 Commendatæ viribus actionis. Naturali vultus gratia & pronunciandi excellentia præstitit. v. Cresoll. vocat. autumn. l. 2. p. 213. 15 Adversus ipsum valere. 16 Aliis est *deinde*; aliis *dives*, quasi pugnantes inter se divitiæ & labor in Alcibiade convenerint. 17 A sumtuoso non distinguendus, uti 25, 13, 5. 18 Distinguuntur victus & vita; ut hæc exteriorem inter homines & in publico consuetudinem; ille inferioris & familiaris vitæ instrumenta, domumque ac mensam innuat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0115
DFG

dus, temporibus 1 callidissime inserviens 2. Idem, simul ac remiserat 3, nec causa suberat, 4 quare animi laborem 4 perferret 5, luxuriosus, dissolutus 6, libidinosus, intemperans reperiebatur: ut omnes admirarentur, in uno homine tantam inesse 7 dissimilitudinem, tamque diversam naturam 8.

Educatus est in domo Periclis 9, (privignus 10 II. enim ejus fuisse dicitur) eruditus a Socrate 11, socerum habuit Hipponicum 12, omnium Græcæ linguæ eloquentia disertissimum 13. Ut si ipse

1 Rationibus temporum. 2 Tacitus A. 4, 33, 2. callidum temporum & sapientem vocat. v. de prudentia temporum Buehneri Orat. fest. p. 229. 3 Relaxaverat. Opponitur seriis actionibus ac curis. Tac. Agr. 9, 3. *Tempora curarum remissionumque divisa.* Similis Mecænas apud Vellej. 2, 88. 2. 4 Contentionem ac curam. 5 Toleraret. 6 Legis, boni moris, existimationis negligens. Hæc dissolutio (uti vocat Treb. Pollio in Valer. jun.) contemtum parit, sicut flagitia & iniquitas principum timorem. conf. Poll. Gallien. c. 5. 7 Pro *esse*. Gebh. tuetur hanc lectionem illo Tac. H. 4, 27, 6. *tanta illi exercitui diversitas inerat licentiæ patientiæque.* 8 Ingenium dispar. ob id dictus fuit Chamæleon quod vitæ genus etiam quodvis vivere posset, non aliter ac Chamæleon quemvis colorem recipit, excepto albo. Similia fere de Catilina prodidit Cic. in Cœliana c. 5. s. 9 Prætoris & Oratoris celeberrimi, qui non verba, sed tonitrua & fulmina loqui visus. 10 Sororis Periclis filius potius, ut tradit Suidas. Plutarchus Alcibiadis curatorem facit. 11 Sapientissimo olim mortalium, cum discipulus ante fuisset Sophili. 12 Qui ei cum dote summa filiam dedit Hippareten. 13 Non disertum, sed hominem, supra quam dici potest, divitem adserit Plutarchus.

ipse fingere 1 vellet, neque plura bona reminiſci 2, neque majora poſſet conſequi, quam vel 2 fortuna vel natura tribuerat 3. Ineunte 4 adoleſcentia amatus eſt a multis more Græcorum 5: in eis 6 a Socrate, de quo mentionem facit Plato in *ſympoſio* 7. Namque eum 8 induxit 9 commemorantem, *ſe pernoctaſſe* 10 *cum Socrate, neque aliter ab eo ſurrexiſſe, ac filius a parente debuerit* 11. Poſtea quam ro- 3 buſtior eſt factus 12, non minus multos amavit. In quorum amore, quod licitum eſt 13, odioſa multa 14 delicate jocoſeque fecit 15: quæ referremus, niſi majora potioraque 16 haberemus.

1 Voto & cogitationibus exemplum veluti proſperitatis formare & fabricare. 2 Memoria ac mentis diſcurſu complecti. 3 Bona naturæ erant, ingenium, judicium, forma; fortunæ, parentes, præceptores, divitiæ, conjugium. 4 Vid. ſupra 2, 1, 1. 5 Conf. Præf. 4. & 4, 4, 1. Ambiguum hic ſane eſt. Sed viri in rep. clari aut ſapientia doctrinaque nobiles adoleſcentulos bono ingenio præditos amabant, quo a turpibus ſtudiis vitæ, cum perpetuo illis adeſſent, abducerent. 6 Inter alios, qui eum amabant, etiam erat Socrates. 7 In Dialogo illo, quem ab argumento, quod tractat, denominavit ſympoſium, i. e. convivium. 8 Alcibiadem. 9 Perſonam ei tribuit actionis aut ſermonis gratia. propria ſcenæ & ſpectaculorum vox. 10 In eodem lectulo. 11 Caſte & honeſte. 12 Ætatis augmentum accepit. 13 Quoad honeſte fieri potuit. 14 Quæ indignationem & ſimultatis cauſas præbere poterant. 15 Factis verbisque jocularibus mitigavit. 16 Quorum reſpectu leviora quæque Hiſtorico omittenda ſunt.

Bello Peloponnesiaco hujus consilio atque III.
auctoritate 1 Athenienses bellum Syracusanis 2
indixerunt: ad quod gerendum ipse dux de-
lectus est. Duo præterea collegæ 3 dati, Ni-
cias & Lamachus. Id cum appararetur, prius- 2
quam classis exiret 4, accidit, ut una nocte o-
mnes Hermæ 5, qui in oppido erant Athenis,
dejicerentur 6, præter unum, qui ante januam
Andocidis 7 erat, Andocidisque Hermes vo-
catus est. Hoc 8 cum appareret, non sine ma- 3
gna multorum consensione 9 esse factum,
quod non ad privatam, sed ad publicam rem
pertineret 10, magnus multitudini 11 tim or est
injectus 12, ne qua 13 repentina 14 vis 15 in civi-
tate existeret 16, quæ libertatem opprimeret
po-

1 Alcibiade sumdente atque impellente, utpote qui præter Peloponnesum etiam Carthaginem & Italiam animo complectebatur. 2 Syracusæ, unde Syracusani, princeps Siciliæ civitas. 3 Scil. in imperio militari pari potestate prædíti. 4 Scil. ad bellum. 5 Statuæ mercuriales, quadratæ, sine manibus & pedibus positæ in vestibulis ædium vel in publicis viis super columnas, religionis & ornatus causa. conf. Figrell. de statuis illustr. Rom. c. 17. 6 Deturbarentur; imo circumciderentur ac mutilarentur. 7 De eodem ob Hermas truncatos in vincula conjecto Plut. in Alcib. p. 201. 8 Dejectionem illam statuarum. 9 Conspiratione. 10 Respicere, referendum esset. 11 Populo Athenienſi, ab intestino malo sibi metuenti. 12 Excitatus: quanquam rumor erat, Corinthios rem instituisse, ut hoc veluti portento retinerent Athenienses a bello Siculo. 13 Pro *ne aliqua*, eleganter. 14 Pro *repente*. Nomen pro adverbio ponitur. 15 Tumultus, seditio. 16 Eleganter pro *coorietur*.

populi 1. Hoc maxime convenire in Alcibiadem 2 videbatur, quod & potentior 3, & major 4 quam privatus 5, existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat 6, plures etiam opera forensi 7 suos reddiderat 8. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescunque in publicum prodiisset, ad se converteret 9, neque ei par quisquam in civitate poneretur 10. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem 11, quod & obesse plurimum 12 & prodesse poterat 13. Adspergebatur etiam infamia 14, quod in domo sua facere 15 myste-

1 Ipsamque adeo Democratiam. 2 Ipsi hoc factum tribuendum videbatur; suspicio hujus rei in illum competebat. 3 Opibus ac divitiis. 4 Honore & virtutibus. 5 Quam privati hominis fortuna ferret. Opponitur privatus magistratibus & iis, qui sunt cum imperio domi militiæque. 6 Multorum benevolentiam sibi conciliaret. 7 Dum adfuit clientibus in judiciis. Sic apud Val. Max. 3, 8. ext. 4. Horat. Epist. 1, 7, 8. *opella forensis.* 8 Obstrictos sibi fecerat & obligatos. Audax ejus factum narrat Athenæus, quomodo è reis exemerit Hegemonem Thasium, deleto per digitum saliva imbutum rei nomine, scriba & prætore vidente. 9 Ut adspiceretur in via publica ab omnibus æstimatione & admiratione virtutis, potentiæ. Sic Curt. 3, 11, 24. 5, 1, 24. & 8, 4, 24. Simili phrasi, *convertere in se omnium mentes* Florus dixit, 2, 17, 4. *totum terrarum orbem.* Vellej. 2, 34, 1. 10 Haberetur. 11 Scil. habebant, quod nove dictum putatur. Sed elegantius verbum hoc subintelligitur, quam aliud adjicitur. 12 Magno malo Athenienses esse poterat, id quod præsagiebat Timon. 13 Si amaret patriam. 14 Sic Cic. pro Cæl. c. 10. *adspergi rumore.* Curt. 10, 18. *contumelia adspergi.* Apulej. 8. Infamia est quam famæ macula. 15 Celebrare.

steria 1 dicebatur: quod nefas 2 erat more Athenienſium: idque non ad religionem, ſed ad conjurationem 3 pertinere exiſtimabatur.

Hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur 4. Sed inſtabat 5 tempus ad bellum proficiſcendi. Id ille intuens 6, neque ignorans civium ſuorum conſuetudinem, poſtulabat, *ut, ſi quid de ſe agi 7 vellent, potius de præſenti quæſtio haberetur* 8, *quam abſens invidiæ crimine* 9 *accuſaretur*. Inimici vero ejus 2 quieſcendum 10 in præſenti 11, quia nocere ſe ei 12 non poſſe intellegebant, & illud tempus expectandum decreverunt, quo exiſſet 13: ut ſic abſentem aggrederentur 14. Itaque 15 fece- IV.

1 Ceteris ſacra arcana, quæ per excellentiam myſteria dicta; alio nomine initia, & Eleuſinia, uti inſcripſit de iſtis librum Meurſius. conf. Juſt. *5, 1, 1.* Alex. ab Alex. *6, 19.* 2 Capitale crimen. 3 Sic Catilina domi ſuæ ſacrarium ſcelerum conſtitutum habuit. Cic. or. *1. c. 9.* His coloribus hodienum collegia ſacrorum cauſa privatim inſtituta ſuſpecta reddi ſolent. v. Bodin. de rep. *3, 7.* 4 Accuſabatur inter colloquendum in conventibus publicis. 5 Jam aderat. 6 Probe perpendens. Eadem vox occurrit *10, 8, 1. 12, 1, 2.* & *12, 2, 3.* aliis placet *metuens.* 7 Legibus experiri, tractare in judicio. 8 Præſens examinaretur per juſtam inquiſitionem, judicialem cognitionem & diſceptationem. 9 Nullo alio delicto, quam quod per invidiam imputaretur, ubi invidia pro crimine ſufficit. 10 Omittendam accuſationem. 11 Tum, jam &c. Tacitus ſæpe *in præſens.* Sic noſter *in præſentia 2, 8, 4.* & *7, 10, 5.* 12 Qui ſua auctoritate omnia infringere facile poſſet. 13 Quo tam longe receſſiſſet Athenis, ut tueri ſe non poſſet. 14 Accuſatione ſua ſcil. 15 Pro: *& ita, & ſic.*

3 cerunt 1. Nam, postquam in Siciliam eum
perveniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra
violaſſet 2, reum fecerunt 3. Qua de re cum ei
nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet,
ut domum ad cauſam dicendam 4 rediret, eſ-
ſetque in magna ſpe provinciæ bene admini-
ſtrandæ 5, non parere noluit 6, & in triremem 7,
quæ ad eum deportandum 8 erat miſſa, ad-
4 ſcendit: ac Thurios 9 in Italiam pervectus
multa ſecum reputans de immoderata civi-
um ſuorum licentia 10, crudelitateque erga no-
biles 11, utiliſſimum ratus, impendentem evita-
re tempeſtatem 12, clam ſe a cuſtodibus 13 ſub-
duxit, & inde primum Elidem 14, deinde The-
5 bas venit. Poſtquam autem ſe capitis 15 da-
mna-

1 Obſervarunt callide. 2 Per facta domi myſteria. 3 Accuſarunt irreligioſitatis, ſacrilegum affirmarunt eſſe. 4 Ad ſe defendendum in judicio capitali. 5 Felicem ſucceſſum ſibi poſſet promittere in promovendis reip. commodis. 6 i. e. voluit parere ſeveræ denunciationi magiſtratus ſeque accommodare ſtatui patriæ: quæ eſt nota viri civilis. 7 Alii navem illam *Salaminiam* vocant. 8 Vehendum, adducendum. 9 Thurii pl. urbs ad ſinum Tarentinum. 10 Vulgi ſc. libertatem ſuam intemperanter habentis & in licentiam vertentis notatur τὸ ὀχλοκρατικὸν ἐν τῇ πόλει. 11 Quem exitum plerique clari viri habuerint, v. 19, 4, 3. 12 Metaphorice hic pro periculo & infortunio ab inimicis capiti intentato, proprie invenias 13, 3, 3. 13 Qui deportabant accerſitum. 14 Elis eſt urbs Peloponeſi, Thebæ Bœotiæ. 15 Scil. crimine.

mnatum bonis publicatis 1 audivit; & id quod usu venerat 2, Eumolpidas 3 sacerdotes a populo coactos, ut se devoverent 4, ejusque devotionis, quo testatior 5 esset memoria, exemplum 6 in pila lapidea 7 incisum, esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit 8. Ibi ut 6
ipse prædicare 9 consueverat, non adversus patriam sed inimicos suos 10 bellum gessit, *quod eidem hostes essent civitati* 11. *Nam cum intelligerent, se* 12 *plurimum prodesse reipublicæ, ex ea ejecisse* 13, *plusque iræ suæ, quam utilitati communi paruisse* 14. Itaque hujus 15 consilio La- 7
cedæmonii cum Persarum rege amicitiam 16
fe-

1 Confiscatis, uti barbare loquuntur. intelliguntur autem bona, quæ publico vindicantur & publice sub hasta venduntur. 2 Contigerat, acciderat. 3 Sic dictos ab Eumolpo, initiationis inventore, Suida teste, quorum ut initiare erat sive consecrare, ita etiam devovere. v. Meurs. Eleus. c. 13. 4 Igni & aqua interdicerent & exsecrarentur. dirarum quiddam habebat istiusmodi exclusio & excommunicatio. 5 Ad famam insignior & per monumenta notior atque firmior. 6 Formula descripta, ἀπόγραφον. 7 Imo in pluribus pilis. vid. c. 6, 5. cujusmodi pilæ inter infamiæ notas adhibitæ. 8 Confugii causa, & ut injuriam alienis armis suoque ductu vindicaret. v. Just. 5, 1, 4. 9 Præ se ferre, prætendere. 10 Quasi vero per eorum latus non tota simul patria foederetur ac turbaretur. 11 Non directe sed indirecte; id quod auctor ipse mox explicat. 12 Alcibiadem. 13 Relegasse & exclusisse. 14 Magis propter iram quam propter remp. fecisse. 15 Alcibiadis Athenienſibus irati. 16 i. e. Fœdus. Metonymia est effectus pro causa. Amicitia enim ex fœdere facto oritur.

fecerunt: deinde Deceliam 1 in Attica munierunt 2, præsidioque perpetuo 3 ibi posito in obsidione Athenas tenuerunt 4. Ejusdem opera 5 Joniam a societate averterunt 6 Atheniensium 7, quo facto, multo superiores bello esse cœperunt.

V. Neque vero his rebus 8 tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati 9. Nam cum acerrimi 10 viri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt, ne caritate 11 patriæ ductus 12 aliquando ab ipsis 13 descisceret, & cum suis 14 in gratiam rediret 15. Itaque tempus 16 ejus interficiendi 2 quærere instituerunt. Id Alcibiadi diutius ce-

1 Quod oppidum aberat Athenis stadia 120. 2 Valle, fossa, militibus & aliis necessariis. 3 Militibus præsidiariis continuis. 4 Nam locus ille munitus admodum idoneus erat ad claudendum commeatum, & ad reditus e regione & argentifodinis intercipiendos. 5 Per eundem Alcibiadem. 6 Avocarunt, abduxerunt. 7 Ad quos paulo ante defecerant Iones ob Pausaniæ superbiam. 8 Meritis tanti viri malam rependerent gratiam. 9 Propter timorem favor in odium mutatus. 10 Fortissimi, promtissimi, expeditissimi. Servius ad Æn. 1. quidam acrem in unam quamque rem vegetum ac nimium tradunt. Sic acerrima mens D. Augusti ap. Tac. H. 2, 76, 4. 11 Cic. in Part. orat. 16. ita distinguit, ut caritas sit Deorum, patriæ, parentum; & amor fratrum, conjugum, liberorum, familiarium. 12 Motus, expulsus. 13 Lacedæmoniis. 14 Athenienfibus. 15 Reconciliaretur; quod etiam factum est. 16 Occasionem commodam expectarunt.

celari 1 non potuit. Erat enim ea sagacitate 2, ut decipi non posset 3, præsertim cum animum attendisset 4 ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem præfectum 5 regis Darii 6 se contulit 7. Cujus cum in intimam amicitiam perveniisset 8, & Athenienſium, male gestis in Sicilia rebus 9, opes 10 senescere 11, contra Lacedæmoniorum crescere 12 videret; initio cum Pisandro prætore, qui apud Samum 13 exercitum habebat 14, per internuntios 15 colloquitur, & de reditu suo facit mentionem. Erat enim 16 eodem, quo Alcibiades, sensu 17, populi potentiæ 18 non amicus, & optimatum fautor 19. 3

Ab

1 Utrumque recte dicitur, celare alicui & aliquem aliquid. v. Hirt. B. Alex. c. 7. 2 Facili atque acri judicio ad cognoscendas insidias. Sagacitas metaphorice a canibus feras facile advertentibus transfertur ad homines. 3 Justinus ait, eum per uxorem Agidis regis, adulterio cognitam, insidias resciviſſe. 4 Induxisset, ut sicut arcus intensus ad quemlibet ictum paratus esset. 5 Satrapam in Asia citeriori. 6 Qui alias Ochus. 7 Convictus causa, ut cum eo esset ac moraretur. 8 Ob morum similitudinem. 9 De inauspicata illa expeditione v. Just. 4, 5. 10 Vires bellicas, potentiam. 11 Imminui, decrescere. Metaphora a senum viribus deficientibus. Sen. Ep. 91. *Urbium, imperiorum, gentium nunc floret fortuna, nunc senescit, nunc interit.* 12 Augeri, efflorescere. 13 Insulam maris Jonii. 14 In navibus, quibus per mare vagabatur, pirata & prædo verius quam prætor. 15 Certos homines, quos mi it ad eum. 16 Pisander ille. 17 Ingenio, propensione, studio. 18 Democratiæ. 19 Aristocratiæ amicus; optans, ut optimates ac nobiles rerum summam tenerent. De variis hominum studiis circa formas imperiorum v. Clapmar. de arcan. 2, 17.

4 Ab hoc destitutus 1 primum per Thrasybulum Lyci filium 2, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum; post suffragante 3 Theramene populiscito 4 restituitur, parique absens imperio præficitur 5, simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum imperio tanta commutatio rerum 6 facta est, ut Lacedæmonii, qui paullo ante victores viguerant 7, perterriti pacem peterent 8. Victi enim erant quinque prœliis terrestribus 9, tribus navalibus 10, in quibus ducentas naves triremes 11 amiserant, quæ capta 6 in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam 12, Hellespontum 13, multas præterea urbes Græcas 14, quæ in ora 15 sitæ sunt Asiæ, quarum expu-

1 Rejectis precibus negatoque auxilio. 2 Cujus auctoritas interceſſit, ut restitueretur. 3 Consentiente, patrocinium viri suscipiente, commentante. Unde *suffragatores*, προσήγοροι Græcis & συνήγοροι, qui aliis opem suam apud Principem commodant. v. Sveton. Vesp. 23. Henr. Valesˇ. ad Marcellin. 29. p. 391. 4 Quod populus scisˇcit, jubet & decernit, al. plebisˇcito. 5 Eandem militarem præfecturam seu potestatem accipit. 6 Fortunæ statusque imperii ac belli. Sic Cæsˇ. B. G. 6, 12. & B. C. 3, 68. *Cum Duce mutatæ vires.* Claud. in Eutr. 2, 5, 19. 7 Cum amplificatione & elogio effertur, quod simpliciter dixisˇset, *victores fuerant.* 8 Post pugnam navalem ad Cyzicum. 9 Numerum difficile est ostendere. 10 Duabus apud Abydum, tertia apud Cyzicum. 11 Bellicas majores. 12 Quæ est una ex præcipuis Asiæ minoris regionibus. 13 i. e. totum tractum freti angusti inter Thraciam & Phrygiam, cum Dardanellis, uti hodie castella fretum claudentia vocant. 14 Cyzicum, Chalcedonem, Selymbriam, Bizantium. 15 Extremitate.

pugnaverant complures: in his 1 Byzantium 2. Neque minus multas consilio 3 ad amicitiam adjunxerant, quod in captos clementia 4 fuerant usi. Inde præda onusti 5, locupletato 6 exercitu, maximis rebus gestis Athenas venerunt 7. 7

His cum obviam universa civitas 8 in Pyræum 9 descendisset 10, tanta fuit omnium expectatio 11 visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus confluereret 12, perinde ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum 2 & adversas superiores 13, & præsentes secundas res 14 accidisse ejus opera 15. Itaque & Siciliæ amissum 16, & Lacedæmoniorum victorias VI. cul-

1 Pronominis hujus crebra apud nostrum usurpatio pro Relativis. Sed *1, 4, 4.* est *in eis.* 2 Thraciæ urbem ad Bosphorum, a Constantino M. Constantinopolim vocatam. 3 Ratio & consilium propriæ ducum artes sunt. Tac. H. *3, 29, 2.* & his plura quam vi possunt, ut de Asdrubale Liv. *21, 2.* testatur. 4 Qua victos non solum in fidem accipere, sed & plures ad eam allicere, & in obsequio retinere licet. 5 Propter copiam & ubertatem. 6 Per prædæ partem æqualiter divisam. 7 Victores scil. & potissimum Alcibiades, de cujus glorioſissimo reditu Xenophon & Just. *5, 4, 9.* seqq. 8 Quæ non in mœnibus sed in civibus consistit. 9 Portum Athenienſium. 10 Occurrisset. 11 Desiderium, cupiditas. 12 Hac voce exprimitur copia & studium concurrentium. Sic. Cic. pro Planc. Vellej. *2, 55, 2.* & *2, 80, 4.* Curt. *10, 4, 15.* Just. *1, 7, 9.* 13 Præteritas res. 14 Statum rerum, ac fortunam utramque. 15 Illas ejus odio, has ejus beneficio. 16 Amissionem & jacturam. Talia sunt apud Cic. & Lucret. *judicatus, comparendinatus, collectus, conjectus &c.*

culpæ suæ tribuebant 1, quod talem virum e civitate expulissent 2. Neque id sine causa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui præesse cœperat 3, neque terra neque mari hostes 4 pares esse potuerant. Hic ut 5 navi egressus est, quanquam Theramenes & Thrasybulus eisdem rebus præfuerant 6, simulque venerant in Pyræum, tamen illum unum omnes prosequebantur 7, & id, quod nunquam antea usu venerat 8, nisi Olympiæ victoribus 9, coronis aureis æneisque 10 vulgo donabatur. Ille lacrymans talem benevolentiam 11 civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis 4 acerbitatem 12. Postquam Asty 13 venit, concione advocata 14 sic verba fecit 15, ut nemo tam

1 Agnoscebant, se in eo hostes fuisse patriæ. 2 In exilium, devotione insuper decreta. 3 Post restitutionem nimirum & receptionem. 4 Lacedæmonii cum sociis. 5 Pro *postquam*. 6 Collegæ in imperio militari. 7 Comitabantur, deducebant; cæteros duces negligebant. 8 Acciderat. 9 Conf. Præf 5. De Olympionitis & eorum honore copiose agit Paschal. de Coron. 6, 7, 8. add. Pet. Fabri Agonisticon 2, 23. 10 Pro facultatibus cujusliber; a divitibus *aureis*; a pauperibus *æneis*. Muretus Var. Lect. 15, 7. mallet legere *ærneis*. Cum Olympicis autem coronæ tantum comparantur, non itidem materia, quæ in olympico agone ordinarie fuit ex olea vel oleastro. 11 Pignora & documenta benevolentiæ. 12 Quam indigna sibi antea illata fuerint. Ita Tac. usurpat, A. 2, 71, 3. & Svet. Calig. 2. *acerbitates rerum & verborum*. 13 Athenas. Vid. supra 2, 4, 1. 14 Coram frequenti cœtu populi. 15 Orationem habuit, ostenditque, se talem pœnam nunquam promeruisse.

tam ferus 1 fuerit, quin ejus casum 2 lacrymarit 3, inimicumque his se ostenderit, quorum opera 4 patria pulsus fuerat, perinde ac si alius populus 5, non ille ipse, qui tum flebat, eum sacrilegii 6 damnasset. Restituta ergo huic sunt publice bona, iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resacrare 7 sunt coacti, qui eum devoverant: pilæque illæ, in quibus devotio 8 fuerat scripta, in mare præcipitatæ 9.

Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diutur- VII
na 10. Nam cum ei essent omnes honores decreti 11, totaque respublica 12 domi bellique tradita 13, ut unius arbitrio gereretur 14; & ipse postulasset 15, ut duo sibi collegæ darentur, Thrasybulus & Adimantus: neque id negatum est-

1 Dutus, immobilis, implacabilis. 2 Fortunam acerbam, calamitatem & infortunium. nonnulli legunt *causam*. 3 Illacrymarit casui. 4 Qui rem struxerant: qui in causa fuerant, ut &c. 5 Ex ejus mobilitatem. Similiter Tac. H. 3, 35, 1. & 2, 90, 1. 6 Scil. crimine. Mysteria autem prodita & sacra violata sacrilegium vocat non secus ac Flor. 2, 17, 12. *metum sacrilegii*, & Tibull. Eleg. 35. *sacrilegos ignes* dixit. 7 Religione devotiones solvere, & execrationes mutare prece & benedictione. apud Plaut. Aul. 4, 7, 4 & Pers. 1, 1, 46. ac Festum scribitur *resecare*. *rursus* nonnullibi deest. 8 Elogium seu index diræ imprecat onis. 9 Ad abolendam prorsus tantæ infamiæ memoriam. 10 Inconstans fuit. 11 Destinati communi populi suffragio. 12 Administratio reip. 13 Demandata. 14 Ut, quod ipse faceret & postularet, id omne ratum & statum esset. 15 Ad declinandam procerum & populi mobilis invidiam.

esset 1; classe in Asiam profectus, quod apud Cymen 2 minus ex sententia 3 rem gesserat 4, in
2 invidiam recidit. Nihil enim eum non efficere posse ducebant 5. Ex quo fiebat, ut omnia minus 6 prospere gesta ejus culpæ tribuerent, cum eum aut negligenter, aut malitiose fecisse 7 loquerentur. Sicut tum accidit. Nam corruptum a rege 8 capere Cymen noluisse, argue-
3 bant 9. Itaque huic maxime putamus malo fuisse 10, nimiam opinionem 11 ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus 12, quam diligebatur, ne secunda fortuna 13, magnisque opibus elatus 14, tyrannidem concupisceret 15. Quibus rebus factum est, ut absenti magistratum 16 abrogarent, & alium 17 in ejus locum
4 substituerent. Id ille ut audivit, domum rever-

1 Quin ascisceret hos de se optime meritos. 2 Cyme seu Cuma urbs Æoliæ. Sed Diod. & Xenoph. prope Notium Joniæ urbem infelicius pugnatum scribunt. 3 Sc. Vulgi. 4 Non sua sed Antiochi gubernatoris culpa, qui se absente conflixerat & cladem acceperat. 5 Credebant, existimabant, eum cuncta, quæ vellet, posse præstare. 6 Eleganter pro *non*. 7 Aut proprie culpa sua aut dolo malo peccasse. 8 Vel ab ejus potius Satrape Pharnabazo. 9 Crimini dabant inimici. 10 Alcibiadi plurimum nocuisse, fraudi fuisse. 11 Existimationem, promissionem, quam sibi faciebant. 12 Recurrebat pristinus timor, de quo c. 3. 5. 13 Felicitate nimia. 14 Potentia sua abusus. 15 Occuparet, uti est 20, 1, 3. 16 Imperium, præturam belli. 17 Imo alios, eosque decem, quos enumerant Xenoph. & Diodorus. Cononem suffectum ait Just. 5, 5, 4. &c. 6, 1.

verti noluit 1, & se Pactyen 2 contulit, ibique tria castella communivit, Bornos, Bisanthen, Neontichos 3: manuque collecta 4 primus Græciæ 5 civitates in Thracia introiit 6, gloriosius existimans, barbarorum præda locupletari, quam Grajorum 7. Qua ex re creverat ejus 8 fama cum opibus 8, magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus 9 Thraciæ peperat 10.

Neque tamen a caritate patriæ potuit rece- IIX. dere 11. Nam cum apud Ægos flumen Philocles prætor Athenienſium classem constituisset suam, neque longe abesset 12 Lysander prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus 13, ut bellum quam diutissime duceret 14, quod ipsis pecunia a rege 15 suppeditabatur, contra Athe-

1 Etsi licebat redire. 2 Quæ urbs est ad os Propontidis: & de ista consentiunt Diod. & Xenophon; nihilominus alii *Perinthum*, alii *Pataram* substituunt. 3 Posteriorum meminit Plinius H. N. 4, 11. & 5, 30. sed pro his alii habent *Byzium* & *Themeonticos* vel *Macrontichos*. 4 Exercitu comparato, copiis contractis. 5 E Græcia, Græcorum. 6 Liberos Thraces & αὐθαδιλεύτας bello invasit. 7 Græcorum, a quibus erat profectus. 8 Vetus lectio: *creverat tum fama tum opibus*. 9 Medoco & Seuthe. Diod. 10 Comparaverat, conciliaverat. 11 Constanter amavit patriam. 12 Lampsacum enim, quam paulo ante ceperat, distat, ut ait Xenophon, stadia circiter XV. ab Hellesponto, ubi erat Alcibiades. 13 Id agebat maxime. 14 Traheret, protraheret, per moram gereret, non statim per prælia conficeret. 15 A Cyro Darii filio Lysander ad alendum exercitum multum accipiebat pecuniæ.

Athenienſibus exhauſtis 1, præter arma & na-
2 ves, nihil erat ſuper 2. Alcibiades ad Athenien-
ſium venit exercitum, ibique præſente vulgo 3
agere 4 cœpit: *ſi vellent, ſe coacturum Lyſan-
drum aut dimicare aut pacem petere; Lacedæ-
monios eo* 5 *nolle conſligere claſſe, quod pede-*
3 *ſtribus copiis* 6 *plus quam nabibus valerent: ſi-
bi autem eſſe facile, Seuthen regem Thracum* 7
deducere 8, *ut eos terra depelleret: quo facto,
neceſſario aut claſſe conflicturos, aut bellum*
4 *compoſituros* 9. Id etſi vere dictum Philocles 10
animadvertebat, tamen poſtulata facere 11 no-
luit, quod ſentiebat 12, *ſe, Alcibiade recepto* 13,
nullius momenti apud exercitum futurum 14:
*& ſi quid ſecundi eveniſſet, nullam in ea re
ſuam*

1 Quibus nervus rerum gerendarum pecunia deerat. 2 Pro *nihil ſupererat*, nihil erat reliqui. Nam & pedeſtres copiæ erant profligatæ. 3 Coram militibus. 4 Tractare ſuper negotio bellico. 5 Pro *ideo*. 6 i. e. peditatu, non excluſo tamen equitatu, cui pedeſtres ſeu terreſtres non opponuntur, ſed claſſi & navali exercitui. conf. 9, 1, 1. & 10, 6, 3. Sic & Liv. 26. c. ult. 7 Amicum ſuum v. c. 7, 5. 8 Ut huc veniat efficere, ex Thracia accire. alii legunt *inducere*, quod eſt infra 23, 8, 1. & Tac. A. 12, 9, 1. 9 Pacem facturos. Sic Pollio apud Cic. 10. Ep. ad Fam. Vellej. 2, 25, 1. Eodem ſenſu Horat. Od. 4, 14. *arma compoſita*. 10 Qui eo die imperabat. Tydeus vero & Menander juſſerunt eum abire dicentes, ſe non illum exercitui præeſſe. 11 Conſilium datum admittere, annuere. 12 Intelligebat prudenter. 13 Ad exercitum & præfecturam. 14 Auctoritate ſcil. amiſſa ſe præ illo parvi futurum, uti eſt 18, 10, 4.

suam partem fore 1, *contra ea* 2, *si quid adversi accidisset, se unum esse delicti futurum reum* 3. Ab hoc discedens Alcibiades, *quoniam*, inquit, *victoriæ patriæ repugnas* 4, *illud* 5 *moneo* 6, *juxta hostes castra habeas nautica* 7. *Periculum est enim, ne immodestia* 8 *militum nostrorum* 9 *occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus.* 6 Neque ea res illum fefellit 10. Nam Lysander, cum per speculatores 11 comperisset, vulgum Athenienſium 12 in terram prædatum 13 exisse, navesque pene inanes relictas, tempus rei gerendæ 14 non dimisit, eoque impetu 15 totum bellum delevit 16.

At Alcibiades victis Athenienſibus non IX. satis tuta eadem loca 17 sibi arbitratus, penitus in

1 Se de laude nihil participaturum. 2 Hæc locutio Nepoti familiaris est, ubi absolute alias ponitur *contra*. 3 Sibi unice culpam tributum vel adscriptum iri. 4 Quoniam victoriæ obtinendæ consilia spernis, atque ipse impedis fortunam patriæ. 5 Notetur ἔμφασις δεικτική in rei denunciandæ magnitudine & momento. 6 Denuntio; significanter. 7 i. e. stationem militarem navium. Cæs. B. G. *5, 22.* castra navalia dixit. 8 Licentia immoderata & inobedientia. v. *6, 1, 2.* 9 Athenienſium. 10 Ut prædixit, accidit; rem acu tetigit. 11 Exploratores, emissarios. 12 Militarem scil. 13 Ut in vicis omnia diriperent. 14 Occasionem oblatam, uti est *1, 3, 3.* eadem formula usus Cæs. B. G. *2, 21.* Sen. de ira *3, 21. Belli maxima momenta in occasionibus sunt.* 15 Repentina oppressione hostium. 16 Subitum & inſperatum finem imposuit bello, hostibus vi oppressis ac superatis. 17 Quæ communiverat. c. 7. 4.

in Thraciam se, supra Prepontidem 1 abdidit 2, sperans ibi facillime suam fortunam 3 occulī
2 posse. Falso 4. Nam Thraces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt 5, insidias ei fecerunt 6, qui ea, quæ apportavit, ab-
3 stulerunt, ipsum capere non potuerunt 7. Ille cernens 8, nullum locum sibi tutum in Græcia, propter potentiam Lacedæmoniorum 9, ad Pharnabazum in Asiam transiit 10. Quem quidem adeo sua cepit humanitate 11, ut eum 12 nemo in amicitia antecederet 13. Namque ei Grunium dederat 14 in Phrygia castrum 15, ex quo quinquaginta talenta 16 vectigalis capie-
4 bat. Qua fortuna 17 Alcibiades non erat contentus 18, neque Athenas victas Lacedæmoniis servire poterat pati 19. Itaque ad patriam li-

be-

1 Propontis dicitur mare & tractus ille inter pontum Euxinum & Hellespontum. 2 In interiora Thraciæ se contulit, velut in sinum securitatis. 3 Statum, conditionem & opes. 4 Inter suaviores elegantias merito reponenda hæc formula, ubi una voce significatur: frustra speravit latebras ibi fore. 5 Viderunt & audiverunt, eum ingens auri pondus attulisse. 6 Struxerunt; vitæ ejus insidiati sunt. 7 Aufugit, malum evitavit, exemplum sagacitatis suæ edidit, de qua c. 5, 2. 8 Cum videret. 9 Qui terræ & maris imperium obtinebant. 10 Transnavigavit. 11 Peculiari insinuandi se artificio. 12 Se Alcibiadem. 13 Ut esset Pharnabazi intimus. 14 Uti Persis solenne fuit, civitates integras donare. v. 12, 10, 3. 15 Munitum muro locum. 16 Nostra moneta triginta coronatorum millia redibant quotannis. 17 Sorte, conditione & statu. 18 Non quod ipse plura sui causa peteret, sed quod patriæ causa hæc omnia sperneret. 19 Ægre ferebat patriæ incommoda.

berandum omni ferebatur cogitatione 1. Sed videbat, id sine rege Persarum 2 non posse fieri. Ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi 3. Neque dubitabat, facile se consecuturum 4, si 5
modo ejus conveniendi habuisset potestatem 5. Nam Cyrum fratrem ei 6 bellum clam parare 7 Lacedæmoniis adjuvantibus, sciebat; id si ei aperuisset, magnam se ab eo initurum gratiam 8 videbat.

Hæc cum moliretur 9, petieretque a Pharna- X.
bazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni Athenienſium 10 certos homines 11 ad Lysandrum in Asiam 12 miserunt, qui eum certiorem facerent, *nisi Alcibiadem* 13 *sustulisset* 14, *nihil earum rerum fore ratum* 15, *quas ipse Athenis constituisset* 16. *Quare* 2

1 Omnia illuc consilia vertebat, omne studium. 2 Artaxerxe Mnemone, Darii filio. 3 Conciliari. 4 Id est, quin facile consecuturus sit. Similiter construxere verbum *dubito* Tac. A. 2, 36, 2. & 14, 43, 1. Curt. 10, 6, 21. &c. 5 Si posset eum convenire. 6 Regi Artaxerxi. 7 Moliri, adornare, adversus eum comparare. 8 Se valde eum demeriturum. Sic Ter. Evn. 3, 5, 9. Voculæ *ab eo* in nonnullis codicibus desunt. 9 Cum agitaret, cum conatum tantæ rei haberet. 10 Qui præpositi a Lacedæmoniis Athenas tenebant. v. Thrasyb. c. 1. & 2. 11 Tales nostrates vocant *Expressen*. 12 Quo ille etiam tunc temporis profectus erat. 13 Athenas forte rediturum, & erepturum sibi omnem potestatem. 14 E medio, e vivis. 15 Res non mansuras, sed abrogatum iri. 16 Quæ ipso Lysandro auctore jam observentur in procuratione reip.

re, si suas res gestas manere 1 vellet, illum persequeretur 2. His Laco 3 rebus commotus statuit, accuratius 4 sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat 5, quæ 6 regi cum Lacedæmoniis essent, irrita futura 7, nisi Alcibiadem vivum, aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc satrapes 8, & violare clementiam 9, quam regis opes 10 minui maluit. Itaque misit Sysamithren & Bagæum 11 ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset in Phrygia, iterque ad regem compararet 12. Missi, clam vicinitati 13, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium 14, ut eum interficiant. Illi cum eum ferro 15 ad-

1 Ratas & statas esse, salvas & integras. 2 Conaretur e medio tollere. 3 Lacedæmonius, Lysander. Ponitur Gentile pro Proprio. Sic infra 13, 1, 3. & 17, 2, 3. Sic Diodorus 13. de Gilippo: ταῦτα διαλεχθέντος τῷ λάκωνος. Val. Flaccus Argon. 1, 421. Taurea vulnifico portat celataque plumbo Terga Laco. 4 Majori industria. 5 Aperte denuntiat. 6 Scil. pacta & fœdera. Alii plane sic legunt: Societatem, quæ Regi cum Lacedæmoniis esset, stare, (i.e. manere, servari) non posse, fœderaque irr. fut. &c. 7 Dissolvenda esse & rescindenda. 8 Pharnabazus non potuit perpeti. Diodorus addit, quod inviderit Alcibiadi, ut ad Regem molimina Cyri deferret. 9 Facere aliquid clementiæ officio indignum, vel contra clementiam. Ratio status, ut hodie vocant, ante virtutis & juris observationem fuit. 10 Vires bellicas, quæ & per fœdera cum aliis augentur. 11 Illum patruum, hunc fratrem. 12 Cum in eo esset, ut ad Regem proficisceretur. 13 i.e. In vicum, vel ad vicinos ibi habitantes. Athenæus 13, 4. scribit, hunc vicum Melissam esse appellatum. 14 Suscipiunt curam & cogitationem. 15 Vi & armis, mox manu. Nemo ipsi obsistere ausus est, nemo cum eo pedem conferre.

adgredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam 1, in qua quiescebat 2, eamque succenderunt: ut incendio conficerent 3, quem manu 4 superari posse diffidebant. Ille autem sonitu 5 flammæ excitatus, 5
quod gladius ei erat subductus 6, familiaris sui 7 subalare telum 8 eripuit. Namque erat 9 cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat 10. Hunc sequi se jubet, & id, quod in præsentia 11 vestimentorum fuit 12, arripuit. His in ignem ejectis 13, flammæ vim transiit. Quem, ut barbari incendium effu- 6
gisse 14 eminus viderunt, telis missis 15 interfecerunt 16, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt 17. At mulier 18, quæ cum eo vivere

1 Ita Schoppius emendavit Verisim. 5, 8. alii habent *domum straminеam*. 2 Latitabat, cum sibi insidias fieri intellexisset, & somnum capiebat. 3 Interimerent eum. 4 Vi aperta. 5 Strepitu. Curt. 6, 6, 31. *Sonabant incendio silvæ.* 6 Cum somno obrutus sterteret, famuli tacite intrantes gladium ei abstulerant. 7 Qui cum eo erat, & sponte ipsi serviebat. 8 i. e. gladium, quem ille sub ala sinistri brachii gestare consueverat. 9 Ὁμιλεῖ, versabatur. 10 Adeo captus ejus humanitate ac virtutibus, ut nunquam eum, quocunque etiam iret, relinqueret. 11 Tum, eo tempore. H. Stephanus in Pseudo Cic. p. 98. negat latine dici. v. Voss. de Vit. serm. 4, 33. 12 i. e. Vestimenta & stragula. 13 Projectis ante se. 14 Erupisse. 15 Quæ jaculati sunt in eum. 16 Sed Just. 5, 8, 14. & Oros. 2, 15. vivum in cubiculo, in quo dormiebat, crematum ajunt. 17 Ut fidem peracti sceleris acquirerent. 18 Vel Timandra, ut Plutarchus vocat, vel Theodata, ut Athenæus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0136
DFG

re 1 consueverat, muliebri sua veste contectum 2, ædificii incendio mortuum cremavit 3, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos 4 circiter quadraginta natus, diem obiit supremum 5.

XI. Hunc infamatum 6 a plerisque 7, tres gravissimi historici summis laudibus 8 extulerunt: Thucydides, qui ejusdem ætatis 9 fuit: Theopompus 10, qui fuit post aliquanto natus: & Timæus 11: qui quidem duo maledicentissimi 12, nescio quo modo 13, in illo uno laudando 2 consenserunt 14. Nam ea, quæ supra diximus 15, de eo prædicarunt, atque hoc amplius 16, cum Athenis splendidissima civita-

1 Honestiori voce tegitur res dictu turpior, nempe consuetudo stupri. v. Pascasii Grosippi seu Schoppii parad. liter. Epist. 5. extr. 2 Sicut paulo ante somniaverat Alcibiades, amicæ se amiculo indutum. v. Cic. Divin. 2, 99. Val. Max. 1, 7. ext. 9. 3 Ita veteres solebant. v. Kirchm. de fun. 1, 2. 4 Subaudi *ante.* qui jam impleverat tot annos. 5 Ultimum vitæ. 6 Vituperatum infamia & contumeliis notatum. 7 Præcipue ab Antiphone & Lysia, qui ex invidia scriptis suis in eum invecti sunt. 8 Historicæ fidei testimoniis. 9 Æqualis, qui eodem vixit tempore. 10 Quem discipulum Isocrates exsultantem verborum audacia reprimebat. v. Cic orat. 3, 9 Scripsit Historiam Græcam & Philippicam. 11 Qui Pyrrhi & Tarentini belli temporibus Siculas scripsit. 12 Soliti aspere & libere in multos invehi. v. Voss de Hist. gr. 1, 7. & 12. 13 Formula dubitationis & admirationis causa adhibita. 14 Ex composito quasi eum laudarunt. 15 Narravimus. 16 Præterea hoc sc. prædicarunt.

tate 1 natus esset, omnes Athenienses 2 splendore 3 ac dignitate vitæ 4 superasse: postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum 3
inserviisse 5, ut nemo eum labore corporisque viribus posset æquiparare 6, Omnes enim Bœotii 7 magis firmitati 8 corporis, quam ingenii acumini 9 inserviunt 10. *Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus* 11 *in patientia* 12 *ponebatur* 13, *sic duritiæ* 14 *se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus* 15 *omnes Lacedæmonios vinceret: fuisse apud Thracas, homines vinolentos* 16, *rebusque Venereis* 17 *dedi-* 4

1 Similiter loquitur noster c. 1, 2. 2 Habes hic gentium diversarum notas & characteres. 3 Cultus morisque cum gravitate tum elegantia. 4 Intelligitur τὸ σεμνοπρεπὲς μετ' εὐτραπελείας καὶ χάριτος. Studium præcipuum excolere ingenium & judicium. 5 Imitatum fuisse mores & consuetudines. 6 i. e. Æquare. 7 Unde insulsi & stupidi ingenium, Bœoticum dicitur. Vid. interpretes ad illud Horatii 2. Ep. 1. *Baotum in crasso jurares aere natum.* adde Jo. Ruald. in vita Plutarchi. c. 3. 8 Robori, viribus. 9 Solertiæ, sagacitati. 10 Student, operam dant. 11 Apud quos summa laus; ita mox permutat. 12 Magni scil. laboris. v. Just. 3, 3. & Lamb. notata ad Horat. Od. 1, 7, 10. *patiens Lacedæmon.* 13 Collocabatur. 14 Alii, *duritiei se dedisse*, i. e. usque adeo durum vitæ institutum amplexum esse in victu cultuque. Sic Plaut. Mostell. 1, 2, 75. *parsimonia & duritia disciplinæ.* 15 Hac voce notantur ea, quibus in externo paratu, famulitio, vestitu & similibus indigent aut utuntur homines. 16 Hos ideo perstringit Horat. od. 1. 27, 1. & 1, 36, 14. 17 Impudicitiæ, impuritati, lasciviæ, quæ vinolentiæ comes est. De Thracibus Ovid. Met. 6. *pronumque genus regionibus illis in Venerem est.*

ditos; hos quoque in his rebus antecessisse 1: 5 *venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari* 2, *luxuriose vivere* 3; *horum se imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in* 6 *his maxime admirarentur* 4. *Quibus rebus effecisse, ut apud quoscunque esset, princeps* 5 *poneretur* 6 *habereturque carissimus* 7. Sed satis de hoc 8: reliquos ordiamur 9.

1 Nimirum turpia non minus ac laudabilia imitatus est Alcibiades, & in eo honestatis lineas transiliit. 2 Nam veterum venationes ad fortitudinem spectabant præcipue. v. de Parthis Tac. A. 2, 2, 5. & 11, 10, 6. de Germanis Cæs. B. G. 6, 21. & 28. de Svevis 4, 1. &c. 3 Horat. 1. od. ult. *Persicos odi puer apparatus.* 4 Quia nihil tritius, quam eos haberi Politicos & sapientes, qui natura sequaci ingenioque versatili & flexibili se omnibus norunt attemperare. 5 Primus omnium mox 8, 1, 1. 6 Maxime honoraretur. 7 Maxime diligeretur. 8 Scil. diximus, sive exposuimus. 9 Progrediamur ad reliquorum vitas.

VIII.

THRASYBULUS.

ARGUMENTUM.

1. *Thrasybulus virtute clarus, patriam a triginta tyrannis liberat.* 2. *Phylen confugit: Munychiam occupat, parcit civibus.* 3. *Pace facta legem fert oblivionis:* 4. *Corona olivæ non aliter, ac Pittacus agello modico, contentus fuit. Interficitur.*

Thra-

THrasybulus 1 Lyci filius Athenienſis. Si per ſe 2 virtus ſine fortuna ponderanda 3 ſit, dubito, an 4 hunc primum omnium ponam 5. Illi ſine dubio neminem 6 præfero fide, conſtantia, magnitudine animi 7, in patriam amore 8. Nam quod multi 9 voluerunt, pauci potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare; huic contigit 10, ut triginta oppreſſam 11 tyrannis 12 ex ſervitute in libertatem vindicaret 13. Sed neſcio quo modo 14, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate 15 præcurrerunt 16. Primum Peloponneſio bello multa hic I. 2 3

1 Xenoph. H. Gr. *1.* & *2.* Diodor. *13.* & *14.* & *18.* Pauſan. in Atticis. Tucydid. *8.* Plutarch. in Alcib. Lyſ. Pelop. & in Politicis. Cl. Alexandr. Strom. *1.* Juſtin. *5, 9.* & *10.* Val. Max. *4, 1.* ext. *4. 5, 6.* ext. *2.* Oroſ. *2, 17.* Cic. ad Att. *8, 3.* de alio Tyranno Mileſiorum Polyæn. *6, 47.* Frontin. *3, 9, 7.* & *3, 15, 6.* 2 Seorſim, ſola, ſine adſcititio rerum externarum pretio. 3 Conſideranda. 4 Pro *annon*, eleganter, pro *dubito* mox v. 3. ponitur neſcio. 5 Statuam, exiſtimem, numerem. 6 Apud nonnullos eſt: *Illud ſine dubio? neminem huic præfero &c.* 7 Generoſa indole. 8 Unde φιλοπόλις & φιλόπατρις inter ejus elogia. 9 Non quidem Athenis, ſed apud alias gentes. 10 Singulari virtute & felicitate. Sic. Vell. *2, 61, 3.* & c. *124, 2.* 11 Patriam, Athenas. 12 Quos impoſuit Laco Lyſander victis ad Ægos. 13 Reſtitueret. 14 Admiratur autor, multos, in quibus tantæ virtutes non repertæ, majorem famam ac laudem acquiſiviſſe. 15 Famæ claritate & celebritate. 16 Superarunt. In verbis hiſce *anteire & præcurrere* translatio a certantibus curſu in Stadio. Sic Val. Max. *6, 9, 13. caſus acerbitate aliquem præcurrere.*

hic sine Alcibiade 1 gessit, ille nullam rem sine hoc 2: quæ ille 3 universa naturali quodam
4 bono 4 fecit lucri 5. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus 6 & fortuna: quod in prœlii concursu abit res a consilio 7 ad vires, vimque 8 pugnantium 9. Itaque jure suo 10 non nulla ab imperatore 11 miles 12, plurima vero fortuna 13 vindicat 14, seque hic 15 plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest prædicare. Quare illud
5 magnificentissimum factum 16, proprium est 17 Thrasybuli. Nam cum triginta tyranni, præpositi 18 a Lacedæmoniis, servitute oppressas

1 Qui cum in exsilio fuit. 2 Simili formula usi Cic. pro Mur. c. 9. Curt. 7, 2, 13. &c. 3 Alcibiades callidus admodum. 4 Quadam gratiæ apud omnes obtinendæ felicitate & astutia. adde Cic. pro Cœl. c. 5. 5 pro *lucrifecit*; gloriam cepit, quæ alteri debebatur. *Labore alieno magno paratam gloriam verbis sæpe in se transmovet, qui habet talem.* Ter. Evn. 3, 1, 9. 6 Conf. locum Cic. pro Marc. c. 2. Curt. 8, 1, 9. 7 Si deliberatio præcessit. 8 Propter commissam tavtologiam Criticis aliis est *virtutemque*; aliis *cujusque*; aliis *undique*. 9 i. e. militum, ad quorum lacertos tota res transfertur. 10 Eleganter pro *merito*. 11 Cujus auspiciis pugnatur. 12 Est Synecdoche numeri. Imo etiam Metonymia Subjecti pro Adjuncto, militis, pro virtute militari. 13 In qua magna vis est in utramque partem &c. v. Cic. Off. 2, 6 14 Sibi tribuit, adscribit. 15 Pro *hic* substituas his (scil. & milite) Imp. totum illud *quam ducis prudentiam* plane omittas, uti nonnulli volunt, aperta magis sententia. 16 Illustrissima oppugnatio & expulsio Tyrannorum. 17 Ipsi unice est tribuendum. 18 Impositi cervicibus Athenarum.

sas tenerent 1 Athenas, plurimos cives, quibus in bello pepercerat 2 fortuna, partim patria expulissent partim interfecissent 3, plurimorum bona publicata 4 inter se divisissent 5, non solum princeps 6, sed & solus initio 7 bellum his indixit.

Hic enim cum Phylen 8 confugisset, quod II. est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam triginta 9 de suis. Hoc initium fuit salutis Atticorum 10, hoc robur 11 libertatis clarissimæ civitatis. Neque 2 vero hic non contemtus est primo a tyrannis 12, atque ejus solitudo 13. Quæ quidem res & illis contemnentibus 14 perniciei; & huic despecto 15 saluti fuit. Hæc enim illos ad perse-

quen-

1 Jure dominii possiderent. 2 Seu, ut est in MS. *parserat*; quos fortuna fecerat superstites; quos vis Martis non perculerat. 3 Mille quingentos indicta causa necarunt. 4 Confiscata. v. 7, 4, 5. 5 Hæc sunt flagitia parandæ & fulciendæ tyrannidis v. Clapm. de arc. 5, 5. 6 Primus & præcipuus. 7 Pro ab initio. 8 Centum stadiis distat Athenis. v. Meurs. de populis Atticæ p. 14), sqq. 9 Xenophon numerat circiter septuaginta. 10 Athenienssium. Nonnulli habent *Actæorum*, eodem sensu; quia Acte antiquum Atticæ nomen est. 11 Vires ad reparandam libertatem unicæ aut præcipuæ. 12 i. e. Tyranni contemserunt omnino Thrasybulum ut hominem loci sortisque inferioris. 13 i. e. inopia, imbecillitas & paucitas eorum, qui secuti sunt res novas molientem. Sic Tac. A. 1, 32, 5. *Tribus omnino comitantibus; id repente solitudinis erat.* Apulejus Apolog. vocat *solitatem*. 14 Tyrannis. 15 Thrasybulo.

quendum segnes 1, hos 2 autem tempore ad
3 comparandum 3 dato fecit robustiores 4. Quo
magis præceptum 5 illud 6 omnium in animis
esse 7 debet, *Nihil in bello oportere contemni* 8.
Nec sine causa dici 9, *matrem timidi* 10 *flere non*
4 *solere*. Neque tamen pro opinione 11 Thrasy-
buli auctæ sunt opes 12. Nam jam tum illis tem-
poribus 13 fortius boni pro libertate loquebam-
5 tur, quam pugnabant 14. Hinc in Piræum
trans-

1 Tardos & remissos. 2 Thrasybulum & ejus socios. 3 Scil. se ad bellum; ut alibi *apparare*. Sic non semel Livius. v. Gronov. not. ad *38, 12. & 36, 2.* 4 Curt. *6, 3, 11. Hostem si spreveris, valentiorem negligentia facies.* 5 Monitum, dictum vulgare. 6 Nota celebris & usitatæ sententiæ, veriverbii. 7 Observari animis. 8 Curt. *7, 8, 15. Nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab invalido.* conf. Piccarti observ. Dec. *3, 18.* 9 Proverbialiter. v. Erasm. Chil. *4.* cent. *6.* prov. *12.* 10 Qui non est hic idem, qui trepidus, vel ignavus; sed providus & cautus, qui timet juste timenda, & cura majore quam audacia progrediens se non temere in periculum conjicit, unde parentibus afferat luctum. Matri vero magis quam patri affectus lacrymarum tribuitur, quia quo tenerius illa amat filium, eo magis dolet in bello cæsum. Unde Horat. *bella matribus detestata* dicit Od. *1, 1, 25.* Hoc sensu timiditatem sibi tribuit Cic. ad fam. *6, 15. & 4, 13.* 11 Ut ipse existimaverat & speraverat. 12 Vires, copiæ & exercitus creverunt. 13 Recte Nepos carpit Romanorum ignaviam, qui Cæsaris aliorumque tyrannidem verbis magis quam facto oppugnabant. v. Cic. ad Att. *14. 6. & 15.* 14 Liv. *8, 22. Græci gens lingua magis strenua, quam factis.* conf. de Athenienses *31, 44.* Sic Drances *lingua melior, sed frigida bello dextro.* Virg. Æn. *11.* v. *338.*

transiit Munychiamque 1 munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti 2: ab eaque turpiter repulsi, protinus in urbem armis impedimentisque 3 amissis refugerunt. Usus 6 est Thrasybulus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit 4. Cives enim civibus parcere 5 æquum censebat. Neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit 6. Neminem jacentem veste spoliavit 7: nil attigit 8, nisi arma, quorum indigebat, & quæ ad victum pertinebant. In secundo prœlio cecidit 9 Critias dux tyrannorum, cum quidem adversus 10 Thrasybulum fortissime pugnaret 11.

Hoc

1 Portum Atticæ, ut Stephanus ait, seu ut Strabo l. 2, collem peninsulæ formam præbentem, introitum habentem oris angusti. 2 Sunt conati. 3 Significatione militari, pro sarcinis, instrumentis, vehiculis, ipsisque jumentis, quæ expeditionum necessitatibus & vecturis serviunt. 4 Ut appareret, se non ad opprimendos cives, sed ad libertatem civium recuperandam pugnare. 5 Ita Cæsar in prælio cum Pompejo victor obequitans militem compellabat hac voce: *parce civibus*. contra Sylla aliquot civium millia, armis positis vitam deprecantium in villa publica concidi jussit. 6 Si quis alteri ictum inferre conatus est. 7 i. e. spoliandum censuit. 8 i. e. Attingere concessit. 9 De morte bellica proprie. 10 MSS. *ex adversus*, quod idem est ac contra, adversus, obsistendi significatu. v. supra 2, 2, 4. 11 Manu strenua tyrannidem asserturus. Sic Catilinæ fortissimi ducis militisque officio functi pulcherrima mors fuit, si pro patria cecidissent. v. Sallust. B. Cat. c. 59. f. Flor. 4, 1, 12.

III. Hoc 1 dejecto 2 Pausanias 3 venit Atticis auxilio rex Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum, & eos, qui urbem tenebant 4, fecit pacem, his conditionibus 5: *ne qui* 6 *præter triginta tyrannos, & decem, qui postea* 7 *prætores creati* 8, *superioris more crudelitatis erant usi* 9, *adficerentur exsilio: neve bona publicarentur: reipublicæ procuratio* 10 *populo redderetur* 11. Præclarum hoc quoque Thrasybuli 12, quod reconciliata pace 13, cum plurimum in civitate posset 14, legem tulit: *ne quis anteactarum rerum* 15 *accusaretur, neve multaretur:* eamque illi *legem oblivionis* 16 appellarunt. Neque vero hanc tantum ferendam curavit, sed etiam

1 Scil. Critia. 2 Significanter de eo, qui interfectus est in pugna. Sic *dejecta cohortes* apud Cæs. B. G. 1, 46. *dejecti hostes* apud Lucan. 2, 654. *Dejicere* est verbum venatorum & sacrificantium. Tyranni ut feræ, ut pacis victimæ trucidantur. v. Just. 5, 10, 9. 3 Ante eum missus Lysander cum 40 navibus hic omittitur. 4 Cives nimirum Athenienses. 5 Pacis legibus. 6 Pro *aliqui*. 7 Triginta tyrannis magistratu abdicatis, cum Thrasybulus Pyræeum occupasset. 8 Ut quasi dictatores bellum dirimerent. 9 Cura pacis abjecta priora tyrannorum vestigia erant secuti. 10 Actus & administratio civilis. 11 Quia Democratia fuera Athenis. 12 Scil. factum fuit. 13 Restabilita concordia & sopito bello civili. 14 Valeret. 15 Quæ antea acta essent. 16 Plutarchus vocat τὸ ψήφισμα τῆς ἀμνηστίας. v. quæ Bernegg. annotavit ad Just. 5, 10. 11. & adde infra 18, 6, 2. Cæs. 7, 34. Tac. H. 4, 44, 1. Paterc. 2, 58, 4. Aur. Vict. Cæs. c. 38. Val. Max. 4, 1. ext. 4.

etiam ut valeret 1, effecit. Nam cum quidam ex his, qui simul cum eo in exilio fuerant, cædem facere 2 eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat 3, publice prohibuit: & id quod pollicitus erat 4, præstitit.

Huic pro tantis meritis, honoris 5 corona IV. a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis 6: quæ, quod amor civium non vis expresserat, nullam habuit invidiam 7: magnaque fuit gloria 8. Bene 9 ergo Pittacus 10 ille 11, 2 qui septem sapientum 12 numero est habitus 13, cum ei Mitylenæi 14 multa millia jugerum agri 15 muneri darent, *Nolite, rogo vos*, inquit, *mihi dare, quod* 16 *multi invideant, plures etiam con-*

1 Ut rata esset & servaretur. Cic. orat. post redit. c. 5. *Lex Ælia & Fufia ne valerent.* Id. pro domo: *de agris ratum est, de civitate non valuit.* 2 Perpetrare. 3 Reconciliatio facta fuerat. 4 Adjutoribus & sociis Tyrannorum. 5 h. e. in indicium honoris, virtutis & victoriæ. Lambinus mavult, *honoris ergo.* 6 Maxime in signum pacis. Unde Virg. Æn. 8, 116. *Pacisque manu ramum prætendit olivæ.* adi & Paschal. de coronis 6, 9. & 16. & Meurs. F. in arboreto sacro 1, 26. p. 75. 7 Non invidiosa fuit. 8 Attulit gloriam, glorioſa fuit. 9 Nota approbationis, uti Græcorum καλῶς. 10 De quo Diog. Laert. in ejus vita, & Val. Max. 6, 5. ext. 1. 11 Hæc particula celebritatis & famæ respectu additur, uti & infra 14, 2, 2. 12 Qui fuerunt apud Græcos: Solon, Pittacus, Bias, Thales, Periander, Cleobulus, Chilon. 13 Est reputatus, positus a Græcis. 14 Mitylene urbs in insula Lesbo. 15 Agri bello acquisiti dimidiam partem obtulerunt. 16 Pro *ob quod*, vid. tamen Voss. de Construct. c 34.

concupiscant. Quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera 1, *quæ & meam animi æquitatem* 2 *& vestram voluntatem* 3 *indicent.* Nam parva munera, diutina: locupletia, non pro-
3 pria 4 esse consueverunt 5. Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit 6, neque quenquam honore se anteces-
4 sisse existimavit 7. Hic sequenti tempore, cum prætor classem ad Ciliciam appulisset 8, neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliæ 9, a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta 10, in tabernaculo interfectus est 11.

---

1 Tantum, juxta Plutarchum, quantum emisso telo finiverit. 2 i. e. animum modicis contentum. Æquitas circa mediocria versatur. v. Sen. de tranq. animi c. 8. & 9. Horat. od. 4, 9. & Ep. 1, 10. Colum. de re rust. 1, 3. 3 Benevolentiam. 4 i. e. non diutina, stabilia, permanentia, sed brevia. 5 Illorum mansura est & intemerata gloria; hæc ob invidiam nihil habent solidi, quo possint gaudere. 6 Desideravit. 7 Minima cupidine minimum in vita mali expertus. uti de Aglajo Psophidio loquitur Plin. H. N. 7, 46. de Protadio. conf. Rutilii Itiner. 1. v. 563. 8 Cum navibus eo pervenisset. 9 Custodiæ nocturnæ; nam excubiæ etiam de diurnis dicuntur. de ejusmodi clade ex neglectis vigiliis orta, conf. Tac. A. 1, 50, 5. 10 *Bey einem Ausfall.* Sic Flor. 3, 20, 14. Tac. A. 2, 7, 1. 11 Ad Eurymedonta Pamphyliæ urbem ab Aspendiis oppressus.

IX.

CONON.

ARGUMENTUM.

1. *Conon Peloponnesio bello egregius bellator.* 2. *Afflictis patriæ rebus Pharnabazo contra Spartanos usui fuit.* 3. *Tissaphernem accusaturus per literas agit cum Artaxerxe.* 4. *Spartani tanto duce vincuntur ad Cnidum: Græcia liberatur, & muri Athenarum reficiuntur.* 5. *Ioniam & Æoliam Atheniensibus restituturus, a Tiribazo in vincula conjicitur.*

CONON 1 Atheniensis Peloponnesio bello I. accessit ad rempublicam 2, in eoque ejus opera magni fuit 3. Nam & prætor 4 pedestribus exercitibus 5 præfuit, & præfectus classis 6 res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus 7 ei honos habitus est 8. Namque

1 v. Xenoph. 2. & 4. Diodor. 14. Plutar. in Lys. Athenæus 1. Isocrat. in Evagora. Demost. in Leptin. Aristot. 2, Rhet. Polyæn. 1, 48. Frontin. 4, 7, 45. Justin. 5, 5. & 6, 6, 1. & 2. 6, 5, 9. Oros. 2, 19. 3, 1. Cic. Off. 1, 23. conf. infra 11, 5, 4. 2 Functionem publicam nactus est. 3 Alii: *In eoque ejus opere magnus fuit.* Sed locutio est elliptica; integre diceretur: *magni pretii fuit.* v. Voss. de Constr. c. 29. 4 Qui præiret exercitui. Sed apud Romanos prætor jus dicebat. 5 Hi opponuntur classiariis, adeoque & equitatum comprehendunt. conf. 7, 8, 2. 6 *Alii Admiral.* 7 Singularis. 8 Exhibitus est.

que omnibus unus insulis præfuit. In qua potestate 1 Pheras cepit 2, coloniam Lacedæmo-
2 niorum. Fuit etiam extremo 3 Peloponnesio bello prætor, cum apud Ægos flumen copiæ Athenienſium 4 a Lysandro sunt devictæ 5 Sed tum abfuit 6, eoque pejus res administrata est 7. Nam & prudens 8 rei militaris, & diligens erat
3 imperator 9. Itaque nemini erat his temporibus dubium 10, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem 11 accepturos non fuisse.

II. Rebus autem 12 afflictis 13 cum patriam obsideri audisset, non quæsivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde præsidio posset esse 14 civibus suis. Itaque contulit 15 se ad Pharnabazum satrapen Io-

1 Imperio, præfectura, gubernatione. 2 Non Pheras Thessaliæ, sed Messaniæ, ad sinum Messeniacum. v. Strab. 8, 253. & Ptolem. 3, 16. Plinius 4, 5. in Laconia ponit, quia Augustus eo transcripserat teste Pausan. Messen. p. 140. Confirmat de Conone Xenoph. 4. Gr. f. 314. Male ergo cum Rutgersio Var. Lect. 4, 10. substituunt *Theram*. 3 Scil. bello, eleganter pro fine belli. 4 Qui vix unquam graviorem cladem perpessi sunt. v. supra 6, 1. 5 Id est, penitus victæ & stratæ, ut ad resurgendum nullæ vires restarent. 6 Imo interfuit prælio, sed nihil proficiens fuga sibi salutem octo triremibus comitantibus quæsivit, & ad Evagoram Cypri Regem se contulit. 7 Male accepti, fusi fugatique sunt. 8 Gnarus, peritus. 9 Alii, *diligens erat imperii*, quali loquendi formula Tac. H. 4, 42, 6. strenuus militiæ. 10 Credebant omnes. 11 Cladem. 12 Scil. Athenienſium. 13 Inclinatis, calamitosis. Just. 4, 5, 2. *dum res quamvis afflictæ nondum tamen perditæ forent*. 14 Unde juvaret cives, illisque prodesset. Talis Camillus apud Liv. 5, 51. 15 Profectus est.

Ioniæ & Lydiæ, eundemque 1 generum 2 regis & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret 3, multo labore multisque effecit periculis 4. Nam cum Lacedæmonii Athe- 2
nienſibus devictis in ſocietate non manerent 5, quam cum Artaxerxe 6 fecerant, Ageſilaumque bellatum 7 miſiſſent in Aſiam, maxime impulſi a Tiſſapharne, qui ex intimis regis 8 ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedæmoniis coierat 9 ſocietatem: hunc adverſus 10 Pharnabazus 11 habitus eſt 12 imperator; re quidem vera 13 exercitui præfuit Conon, ejusque 14 omnia arbitrio geſta ſunt 15. Hic mul- 3
tum ducem ſummum 16 Ageſilaum impedivit, ſæpeque ejus conſiliis obſtitit 17. neque vero non fuit apertum 18, ſi ille non

1 Copulæ vicem præſtat eleganter. 2 Maritum Apamiæ filiæ Regis. 3 Ut eum haberet benevolum Patronum. 4 Quæ devolvit in eum Pharnabazus. 5 De hac & ſimilibus formulis v. Pricæus ad Apulej. Mileſ. 2. p. 110. & Gronov. ad Statii Theb. 6, 630. Cæſ. 1. & 5. B. G. dixit, *officio diſcedere & decedere.* 6 Mnemone, Cyri fratre. 7 Ut bellum gereret. 8 Fidiſſimus regi aliorum calumnia everſus eſt. 9 Inierat, fecerat. 10 Pro *adverſus hunc.* 11 Qui illum ut proditorem detulit apud regem. 12 Apparuit eſſe, viſus eſt eſſe. 13 Pro *re autem vera*, uti eſt 17, 2, 3. Sic *cum quidem* pro cum autem 23, 2, 6. 14 Cononis arbitrio. Elegans transpoſitio. 15 Summum habuit imperium. 16 Lacedæmoniorum. 17 Propoſitum intervertit. 18 Apparuit omnino.

non 1 fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus 2
4 regi 3 fuisse erepturum. Qui 4 posteaquam
domum 5 a suis civibus revocatus est, quod
Bœotii & Athenienses 6 Lacedæmoniis bellum
indixerant, Conon nihilo secius 7 apud præfe-
ctos regis versabatur, hisque omnibus maximo
erat usui 8.

III. Defecerat a rege Tissaphernes, neque id
tam Artaxerxi, quam cæteris, erat apertum 9.
Multis enim magnisq; meritis 10 apud regem,
etiam cum in officio 11 non maneret, valebat 12.
Neque id mirandum, si non facile ad creden-
dum inducebatur 13, reminiscens ejus se ope-
2 ra 14 Cyrum fratrem superasse. Hujus 15 ac-
cu-

1 Pro *nisi ille*, ut est 17, 6, 1. quasi dicas: si absque hujus viri opera fuisset. 2 Has regiones omnes, Ioniam, Æoliam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Phrygiam & Pamphiliæ partem Romani in pacificatione cum Antiocho *Asiam cis Taurum* vocant apud Liv. 37, 45. Taurus est mons Lyciæ. 3 Persarum. 4 Agesilaus. 5 i. e. Lacedæmonem. 6 Quorum oratores auro corrumpendos suaserat Conon. Unde Agesilaus dixit, se ex Asia repelli 30 millibus sagittariorum; quia in auro effigies sagittarii impressa erat, & tantum pecuniæ oratoribus Conon miserat. 7 Minus. Sic Cæs. B. C. 3, 26. 8 Multum proderat eis opera consilioque. 9 Id non tam Rex quam ceteri norant & credebant. 10 Officiis laudabiliter præstitis. 11 Obsequii scil. & fidei. 12 Auctoritatem per merita obtinebat. 13 Alii *adducebatur*. Temere quid suspicari nefas, nisi evidentia argumenta adsint. v. Machiav. Hist. Florent. 4. p. 199. Cominæus extr. lib. 6. & Loccen. ad Curt. illud lib. 7. *se inutum deteriora sequentem*. 14 Qua de opera ejus dubium est, quia de ea & Xenophon & Plut. in Artaxerxe tacent. 15 Tissaphernis.

cusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit 1, primum ex more Persarum ut chiliarchum 2, qui secundum gradum imperii 3 tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit 4 cum rege colloqui velle. Nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille 5, *nulla*, inquit, *mora est* 6: *sed tu delibera, utrum colloqui malis, an per literas agere* 7, *quæ cogitas. Necesse est enim, si in conspectum veneris* 8, *venerari te regem* 9. *Quod* προσκυνεῖν 10 *illi vocant* 11. *Hoc si tibi grave est* 12, *per me nihilo secius editis man-* 3

1 Scil. Babylonem. 2 Vi vocis significat eum, qui mille militibus imperat. i. e. tribunum militum. Sed apud Persas talis fuit, qui apud Impp. Romanos Præfectus prætorii. 3 Proximam a rege dignitatem. Sic. Curt. 4, 6, 4. 4 Exponit, declarat, testatur. 5 Cononi Tithraustes inquit. 6 i. e. nullum impedimentum, quo minus ad colloquium admittaris. 7 Alii *edere*, quando mox noster & Livius & Curt. dixere *mandata edere*, alii utrumque expungunt, quoniam per literas colloqui, idem est, ac scripto adire. 8 Si accesseris Regem. 9 Reges Persarum se fratres solis & lunæ jactabant, & ut Deos se adorari volebant a pronis atque prociduis in terram; qua de veneratione Curt. 8, 5, 6. & 21. seqq. 5, 2, 22. 5, 40, 12. 6, 6, 3. conf. Freinsh. Comm. Drus. annot. ad Estheræ c. 3, 2. Grot. ad Matth. 2, 2. Bœcl. de ausp. rep. 3, 3. 10 i. e. Ingeniculari, genua ponere, & adorare non capite tantum reflexo submissisque genibus, sed & prostrato humi corpore. 11 Hæc verba, de Græcis intelligenda haut dubie, sunt Historici, qui quasi per Parenthesin ista inferre voluit. 12 Quia submissio talis nimis servilis potest videri, qualis a Spartanorum legatis ne vi quidem satellitum exprimi potuit, quod non deceat hominem adorare. v. Herodot. 7, 136.

4 *mandatis conficies* 1, *quod studes* 2. Tum Conon. *Enim vero* 3, inquit, *non est grave, quemvis honorem habere regi* 4: *Sed vereor, ne civitati meæ* 5 *sit opprobrio, si, cum ea sim profectus, quæ cæteris gentibus imperare consueverit, potius barbarorum, quam illius more fungar* 6. Itaque quæ volebat, huic scripta tradidit 7.

IV. Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est 8, ut Tissaphernem hostem judicaverit 9, & Lacedæmonios bello persequi jusserit, & ei 10 permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam 11. Id arbitrium

1 Ages, perages. 2 Quæ cogitas. 3 Alii *mihi vero*, & certo cum respectu privatim ad suam personam hæc loquitur. 4 Si nempe divinum aliquid regi vestro tribuitis; εἰκόνα Θεοῦ interpretantes. 5 Græcis aut Athenienſibus, libero populo, cui turpis & indignus videtur ille mos. v. Val. Max. 6, 3. ext. 2. Quomodo hic se Politicus aut legatus gerere debeat, docet Bœcler. in Specim. Subtil. pol. §. 52. & Paschalius in Legato c. 37. De exemplo Ismeniæ v. Ælian. 1, 21. Quid in hoc casu Christiani olim observarint, habet Grot. ad Matth. 4, 8. 6 Si potius Persarum consuetudinem usurpem, quam patriam. 7 Justinus 6, 2, 14. Cononem ait per internuncios egisse cum Rege; Diodorus congressum & collocutum adscrit. 8 Excitatus est ad habendam fidem. 9 Quem missus Tithraustes capite obtruncavit. 10 Cononi, qui postularat, dari sibi ministrum impensæ. v. Just. 6, 2, 15. 11 Quem Ταμίαν Græci vocant, pecuniis cogendis administrandisque præfectum. Dispensator aliquando dicitur, qui rationes domini curat & pecunias disponit.

um 1 Conon negavit sui esse consilii 2, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet 3: sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret 4. Hinc magnis muneribus donatus 5 ad mare est missus, ut Cypriis, & Phœnicibus 6, ceterisque maritimis civitatibus naves longas 7 imperaret 8, classemque, qua proxima æstate mare tueri 9 posset, compararet: dato adjutore 10 Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine cura 11 rem administrarunt, quod majus bellum imminere 12 arbitrabantur, quam si cum barbaro 13 solum contenderent 14. Nam ducem fortem & prudentem 15 regiis opibus 16 præfuturum 17, ac secum dimicaturum videbant: quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente 18 magnam contrahunt 19 classem, profici-

2

3

4

1 Eam electionem. 2 Noluit id sibi sumere, acsi rectius saperet in eligendo. Sic apud Cæs. B. C. 1, 13. Decuriones Auximi docent, *sui judicii rem non esse.* 3 Martial. Epigr. 8, 15. *Principis est virtus maxima nosse suos.* 4 Ut ille ipse pecunias ordinaret. 5 A rege. 6 In insula Cypro, & potissima illa Syriæ provincia Phœnicia. 7 i. e. militares. v. 2, 2, 5. 8 Jure majestatis ab illis exigeret. Sic *privatis pecunias imperare.* infra 25, 7, 3. *Civitatibus milites imperare.* Cæs. B. G. 5, 1. 9 Mare tutum reddere, ejusque dominium retinere. 10 Collega belli administrandi & dispensatore pecuniæ. 11 Studio, diligentia. 12 Suis cervicibus impendere. 13 Rege Persarum. 14 Bellum gererent. 15 Cononem, res hostium apprime edoctum. 16 Copiis & pecuniis; summæ rerum. 17 Summam belli administraturum. 18 i. e. propterea, dum id expendunt ac cogitant. 19 Comparant. Sic apud Vellej. 2, 42, 2.

ciscuntur 1 Pisantro duce. Hos Conon apud Cnidum 2 adortus magno prœlio fugat, multas naves capit, complures deprimit 3. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta 4 Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio 5, liberata est. Conon cum parte navium 6 in patriam venit: muros dirutos a Lysandro utrosque, & Pyræi, & Athenarum reficiendos curat 7, pecuniæque quinquaginta talenta 8, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat 9.

V. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior 10 in secunda, quam in adversa esset fortuna 11. Nam classe Peloponnesiorum devicta, cum ultum 12 se injurias patriæ 13 putaret, plura concupivit 14, quam efficere potuit.

1 Ad bellum scil. quod additur 7, 4, 1. &c. 2 Quæ est urbs & peninsula in extremo Cariæ promontorio. 3 Demergit. Sic quoque Cæs. B. C. 1, 58. & 2, 6. Hirt. B. Alex. c. 11. & 16. Tac. H. 4, 79, 7. Vict. de Vir. illust. c. 41. Curt. 4, 4, 9. 4 Tota, universa. 5 Potestate & servitute. 6 Octaginta triremibus. 7 Magnam opificum turbam conduxit, iisque administros ex navibus dedit. Soli Thebani miserunt quingentos artifices lapidicidas. 8 30000. coronatos. v. 15, 4, 1. 9 Similis Arati Sicyonii liberalitas fuit, de qua Cic. Off. 2, 23. 10 Non tam sapiens, cautus & circumspectus. 11 Felicitatis & moderationis dividuum contubernium. Val. Max. 9, 5. ext. 3. conf. Tac. H. 1, 15, 5. & c. 19, 5. Agr. 31, 7. Just. 8, 1, 4. & 44, 5, 4. Liv. 30, 30. Curt. 3, 2, 17. s. 10, 1, 30. s. & c. 2, 22. Horat. od. 2, 19. Cic. Off. 1, 26. Ovid. de arte 2, 436. contrarium v. infra 20, 5, 2. 12 Alii *ulcisci* legunt. 13 Quas patria pertulerat a Lacedæmoniis illatas. 14 Majores appetiit res. 4, 2, 1.

tuit. Neque tamen ea non pia & probanda 1 2
fuerunt, quod potius patriæ opes 2 augeri
quam regis, maluit 3. Nam cum magnam
auctoritatem sibi pugna illa navali, quam
apud Cnidum fecerat 4, constituisset 5, non so-
lum inter barbaros, sed etiam inter omnes
Græciæ civitates, clam dare operam cœpit 6, ut
Ioniam & Æoliam restitueret Athenienſibus 7.
Id cum minus diligenter esset celatum 8, 3
Tiribazus, qui Sardibus 9 præerat, Cononem
evocavit 10, simulans 11 ad regem eum mittere
velle, magna festinatione. Hujus nuntio
parens 12 cum venisset, in vincula conjectus
est: in quibus aliquandiu fuit. Nonnul-
li eum ad regem abductum, ibique periisse
scriptum reliquerunt 13. Contra ea *Dinon* 4
histo-

1 Laudanda. 2 Potestatem, dominationem & vires bellicas. 3 Sed contra fidem, contra honestatem, contra viri boni officium, de quo minus recte judicat noster. conf. de Miltiade 1, 3, 6. 4 Sic Tac. A. 3, 21, 3. Sic *prælium facere* infra 12, 1, 1. 5 Peperisset & firmasset. 6 Id occulte molitus est. 7 Diodorus ait, hunc prætextum habuisse Tiribazum, invidia gloriæ Cononis inductum. Xenophon adscribit calumniæ Spartanorum eorumque legati Antalcidæ. 8 Occultatum. 9 Sardes urbs Lydiæ primaria, regia olim Crœsi, postea Satraparum Persicorum in minori Asia sedes. 10 Ad se vocavit. 11 Sub hac specie amicitiæ. 12 Mandato obsecutus. 13 Scripserunt, in eorum scriptis reperitur Ex his Diodorus 24, 43. affirmat, de eo supplicium sumptum esse.

historicus 1, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus 2, effugisse, scripsit: illud addubitat 3, utrum Tiribazo sciente, an imprudente 4 sit factum.

1 Scripsit historiam Persicam. v. Athenæus 2, 25. Plin. 10, 49. Voss. de Hist. Gr. 4, 8. 2 Fide dignissimum judicamus in isto argumento historico. 3 Aliquantulum dubitat. 4 Insscio, ignaro.

X.

DION.

ARGUMENTUM.

1. Dion adfinis Dionysiorum, intimus & legatus. 2. Impetrat, ut Plato adducatur. Regni sperat divisionem. 3. Offendit minorem Dionysium: Platonis reditum obtinet; ei Philistus adversatur. 4. Corinthum deportatur, uxor traditur alii, filius corrumpitur. 5. Syracusis potitus tyrannum ad pactiones adigit. 6. Morte filii tristatur; Heraclidis cæde populum a se alienat: 7. Largitionibus militem conciliat, amittit optimates, tyrannus appellatur. 8. Callicratis insidiis decipitur. 9. Domi suæ die festo occiditur. 10. Fit tumultus & cædes: desiderium mortui sequitur.

Dion 1 Hipparini filius, Syracusanus 2 nobili I. genere natus, utraque implicatus 3 tyrannide Dionysiorum. Namque ille superior 4 Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio 5: ex qua duos filios Hipparinum & Nisæum 6 procreavit; totidemque filias nomine Sophrosynen & Areten 7. Quarum priorem Dionysio filio eidem 8, cui regnum reliquit, nuptum dedit; Alteram Aretem Dioni 9 Dion 2 autem præter nobilem propinquitatem 10, generosamque majorum famam 11, multa alia ab natura 12 habuit bona: in his ingenium docile, come,

1 v. Plutarch. in Dione &c. Diodor. *15.* & *16.* &c. Suidas. Laert. in Plut. Plato passim. Ælian. V. H. 3, 4. 4, 8. & 21. *6, 12. 7, 14. 9, 8. 13, 10.* Val. Max. *3, 8.* ext. *5*, 4, *1.* ext. *3.* Cic. Off. *1*, 44. ad Att. *15*, *10.* Tusc. *5*, 35. De Dionysiis seorsim insuper Polyb. *15.* Plut. in vita Isocrat. Xenoph. *2.* Ælian. *1, 20. 11, 11. 12, 46.* & *60.* f. *13*, *18.* & 45. Just. 5, 8, 7. 20, 1, 3. & c. 5. *21, 1*, 1. seqq. & c. 5. Plin. 2, 100. 7, 30. &c. Val. Max. *1, 1.* ext. *3, 6. 9.* ext. *6, 9, 13.* ext. 4. Cic. Off. *2*, 7. &c. Solin. c. 7. inf. *21, 2.* 2 Syracusa princeps civitas Siciliæ. 3 Necessitudinis scil. & familiaritatis ratione. 4 Senior, major, antiquior. Sic superior Africanus. Cato ap. Val. Max. 8, 15, *1.* & *2.* Ille prior Dionysius duo de quadraginta annos tyrannidem obtinuit. 5 Duas duxit uno die: Locrensem civem, e qua genuit Dionysium, & hanc Arist. v. Cic. Tusc. *5*, *20.* 6 Ita & Diod. Sed Plut. alterum hunc *Narsæum* vocat. 7 Miratur Plut. 2. fort. Alex. quare vitiosissimus tyrannus ista nomina virtutem filiabus indiderit. 8 Qui ex Doride altera uxore natus. 9 Cum juxta Plut. habuisset prius Thearidem Dionysii fratrem. 10 Cognationem. 11 Laudem & gloriam ex generosis majoribus. 12 Ab ante N. fæpe ponit Livius: *23*, 46. *ab Nola*, 24, 46. *ab nocte*, 27, 20. *ab nomine*, 33, 7. *ab nec opinato visu.*

come 1, aptum ad artes optimas: magnam corporis dignitatem 2, quæ non minimum commendat 3. Magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. 3 Erat intimus 4 Dionysio priori, neque minus 5 propter mores 6, quam affinitatem. Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum esse propter necessitudinem 7, magis etiam suorum causa 8 studebat. Aderat in magnis rebus 9: ejusque consilio multum movebatur 10 tyrannus 11, nisi qua in re major ipsius 4 cupiditas 12 intercesserat 13. Legationes vero, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo 14, fideliter administrando 15, crudelissimum no-

1 Facile ad audiendum Præceptorem & capienda monita, alioquin & duro atque austero ingenio fuit. 2 Augustam corporis formam. *Venustatem, muliebrem ducere debemus, dignitatem, virilem pulchritudinem.* Cic. Off. 1, 36. 3 Exornat, affert commendationem. 4 Familiarissimus & conjunctissimus. 5 Pro *idque non minus; & quidem non minus.* 6 Propter morum gratiam, quæ quantum faciat ad amorem principis demerendum, explicat autor Aulici inculpati c. 37, 2. seqq. Forstn. ad Tac. 13. 1. p. 253. 7 Propinquitatem, affinitatem. 8 Propter sororem suam, ac ejus liberos. 9 Consilia dandi causa, sicubi opus erat, adhibebatur. 10 Parebat ei. 11 Dionysius prior. 12 Vehementior impetus animi cupientis, intensior affectus. 13 Obstiterat, consiliis melioribus interveniebat. Tunc obstructæ fuerunt aures. Sic apud Phalarin *plus consuetudo dominationis quam consilii salubritas valuit.* Val. Max. 3, 3. ext. 2. 14 Suscipiendo, legatum agendo. 15 Per ipsam rei tractationem.

nomen 1 *tyranni*, sua humanitate tegebat 2. Hunc a Dionysio missum, Carthaginienses suspexerunt 3, ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis sint admirati 4. 5

Neque vero hæc Dionysium fugiebant 5, II. nam quanto esset sibi ornamento 6 sentiebat, quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret 7, X[us] neque eum secus diligeret ac filium. Qui quidem, cum Platonem 8 Tarentum 9 venisse fama in Siciliam 10 esset perlata, adolescenti 11 negari non potuit, quin eum arcesseret, cum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret 12. Dedit ergo huic veniam 13, magnaque eum ambitione 14 Syracusas perduxit. Quem Dion adeo ad-

Neque vero hæc

1 Sequiorem de eo opinionem. 2 Abscondebat, mitigabat. Qui mitissimos Dionis mores intuebantur, non credebant, tam immanem esse Dionysium, quam alii ferrent. 3 Exceperunt legatum cum studio affectuque. 4 Magis coluerint. 5 i. e. satis ipse intelligebat, noverat probe. 6 Quam esset vir honoratus, cujus industria pleraque negotiorum cum laude expedirentur. 7 Favoris honorisque causa, quem exhibebat viro. 8 In Italia Pythagoricos auditurum. 9 Quæ est civitas Calabriæ, ubi Plato cum Archyta conversatus est. 10 In qua Calabriæ fines terminantur. 11 Dioni tum admodum juveni. 12 Cum cupidus esset sapientiæ & eloquentiæ Platonicæ. 13 Annuit petitis; concessit ea quæ petiit. 14 i. e. comitatu & apparatu magnifico & honorifico. Sed confundit hic Nepos Dionysios; quia ad patrem Plato ultro venit, ut Ætnæ naturam contemplaretur; a filio autem majori pompa exceptus est. *Vittatam navem ei misit obviam, & ipse quadrigis albis egredientem in littore excepit.* v. Plin. 7, 30.

admiratus est 1, atque adamavit, ut se totum ei
3 traderet 2. Neque vero minus Plato delectatus est Dione 3. Itaque cum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset 4, quippe quem venundari jussisset 5, tamen eodem rediit 6,
4 ejusdem Dionis precibus adductus 7. Interim in morbum 8 incidit Dionysius. Quo cum graviter conflictaretur 9: quæsivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet 10? simulque ab his petiit, *si forte majori esset periculo* 11, *ut sibi faterentur. Nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno: quod sororis suæ filios ex illo natos* 12 *partem regni putabat debere habe-*
5 *re.* Id medici non tacuerunt 13, & ad Dionysium filium sermonem retulerunt 14. Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas

1 Coluit, venatus est. 2 Totus deditus esset, ut magistro, ut Præceptori. 3 Id est, Dionis convictu & familiaritate. Hinc communi nomine a scriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis*. v. Cæl. Rhodig. lect. ant. 23, 4. 4 Scil. Plato, qui dixerat, justorum hominum vitam beatam esse, tyrannorum miseram; quo offensus Dionysius. 5 Æque beatum fore asserens in servitute, cum esset justus. Itaque per Pollidem Spartiatam in Ægina venditus. v. Cæl. 16, 24. 6 Defuncto seniore Tyranno. 7 Permotus, exoratus. v. c. 3, 1. 8 Quem sibi per luxuriam atque intemperantiam contraxit. 9 Vexaretur, laboraret. Sic Cic. *conflictari molestiis*. Cæs. *gravi annona*. Tac. *tempestatibus*. Cels. *doloribus*. 10 Ut valetudo ejus comparata esset. 11 Pro *in periculo*. ad hunc vero modum & Cic. locutus ad fam. 4, 15. & 8, 2. & alii. 12 Hipparinum & Nisæum. 13 Non poterant celare metu mortis. 14 Ei exposuerunt, renunciarunt.

stas 1, patri soporem 2 medicos dare coegit. Hoc æger sumto, somno 3 sopitus 4, diem obiit supremum 5.

Tale initium fuit Dionis & Dionysii simul- III.
tatis 6, eaque multis rebus 7 aucta est: sed tamen primis temporibus 8 aliquandiu simulata inter eos amicitia 9 mansit. CumqueDion non desisteret 10 obsecrare Dionysium, utPlatonem Athenis arcesseret 11, & ejus consiliis uteretur; ille, qui in aliqua re vellet patrem 12 imitari, morem ei gessit 13. Eodemque tempore Phili- 2
stum historicum 14 Syracusas reduxit 15, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi 16. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt

1 Ne posset colloqui, vel, ut occasio colloquendi præriperetur. 2 i. e. poculum sive medicamentum soporiferum, quo effectus est sopor. Sic *dare medicamentum* Curt. 6, 10, 34. *Venenum* id. 10, 10, 14. restituit etiam Senecæ hanc vocem Ep. 83. Gruterus, & alteri Senecæ loco de Ben. 5. Delrio ad Sen. Medeam p. 60. usus in eodem sensu Frontin. 2, 5, 12. 3 Inducto scil. accitoque. 4 Obrutus, præoccupatus. 5 Vitæ ultimum. 6 Odii latentis animumque exacerbantis. 7 Stimulos odii subministrantibus. 8 Ab initio. de parvo intervallo sermo est. 9 Cujus species fallit & inimicitias tegit. 10 Non omitteret. 11 Secundus ille Platonis adventus fuit in Siciliam, tertius contigit absente Dione. v. Plut. p. 962. & 965. 12 Patris exemplum. 13 Annuit petitis & ad Platonem scriptis, eratque ejus Epistolæ summa in epistolis Platonis. 14 Qui exsulabat in Adria, quod fratris Leptinis filiam duxerat, pulsus a Dionysio majore. v. Voss. de Hist. Gr. 1, 6. 15 Instinctu aulicorum, ut esset, qui opponeretur Platonis consiliis. 16 Idcirco operam dabat, ut pristini mores retinerentur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0162
DFG

sunt expositа 1, qui de historicis Græcis con-
3 scriptus est 2. Plato autem 3 tantum apud Dionysium auctoritate potuit 4, valuitque eloquentia, ut ei persuaserit 5, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere 6 Syracusanis. A qua voluntate 7 Philisti 8 consilio deterritus, aliquanto 9 crudelior esse cœpit 10.

IV. Qui quidem cum a Dione se superari videret ingenio 11, auctoritate, amore populi, verens, ne si eum secum haberet 12, aliquam occasionem sui daret opprimendi 13, navem ei triremem dedit, qua Corinthum 14 deveheretur, ostendens 15, *se id utriusque facere causa, ne, cum inter se timerent* 16, *alteruter* 17 *alterum*
2 *præoccuparet* 18. Id cum factum multi indignarentur 19, magnæque esset invidiæ 20 ty-

1 Historice enarrata. 2 Factus, compositus; ille in deperditis numerandus. 3 De cujus ingenio, industria & moribus Val. Max. 8, 7. ext. 3. 4 Tanta doctrinæ vis fuit, tanta dulcedo eloquentiæ. 5 Eo suadendo perduxerit. 6 Ita apud Svet. Augustus cap. 28. de reddenda rep. bis cogitavit. 7 Consilio proposito, cum jam aliquandiu lenius æquiusque imperasset. 8 Instigatoris tyrannici. 9 Ἐπιτατικῶς pro longe, multo, haut paulo. 10 Ad ingenium mox rediit, & in majorem rabiem conversus est. 11 i. e. quod Dion se esset ingeniosior &c. 12 In suo convictu. 13 Ne se labefactaret. 14 Quæ est clarissima in Peloponneso civitas. 15 Præ se ferens, causam afferens. 16 Cum mutuo essent suspecti; & alter ab altero vereretur insidias. 17 Vel Dionysius, vel Dion. 18 Insidiis tolleret. 19 Inique ferrent. 20 Cum peperisset invidiam.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0163
DFG

tyranno; Dionysius omnia, quæ moveri poterant Dionis 1, in naves imposuit, ad eumque misit. Sic enim existimari volebat 2: *Id se non odio hominis; sed suæ salutis* 3 *feciſſe cauſa.* Poſtea vero quam 4 audivit eum in Peloponneſo manum 5 comparare, ſibique bellum facere 6 conari; Areten, Dionis uxorem, alii 7 nuptum dedit, filiumque 8 ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo 9 turpiſſimis imbueretur cupiditatibus 10. Nam puero, priusquam pubes eſſet 11, ſcorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neq; ullum tempus ſobrio relinquebatur 12. Is usque eo vitæ 13 ſtatum commutatum 14 ferre non potuit, poſtquam in patriam redi-

1 Omnem ejus ſupellectilem. conf. *2, 2, 8.* 2 Hanc ſpeciem præ ſe ferebat. 3 Ut eſſet tutior. 4 Elegans Tmeſis, aliter *1, 6, 4.* & *25, 2, 1* 5 Exercitum, copias. conf. *1, 5, 1. 4, 1, 2.* &c. 6 Inferre, movere adverſus ſe. Eadem phraſis *17, 2, 1.* quæ Senecæ epiſt. 114. minus placet; nec tamen illam erubuit Cic. pro Mil. c. *23.* &c. Liv. *1. 38.* Tac. A. *3, 18, 1.* 7 Nempe Timocrati familiari ſuo; ſed invitam, ut Plut. ſcribit. Sic Saul Micholem Davidis alii locavit. 1. Reg. 25. 8 Aretæum, vel, ut aliis placet, Hipparinum. 9 Per indulgentiam & licentiam, qua omnes deteriores reddimur. 10 Voluptatibus animum ac corpus debilitantibus. Ingens hoc flagitium dominationis, liberos perdere. Simile quid de Gelonis filio Ariſtot. Pol. *5, 10.* de Caligula Svet. c. *11.* adde Juſt. *1, 7, 12.* cum not. Berneg. 11 Antequam pubertatis annos ingrederetur. 12 Multis ergo modis ad luxuriam incitatus & corruptus eſt. 13 Mollis & diſſolutæ. 14 Alium vivendi morem & diſciplinam.

rediit pater, (namque appositi erant custodes 1, qui eum a pristino victu 2 deducerent 3.) ut se e superiore parte ædium dejecerit, atque ita interierit 4. Sed illuc 5 revertor.

V. Postquam Corinthum pervenit Dion, & eodem perfugit 6 Heraclides, ab eodem expulsus Dionysio, qui præfectus fuerat equitum; omni ratione bellum comparare 7 cœperunt. 2 Sed non multum proficiebant 8, quod multorum annorum tyrannis 9, magnarum opum putabatur 10. Quam ob causam pauci 11 ad 3 societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio tyranni 12, maximo animo 13 duabus onerariis 14 navibus, quinquaginta annorum 15 imperium, munitum 16 quingentis longis navibus, decem equi-

1 Lasciviæ & luxuriæ correctores. Sic M. Aurelius Imp. Commodo filio novem dedit magistros: sed huic plusquam novem millia fuere vitiorum. v. Ant. de Gvevar. Horol. Princ. 2, 44. 2 Vitæ genere, ratione, statu; ut ipse autor explicat. 3 Abstraherent, & ad meliorem frugem revocarent. 4 Maluit vita carere, quam prava consuetudine. 5 Ad id, quod cœpi dicere. 6 Contulit se. 7 Parare, instruere, moliri. 8 Successus & effectus erat modicus. 9 Quæ tot annis suum statum firmaverat, roboraveratque. 10 Dionysius certe major dicebat, se relinquere filio tyrannidem vinculis adamantinis vinctam. v. Ælian. 6, 12. 11 Ex mille exsulibus Syracusanis tantum XXV se Dioni adsociarunt. 12 Quod noverat, exosam esse Tyranni imperium, ac propterea populum ad se defecturum; uti & factum est. 13 Maxima fiducia sui & constantia. 14 Cujusmodi longis seu bellicis opponuntur. 15 Pater 38. filius 12. annos imperaverat. 16 Firmatum.

equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum 1; quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile perculit 2, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat 3, Syracusas 4 introierit. Ex quo intelligi potest, 4
nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum 5. Eo tempore aberat Dionysius, & in Italia classem operiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum 6. Quæ res eum fefellit 7. Nam Dion iis 5
ipsis 8, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus 9 repressit 10, totiusque ejus partis Siciliæ potitus est, quæ sub Dionysii potestate fuerat: parique modo urbis Syracusarum 11, præter arcem, & insulam adjunctam oppido 12; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus 13 pacem tyrannus facere vellet 14: *Siciliam Dion ob-*

1 i. e. cum exiret, ut oppugnaret. 2 Collabefecit, evertit. Sic *remp. percellere*, Tac. A. 2. 39, 1. 3 Eo pervenerat. 4 Metropolin regni. 5 Benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. v. Cic. Off. 2, 7. Phil. 2, 41. Plin. Paneg. c. 49. Ter. Adel. 1, 1, 40. sqq. Curt. 8, 8, 11. Sallust. de rep. 3. 6 Suum regnum appetiturum. 7 Contra opinionem cecidit. 8 Præfectis scil. ad se deficientibus. 9 Ferociam, superbiam, præsidentiam, arrogantiam regiæ magnitudinis. Cæs. B. G. 1, 33. *tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumserat.* 10 Contudit, perculit metu. 11 Scil potitus est. Constitit illa civitas ex quatuor oppidis seu partibus, quarum prima dicebatur *Insula*, altera *Acradina*, tertia *Tyche* a fano fortunæ, quarta *Neapolis*. v. Cluver. Sicil. ant. 1, 12. 12 Ubi Apollocrates aliquamdiu restitit. 13 Conditionibus, legibus. 14 Primum statim pacem petiit, & dimidiam partem regni obtulit.

obtineret, Italiam 1 *Dionysius, Syracusas Apollocrates* 2, cui maximam fidem uni habebat Dion 3.

VI. Has tam prosperas, tamque inopinatas res 4 consecuta est subita commutatio 5, quod fortuna sua mobilitate 6, quem paulo ante extu-
2 lerat 7, demergere est adorta 8. Primum in filium, de quo commemoravi supra 9, sævitiam suam exercuit 10. Nam cum uxorem reduxisset 11, quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare 12 ad virtutem a perdita 13 luxuria, accepit gravissimum parens vulnus 14 morte filii:
3 deinde orta dissensio 15 est inter eum & Heraclidem: qui quidem principatum 16 non concе-

1 Sc. inferiorem, ut Calabriam & alias regiones, quas Tyranni subjugarant. 2 Filius tyranni natu maximus, cui a patre arcem tuendam traditam eripuit Dion; sed mox pace inita et totam concessit urbem. 3 Nihil me movet, ut cum Lambino hic substituam *Dionysium*, cum potius Dioni res fuerit cum reconciliato Apollocrate. 4 Felicitatem spe uberiorem. 5 Sc. sortis adversæ. 6 Inconstantia, varietate. 7 Ab exilio ad summa evexerat fastigia. 8 Deprimere aggressa est, voluit iterum infelicem reddere. 9 Paulo ante c. 4, 3, s. 10 Crudelis fuit fortuna, sæviit. 11 De integro veluti duxisset, integre Svet. Dom. c. 8. *ob reductam in matrimonium uxorem*. Tac. A. 12, 8, 2. dixit *rursus assumere uxorem*; & alibi *revocare*, A. 14, 60, 6. 12 Deducere appositis custodibus. 13 Extrema, intendit vituperium probrose. 14 Conf. 14, 6, 1. dolor & luctus, quem parentes, liberi, mariti invicem ex calamitatibus ac mortibus suorum percipiunt, vulneribus comparatur frequentissime: ut apud Tac. Agr. 7. 1. & c. 28. 5. Val. Max. 5, 10. ext. 1. Plin. Epist. 8, 5. 15 Æmulatio. 16 Primum in rep. locum; quod solus imperaret.

cedens, factionem 1 comparavit. Neque is 2 minus valebat 3 apud optimates; quorum consensu præerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret 4. Non tulit hoc animo æquo 4 5 Dion, & versum illum Homeri retulit 6 ex secunda rhapsodia 7, in quo hæc sententia est: *Non posse bene geri rempublicam multorum imperiis* 8. Quod dictum magna invidia consecuta est 9. Namque aperuisse 10 videbatur, se omnia in sua potestate esse velle 11. Hanc 12 5 ille non lenire obsequio 13, sed acerbitate opprimere 14 studuit 15, Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiendum curavit 16.

Quod

1 Studia, partes, consensum ac conjunctionem hominum male affectorum: amicitia est inter bonos; factio inter malos. 2 Heraclides. 3 Auctoritatem obtinebat. 4 Præfectus esset peditatus & equitatus. 5 i. e. impatienter tulit, indoluit. 6 Recitavit, usurpavit sermone. 7 i. e. ex secundo libro Iliados. Nam ita vocantur ejus Poetæ libri. Pollux 4, 7. inter nomina poëmatum ῥαψῳδίαν ponit. Adde Suidam in hac voce, & Salmas. Exerc. Plin. p. 867. itemque Scalig. Poet. 1, 41. 8 Lib. 2, 205. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Hujusmodi versus Homericos in ore ferebant subinde veteres, his judicia sua de rebus, sermonesque serios ac jocosos efferebant. conf. Svet. Cal. 22. Dom. 12. Cic. Off. 1, 8. 9 Excepit; odiosum fuit. 10 Declarasse, ostendisse. 11 Quod ad Monarchiam aspiraret. 12 Invidiam scil. 13 Mitigare civilitate, comitate, indulgentia. 14 Vi & rigore exstinguere. Cic. ad Q. Fr. 1, 1. *Si implacabiles iracundiæ sunt, summa acerbitas est.* Similiter usi Cæs. B. G. 1, 32. Liv. 44, 10. 15 Allaboravit. 16 Permisit iis, quos dudum eum interficere cupientes prohibuerat.

VII. Quod factum omnibus maximum timorem injecit 1. Nemo enim illo interfecto se tutum putabat 2. Ille autem adversario 3 remoto licentius 4 eorum bona, quos sciebat adversus se
2 sensisse 5, militibus dispertivit. Quibus divisis, cum quotidiani maximi fierent tumultus 6, celeriter pecuniæ defici coepit: neque quo manus porrigeret, supperebat 7, nisi amicorum possessiones 8. Id hujusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates 9.
3 Quarum rerum cura frangebatur 10, & insuetus male audiendi 11, non æquo animo ferebat, de se ab iis male existimari 12, quorum paullo ante in cœlum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensa 13 in eum militum voluntate, libet

1 Attulit, dedit. 2 Omnes ad se quoque gradum fieri opinabantur. 3 Eo, qui factionem comparabat, æmulo. 4 Per licentiam & vim dominationis. Namque ea, quæ in Dionysio erat persecutus, sui immemor, jam committebat. 5 Diversæ factionis fuisse. 6 Per largitionem, quæ non habet fundum. 7 Non erat unde raperet, nihil supererat. Curt. 7, 8, 19. *Jam etiam ad pecora nostra avaras & insatiabiles manus porrigis.* 8 Bona, opes. 9 Eorum favorem. Subjectum ponitur pro Adjuncto. 10 Angebatur vehementer, ægritudinem animi sentiebat. Sic *casu alicujus frangi* Svet. Aug. c. 65. 11 Non expertus ante sinistre de se opinantes. Sic *insuetus contumeliæ* Cic. ad Att. 2, 21. 12 Per sermones sequiores. Ut apud Sen. Epist. 31. & de ira 3, 22. auctorem Dialogi de caus. corr. eloq. c. 1, 3. & Macrob. Sat. 2. 4 Ita *bene de aliquo existimare* apud Cic. ad fam. 16, 4. Sic Svet. Aug. 51. & Cal. 27. *opinari de aliquo male.* v. Bernegg. ad Just. 12, 5, 8. 13 Infensa, infesta, abalienata.

liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum 1 dictabat 2.

Hæc ille intuens 3, cum, quemadmodum se- IIX.
daret 4, nesciret, & quorsum evaderent 5, timeret; Callicrates 6 quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponnesi[illegible] venerat, homo & callidus & ad fraudem acutus 7, sine ulla religione ac fide 8, adit ad Dionem, & ait: *eum in magno periculo esse, propter offensionem 9 populi & odium militum: quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi 10 inimicum. Quem si inveniisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenti 11 suos sensus 12 aperturi forent.* Tali consilio probato excipit has 13 partes 13 ipse Callicrates, & se armat 14 imprudenz

1 Sed tollendum e medio. 2 Increpabat. 3 Considerans, ut 12, 1, 2. 4 Leniret reprimeret. 5 In quod magnum malum evenirent, quam eventum sint habitura hæc negotia seu istæ res. 6 Alii autore *Calippum* vocant. 7 Pseudopoliticus, v. Lips. Pol. 2, 14, 2. 8 Qui nec fas nec jus, nec divina, nec humana curaret; tam impius, ut jurejurando falleret. 9 Iram, indignationem malevolentiam. 10 Dioni. 11 Qui se simularet ab eo dissidere. 12 Cogitata animi, consilia propositum. Simili fere arte usus Augustus Suet. c. 27. & Latinus Latiaris Tac. A. 4. 63. f. Simulatam per amicitiam per it quoque Datames inf. 14, 10. f. 13 In se suscipit negotium. Translatio est a scena, sive histrionibus qui aliorum partes agunt. 14 Robur mutuatur ab alterius imprudentia, qui nesciebat, tam profunde impium illum futurum.

dentia Dionis: ad eum interficiendum socios conquirit 1. Adversarios ejus convenit, conju-
4 rationem 2 confirmat. Res multis consciis, quæ gereretur, elata 3 refertur ad Aristomachen sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ conveniunt 4, cujus de periculo 5 timebant. At ille negat, a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur, fieri præ-
5 cepto 6 suo. Mulieres 7 nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ 8 deducunt, ac jurare cogunt 9, *nihil ab illo periculi fore Dioni.* Ille hac religione 10 non modo ab incepto 11 non deterritus, sed ad maturandum 12 concitatus est, verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam conata 13 perfecisset.

IX. Hac mente 14 proximo die festo 15, cum a con-

1 Quos adsciscat. 2 Conspirationem, συνωμοσίαν. 3 Efferri dicitur de arcano evulgato. Sic Cæs. B. G. 1, 46. *in vulgus militum elatum est.* Ter. Phorm. 5, 7, 65. peccatum elatum foras. 4 Scil. eum, vel ejus causa. 5 Scil. vitæ & salutis. 6 Monito, jussu. 7 Aristomache & Arete. 8 Hæc Dea præ cæteris apud Siculos colebatur, quod ibi rapta erat, & maximum erat juramentum, quod in æde ejus fiebat. 9 Indutum amictu Deæ purpureo, & tenentem manu facem candentem. 10 Juramento hoc facto, vel obligatione per jusjurandum facta. 11 Conatu, proposito. 12 Tanto citius perficiendum. 13 Destinata. Sic Cæs. B. G. 1, 3. & Suet. Galb. c. 17. Lucret. 3, 388. dixit *conata patrare.* Accius apud Nonium & Vellej. 2, 29, 1. *exsequi* Juvenal. Sat. 13. *peragere.* 14 Hoc consilio. 15 Sacro Proserpinæ. Sic festo Nativitatis Domini Leo Armenius a conjuratis interfectus, v. Zonaras.

conventu remotus se Dion domi teneret 1, atque in conclavi edito 2 recubuisset; consciis 3 loca munitiora oppidi tradidit, domum custodibus sepsit 4, foribus, qui non discederent, certos 5 præfecit: navem triremem armatis ornat 6, Philostratoq; fratri suo tradit: eamq; in portu agitari jubet, ut si 7 exercere remiges vellet: cogitans, si forte consiliis obstitisset 8 fortuna, ut haberet, quo fugeret ad salutem 9. Suorum autem e numero Zacynthios 10 adolescentes quosdam elegit, cum audaciſſimos, tum viribus maximis 11: hisque dat negotium 12, ut ad Dionem eant inermes, sic ut 13 conveniendi ejus gratia viderentur 14 venire. Hi propter notitiam 15 sunt intromissi. At illi, ut limen 16 ejus intrarunt, foribus obseratis 17 in lecto cubantem invadunt: colligant, fit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris. Hic, sic- ut

2

3

4

5

1 Cum neminem conveniret, sed ab operibus publicis quiescens domi remaneret 2 Separatiori loco in superiori parte domus. v. Donat. ad Ter. Ev. 3, 5, 35. 3 Conjuratis assecliis. 4 Circumdedit. 5 Destinatos peculiariter ad has res obeundas. 6 Instruit, navigationi parat. Hinc Cæs. B. C. 3, 14. naves dicit *omni genere armorum ornatissimas*. & Lucret. 2, 4, 2. *classem ornatam armis*. 7 Acsi, quasi. Cæs. B. C. 3, 24. eundem sensum extulit per causam exercendorum remigum. 8 Si propositum interverti sset. 9 Ubi a persequentibus tutus esset. 10 E Zacyntho profectos, maris Ionii insula, quæ hodie Zante. 11 Robustissimos. 12 Præcipit illis. 13 Acsi, ita ut. 14 Simulationem & speciem notat. 15 Familiaritatem. Notis illis facilis fuit aditus. 16 Conclave. Est Synecdoche partis pro toto. 17, Occlusis intus per seram.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0172
DFG

ut ante dictum est, quam invisa sit singularis potentia 1, & miseranda vita 2, qui se metui, quam amari malunt 3, cuivis facile intellectu 6 fuit. Namque illi ipsi custodes, si propria fuissent voluntate 4, foribus effractis servare eum potuissent, quod illi inermes 5 telum 6 foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est 7.

X. Confecta cæde cum multitudo visendi 8 gratia introisset, nonnulli ab insciis 9 pro noxiis 10 conciduntur 11. Nam celeri rumore dilato 12, Dioni vim allatā 13, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa 14 su-

1 Unius imperium; ubi unus dominari cupit. v. c. 5, 1. 2 Scil. eorum. 3 Contra Timoleon maluit se diligi, quam metui. 20, 3, 4. Sidonius l. 1. Ep. 2. de Theodorico Rege Gothorum: *timet timeri.* Præclare Ennius: *quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expetit.* Cic. Off. 2, 7. 4 Si fuissent benevoli. 5 Tunicati, sine gladiis. 6 i. e. gladium. 7 Plutarcho teste Calippus brevi post eodem pugione, quo Dionem percusserat, occisus fuit. 8 Videndi, spectandi. 9 Qui ignorabant veros cædis autores. 10 Noxiorum loco, vice. 11 Magna & subita clades facta est. 12 i. e. cum rumor differretur, emanaret, dispergeretur. Ita Svet. Aug. 14. Idem in Jul. 13. *fama distulit.* Tacito absolute est *differtur.* A. 3, 12, 6. & 4, 25, 5. Simili phrasi Ter. Heav. Prol. 15. *differre rumores*, & Tac. A. 1, 4, 2. ac Petron. *differre quem rumoribus.* 13 Cædem ejus factam. Phrasi eadem sed sensu paulo diverso usus Just. 18, 7, 8. *non tamen vim adferre religioni ausus est.* 14 Temeraria, iniqua.

suspicione ducti, immerentes 1 ut sceleratos 2
occidunt. Hujus de morte, ut palam factum 2
est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas 3.
Nam qui vivum eum tyrannum vocitarunt,
eundem liberatorem 4 patriæ tyrannique ex-
pulsorem prædicabant 5. Sic subito miseri- 3
cordia odio successerat 6, ut eum suo sangui-
ne, si possent, ab Acheronte 7 cuperent redime-
re. Itaque in urbe, celeberrimo loco 8 ela-
tus 9, publice 10 sepulcri monumento 11 dona- 4
tus est. Diem obiit 12 circiter annos quinqua-
ginta quinque natus 13; quartum post annum,
quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

XI. IPHI-

1 Innoxios, insontes. 2 Ut noxios, qui cædem patra-
rint. 3 Calippus tamen principatum excepit, & menses
tredecim imperavit. 4 Ut liberatorem. 5 Inter elo-
gia mortui; quales prædicationes est videre apud Tac. A.
2, 73. Svet. Ott. 12. Herodot. in Comm. 3, 11. & passim ap.
alios. 6 *Virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis
quarimus invidi.* Horat. Od. 3, 24. *Iram sæpe misericordia
retro egit.* Sen. de ira 1, 16. conf. Curt. 7, 1, 1. 7 i. e. A se-
pulcro, a mortuis. *Acheron* l. *Acheruns* Poëtis fluvius est
apud inferos. poetica ergo phrasis videri potest, pro qua
Cic. pro Marc. c. 6. & 2. Catil. c. 9. & Liv. 26, 32. est *ab
inferis excitare, exigere.* Attamen & Cic. post red. in Sen.
cap. 10. dixit: *Mortuos pene ex Acheronte excitatos.* 8 In
foro. ubi & Græci claros viros sepeliri soliti. v. Kirchman.
de fun. 2, 26. 9 Cum sepeliendus esset. v. not, 3, 3, 2. 10
Publico honore sumtuque ita desiderium significabant.
11 Easdem voces, ne *sepulcri* superfluam putes, conjunxit
Cic. Tusc. 1, 14. 12 Idem quod *obiit diem supremum* 1, 7, 6,
&c. 13 Tot annos jam impleverat.

XI.

IPHICRATES.

ARGUMENTUM.

1. *Iphicrates nobilis disciplina militari. 2. Bellum gessit cum Thracibus: Lacedæmonios fugavit: Persarum conductitiis præfuit: Epaminondam retardavit. 3. Ejus dotes & filii exprobratio de uxore barbara.*

I. IPhicrates1 Athenienſis non tam 2 magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina militari nobilitatus eſt 3. Fuit enim talis dux, ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis 4 compararetur, ſed ne de majoribus natu 5 quidem quisquam anteponeretur. Multum vero in bello verſatus, ſæpe exercitibus præfuit, nusquam culpa ſua male rem geſſit 6, ſemper conſilio 7 vi-

1 v. Diod. Sic. *13.* ſqq. Plutarch. paſſim. Xenoph. H. Gr. *4.* Æſchin. de falſ. leg. & in Cteſiph. Ariſtot. Rhet. Athenæus *4.* & *12.* Suidas, Polyæn. *2, 14.* & *3, 9, 25.* Frontin. *1, 4, 7. 1, 5. 24. 1, 6, 3. 2, 1, 5.* ſ. *2, 5, 42. 2, 12, 4. 3, 12, 2. 4, 7, 23.* Juſtin. *6, 5, 2.* Seneca Controv. *6, 5.* 2 Quidam legunt: *non tam genere & magn. r. g.* Nam ipſe Harmodio cuidam generis ignobilitatem exprobranti dixit: *Meum a me incipit genus, tuum autem in te deſinit.* Aptis militi inventis calceis, cavillo adſperſus eſt, ac ſi fuerit ſutoris filius. 3 Clarus factus eſt ac celebris. Multa in Ariſtot. Rhet. ex ejus orationibus prolata indicant, eum & bonum fuiſſe Rhetorem. 4 Cum præcipuis ejus temporis. 5 De iis, qui ſuperiori ætate vixerant. 6 Quod non vinceret in Ægypto, factum eſt culpa Pharnabazi apud Diod. *15, 43.* 7 Prudentia.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0175
DFG

vicit, tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit 1, partim meliora fecerit. Namque illa pedestria 2 arma mutavit 3, cum ante illum imperatorem 4 maximis clypeis, brevibus hastis, minutis 5 gladiis, uterentur. Ille e contrario peltam 6 pro parma 7 fecit, a quo postea *peltastæ* 8 pedites appellantur: ut ad motus concursusque 9 essent leviores 10. Hastæ modum duplicavit 11: gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit, & pro ferreis atque æneis linteas 12 dedit. Quo facto expeditiores 13 milites reddidit. Nam pondere 14 detracto, quod æque corpus tegeret & leve esset, curavit 15. 4

Bellum cum Thracibus gessit 16: Seuthen II. socium Athenienſium 17 in regnum restituit.

Apud

1 Invenerit, excogitaverit. 2 Quibus utuntur pedites. 3 Alia invenit pro prioribus. 4 Antequam ille esset imperator. 5 Brevioribus. 6 Scutum breve. v. Alex. ab Alex. 6, 22. & expressas figuras apud Pier. Hierogl. 4, 2. Lipſ. Anal. mil. Rom. 3, 2. Manut. in quæſit. per epiſt. 6. part. 3. 7 Scuto majori. 8 Lactantio sunt *peltati*. conf. Rigalt. in Glossario tactico p. 143. 9 Bellantium scil. in prœlio. 10 Magis expediti. Unde levioris armaturæ pedites. 11 Magnitudine sesqui altera auxit, juxta Diod. 12 Sive *lineas*. Tales Strabo 3. p. 106. Lusitanis, Herodotus 7, 63. Assyriis, Svetonius Gal. c. 19. Romanis adsignant. Hinc apud Silium 3. v. 272. *lino munire latus*. v. Lazius de Rep. Rom. 8, 16. Quomodo confectæ, ut ferro resiterint, disquirunt & Casaub. ad Svet. l. c. & Ferrarius de re vest. 2, 4, 11. 13 Minus impeditos ad dimicandum pondere armorum. 14 Scil. armaturæ, sive loricarum. 15 Invenit & efficere jussit. 16 Cum octo navibus eo missus. 17 De quo & supra 7, 8, 3.

Apud Corinthum 1 tanta severitate 2 exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque 3 exercitationes 4 copiæ, neque magis dicto audientes 5 fuerint duci: in eamque consuetudinem adduxit 6, ut cum prœlii signū 7 ab Imperatore esset datum, sine ducis opera 8 sic ordinatæ consisterent 9, ut singulis a peritissimo imperatore dispositi viderentur 11. Hoc exercitu moram 12 Lacedæmoniorum intercepit 13: quod maxime tota 14 celebratum est 15 Græcia. Iterum eodem bello 16 omnes copias eorum fugavit. Quo facto magnam adeptus est 17 gloriam.

1 Unde Corinthium bellum, gestum propter exsules a Spartanis cum Athenienſibus, Thebanis & Argivis, v infra 17, 5, 1. 2 Tam rigide leges militares observavit. v. Front. 3, 12, 2. 3 Duplex negatio in ejusmodi exemplis more Græcorum usurpatur; alias, *nullæ vel exercit. vel magis &c.* 4 Quos nunquam passus est otiari. 5 i. e. Obedientes. 6 Ita eos consuefecit. 7 Quo conspecto alias dimicandi initium fieri solet. v. Lipsi. Mil. Rom. 4, 12. 8 Nullo duce ordinante. 9 In acie starent, acie instructa adessent. 10 Scil. milites. 11 Servatis nempe ordinibus. De simili Macedonum disciplina Curt. 3, 2, 14. 12 Μόρα sive μοῖρα, a μείρω partior, est pars vel portio exercitus Laconici, manus, cohors, multitudo quingentorum, vel 700. vel 900. v. Cragius de rep. Lac. 4, 4. & Meurs. lect. Attic. 1, 16. quid ni moratores huc referas ex Curt. 4, 10, 10. 13 h. e. incautam ac imparatam occupavit. Sed quia alii autores cohortem eam occisam ajunt, præferas forte *interfecit*. 14 Pro *in tota*, vel *a tota*. 15 Fama nimirum, ut est 12, 1, 3. Sic Cic. pro Dom. & pro Cluent. *omnium sermone celebratam*. 16 Corintho. 17 Habuit, consecutus est.

riam. Cum Artaxerxes 1 Ægyptio regi 2 bel- 4
lum inferre voluit, Iphicratem ab Athenienſi-
bus petivit ducem, quem præficeret exercitui
conductitio 3, cujus numerus duodecim millium fuit. Quem quidem ſic omni diſciplina militari 4 erudivit, ut, quemadmodum quondam *Fabiani* 5 milites Romani appellati ſunt; ſic *Iphicratenſes* apud Græcos in ſumma laude fuerint 6. Idem ſubſidio 7 Lacedæmoniis 5
profectus, Epaminondæ 8 retardavit impetus 9. Nam niſi ejus adventus appropinquaſſet 10, non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent 11, quam captam incendio deleſſent 12.

Fuit autem & animo magno, & corpore, im- III.
peratoriaque forma 13, ut ipſo aſpectu cuivis injiceret 14 admirationem ſui 15. Sed in labore 2
re-

1 Mnemon cognomine, Rex Perſarum. 2 Acori. v. Diod. 15. 3 Qui ex peregrinis conſtat & mercede conducitur; mercenario, uti eſt 20, 1, 3. 4 De qua ὁπλοδιδασκαλίᾳ Veget. 1, 13. &c. & Herm. Hugo de mil. equ. 3, 1. 5 Per Antonomaſiam pro præſtantiſſimis. Reſpicit autem autor vel ad 300. Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi in bello Punico. 6 Summe fuerint laudati. 7 Ad ſubſidium ferendum poſt Leuctricam pugnam. 8 Qui Thebanorum Dux erat. 9 Retudit hoſtis urgentis vim & incurſus. 10 Niſi cito adveniſſet Iphicrates. 11 Deceſſiſſent omiſſa oppugnatione. 12 Pro *deleviſſent*. conf. 2, 4, 1. 13 *Ea corporis magnitudine, ut dignus videretur Imperio*, uti de Celſo loquitur Treb. Pollio. *qua dignitas oris longe laſque principem oſtentat*, ut de Trajano Plin. Paneg. c. 4. Dioni egregia voce σεμνοπρεπὴς τῷ πρόσωπῳ dicitur. 14 Eleganter pro excitaret. Sic dicimus injicere timorem, ſpem, ſuſpicionem. 15 Venerationem, cultum, reverentiam.

remissus 1 nimis, parumque patiens, ut Theopompus 2 memoriæ prodidit: bonus vero civis 3 fideque magna 4. Quod cum in aliis rebus declaravit 5, tum maxime in Amyntæ Macedonis 6 liberis tuendis 7. Namque Eurydice 8, mater Perdiccæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit 9, ejusque opibus 10 defensa est. Vixit ad senectutem placatis 11 in se suorum civium animis 12. Causam capitis semel dixit 13 bello sociali 14, simul cum Timotheo 15, eoq; judicio est absolutus 16. Menesthea filium reliquit ex Thressa 17 natum, Coti 18 regis filia. Is cum interrogaretur, *utrum pluris patrem matremve* 19 *fa-*

1 Laxus, languidus. conf. de Alcibiade 7, 1, 4. 2 De quo supra 7, 11, 1. 3 Significanter de eo, qui societatis, status habitusque civilis amans officiis civilibus servit. 4 Vir admodum fidelis. 5 Ejus rei documenta dedit. 6 Regis, cujus filius Philippus pater Alexandri M. v. Just. 7, 4. 7 Defendendis. 8 Vidua a Pausania regni invasore agitata. 9 Se & filios in fidem Iphicratis, cum Imperio tum ad Amphipolim missi, tradidit. 10 Auxilio, patrocinio. Sic *opibus alicujus in calamitate regi*, Cæs. l. c. 3. 103. 11 Benevolis. ita Tac. H. 1, 31, 7. 12 Quos nunquam offendit. 13 Accusatus proditionis se defendit, in judicio capitali pro se verba fecit. 14 Quod Athenienses gesserunt cum iis, qui a societate defecerant 5 Byzantiis, Chiis, Rhodiis & Cois. conf. 12, 4, 1. 15 Qui damnatus est. v. inf. 13, 3, 4. 16 Quo strategemate, refert Polyæn. 3, 9, 25. 17 Thracica fœmina. Hinc emendandus Sen. de tranqu. 2, 18. *Iphicrates* (potius Iphicratis F.) *cui mater barbara & Thressa objectebatur, respondit, & Deorum matrem Ideam esse.* 18 Pro græca terminatione *Cotyes*. v. not. ad 2, 1, 1. Cotys bellum gerenti cum Thracibus dedit filiam. 19 Pro *an matrem*.

faceret 1? *matrem*, inquit. Id cum omnibus mirum videtur 2; at ille *merito*, inquit, *facio. Nam pater, quantum in se fuit* 3, *Thracem me genuit* 4: *contra ea mater, Athenienſem* 5.

1 Æſtimaret. 2 Propter mulierum exterarum contemtum apud Græcos. 3 Quantum potuit, cujus ſolius ea culpa eſt. 4 Quia e Barbaris uxorem duxit. 5 Scil. me genuit: quia illa nupſit Athenienſi.

XII.

CHABRIAS.

ARGUMENTUM.

1. Chabrias novo pugnandi inventō gloriam adeptus eſt. 2. Res ejus cum Nectanebo Ægyptio, Evagora Cyprio &c. 3. Revocatur ex Ægypto domum: propter invidiam abeſt. 4. Periit bello, deſertus a ſuis.

CHabrias 1 Athenienſis. Hic quoque in I. ſummis 2 habitus eſt 3 ducibus, resque multas memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet

1 V. Xenoph. H. Gr. 4, & 5. Diod. Sic 15. & 16. Plutarch. in Phoc. Demoſth. contra Leptin. Athenæus 12. Polyæn. 3, 11. Frontin. 1, 4, 14. & 1, 12, 12. 2 Inter ſummos. *ſummi* dicuntur non tam loci faſtigio, quam commendatione imperatoriæ virtutis. conf. v. 2. 3 Reputatus, poſitus.

cet maxime 1 inventum 2 ejus in prœlio, quod apud Thebas fecit 3, cum Bœotiis subsidio ve-
2 nisset 4. Namque in eo 5 victoria fidente 6 summo duce Agesilao, fugatis jam ab eo 7 conductitiis catervis 8, reliquam phalangem 9 loco vetuit cedere 10, obnixoque genu scuto 11 projectaque 12 hasta impetum excipere hostium 13
3 docuit. Id novum 14 Agesilaus intuens 15 progredi non est ausus, suosque jam incurrentes 16 tuba revocavit 17. Hoc usque eo 18 tota Græcia 19 fama celebratum est, ut illo statu 20 Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publice ei ab Athenienſibus in foro constituta est 21. Ex quo factum est, ut postea athletæ, ceteriquę artifices his statibus 22 in statuis ponendis uterentur, in quibus 23 victoriam 24 essent adepti.

Cha-

1 Illud potissimum & ad gloriam illustre est. 2 εὕρημα, consilium, strategema. 3 Sic pugnam facere *10, 5, 2.* 4 Adversus Lacedæmonios. 5 Scil. prælio sive bello. 6 i. e. De victoria tanquam certa fiduciam habente. 7 Sc. Agesilao, qui ulteriorem sibi victoriam promittebat ex aliquali successu. 8 Mercenariis militibus, qui ferme delectui domestico opponuntur. 9 Aciem. 10 Scil. in prælio. 11 Obfirmato ad scutum, vel clypeo ad genu firmiter acclinato. 12 Porrecta vel erecta adversus incurrentes. 13 Hostibus incurrentibus se objicere. 14 Hanc rem novam & inusitatam. 15 Animadvertens. 16 In hostem impetum facientes. Sic Curt. *9, 5, 8.* Flor. *1, 9, 7.* &c. 17 Inhibuit signo dato. 18 Pro *adeo.* 19 Pro *in tota Græcia*; uti Præf. *3.* & *11, 2, 3.* 20 In illo corporis habitu & figura. 21 Posita est in præmium virtutis & meritorum. 22 Positionibus, quas vulgo posituras vocant. 23 Aliis est *cum.* 24 Magnam præ aliis gloriam.

Chabrias autem multa in Europa bella ad- II.
ministravit 1, cum dux Athenienſium eſſet.
Multa in Ægypto ſua ſponte 2 geſſit. Nam Ne-
ctanebum adjutum 3 profectus, regnū ei con-
ſtituit 4. Fecit idem Cypri 5, ſed publice 6 2
ab Athenienſibus Evagoræ 7 adjutor 8 datus:
neque prius inde diſceſſit, quam totam inſu-
lam 9 bello devinceret. Qua ex re Athenien-
ſes magnam gloriam ſunt adepti. Interim 3
bellum inter Ægyptios 10 & Perſas conflatum
eſt 11: & Athenienſes cum Artaxerxe ſocieta-
tem habebant, Lacedæmonii cum Ægyptiis,
a quibus magnas prædas Ageſilaus rex eorum
faciebat 12. Id intuens 13 Chabrias, cum in
re nulla Ageſilao cederet, ſua ſponte 14 eos ad-
jutum profectus, Ægyptiæ claſſi præfuit: pede-
ſtribus copiis 15 Ageſilaus.

Tum præfecti regis Perſiæ legatos miſerunt III.
Athenas queſtum 16, quod Chabrias adverſum
re-

1 Geſſit tanquam Dux. 2 Privato officio, non publica auctoritate. 3 Ut adjuvaret eum. Cæterum alii Tacho, ſeu, ut Polyænus vocat, Thamo, non Nectanebo, Chabriam adfuiſſe ſcribunt. 4 Stabilivit. 5 Pro *in Cypro*. 6 Non ſua ſponte, ut antea. 7 Regi vel regulo Cypri Salaminio. 8 Collega belli gerendi. 9 Cyprum. 10 Qui defecerant a Perſis. 11 Conf. *18, 3, 1*. Sic locuti Hirtius de B. G. *8, 6*. & de B. Alex. c. *1*. Vellej. *2, 55, 2*. & Cic. Phil. *2*. 12 Sic & Cic. 3. in Verr. c. *50*. loquitur. Uſitatius eſt *prædas agere, cogere*. Sed hic *facere prædas* idem eſſe videtur ac *multis muneribus donari*. v. *17, 8, 6*. 13 Conſiderans. 14 Injuſſu populi, uti modo *5. 1*. 15 Equitatui & peditatui, conf. *9, 1, 1*. 16 Ut renunciarent & quererentur.

regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienſes *diem certam Chabriæ præſtituerunt* 1, *quam ante domum niſi rediſſet, capitis ſe illum damnaturos denunciarunt* 2. Hoc ille nuntio 3 Athenas rediit, neque ibi diutius eſt moratus, quam fuit neceſſe 4. Non enim libenter erat 5 ante oculos civium ſuorum: quod & vivebat laute 6, & indulgebat ſibi liberalius 7, quam ut invidiam vulgi poſſet effugere. Eſt enim hoc commune 8 vitium in magnis liberisque 9 civitatibus, ut invidia 10 gloriæ comes ſit 11: & libenter de his detrahant 12, quos eminere 13 videant altius: neque animo æquo pau-

1 Præfiniverunt. Eadem elegantia Cic. pro Quint. c. 9. *cui tempus præſtituere*, & in Verr. c. 56. *diem præſtituere operi faciundo*. 2 Cum imperio & ſeveritate edixerunt. Sic Curt. 7, 7, 25. &c. 3 Poſtquam hæc comperiſſet. 4 Neceſſarium criminis purgandi cauſa. 5 Verſabatur. Secretum & ſeceſſum quærebat. Eodem animo Tiberius Capreas petiit Tac. A. 4, 67, 1. & 6, 10, 2. 6 Splendide. 7 Curarum laxamenta amabat abundantius. conf. de aliis ducibus delicias haut ita reformidantibus Cæl. Rhodig. lect. ant. 9, 11. 8 Univerſale. 9 Ubi omnes cives ejusdem libertatis ſunt. 10 Qua invidetur. *Vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantia recti & invidia.* Tac. Agr. 1, 1. 11 *Aſſidua eminentis fortunæ comes invidia, altiſſimisque adhæret.* Vellej. 1, 9, 6. *Nunquam eminentia invidia carent.* Ib. 2, 40, 5. 12 Per invidioſam & obtrectatoriam depreſſionem. Ita Cic. pro Rabir. c. 7. *quo facilius de hoc ſenatu detrahere poſſitis:* Paulo ante dixerat: *in invidiam vocatis.* Ap. eundem Q. Frater: *Qui ſe detrahere volunt.* Amm. Marcell. 30, 29. *de fortibus detrahebat.* conf. infra 20, 5, 3. & Tac. H. 2, 20, 4. 13 Attolli honoribus, potentia.

pauperes 1 alienam opulentium 2 intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat 3, plurimum 4 aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem: quod tantum se ab invidia putabant futuros 5, quantum a conspectu suorum recessissent 6. Itaque Conon 7 plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo 8. Dissimilis quidem Chares eorum factis & moribus 9, sed tamen Athenis & honoratus & potens. 4 5

Chabrias autem periit bello sociali 10 tali IV. modo. Oppugnabant Athenienses Chium 11. Erat in classe Chabrias privatus 12; sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam 13 qui præerant, aspi-

1 Vulgus Sallust. Catil. 17. *Semper in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident.* 2 Ausonio etiam usurpatam vocem Lambinus comparat illi, quod veteres dixerunt *violens & violentus.* 3 Quantum fieri poterat. 4 i. e. sæpissime, plerumque, maximam partem. Ter. Ph. 1, 4, 17. *domum ire pergam, ibi plurimum est.* 5 Se esse remotos ab obtrectationibus invidorum. Aliis est *absfuturos* vel *afuturos.* 6 A patria fuissent absentes. 7 Hæc omnia ex Theopompi Hist. Philip. XIII. ad verbum descripta citantur ab Athenæo 12, 8. 8 Promontorio ad Trojam. 9 Quia tardus fuit in rebus agendis & effusus in deliciis. 10 De quo supra 11, 3, 3. 11 Quæ est una ex quatuor sociis civitatibus, quæ defecerant. 12 Qui jam erat sine imperio; opponitur iis, qui erant in magistratu. Aliis cum Charete dux belli fuisse dicitur. 13 Subintelligе *eos*; ut 10, 9, 5.

aſpiciebant 1. Quæ res ei maturavit 2 mortem. Nam dum primus ſtudet 3 portum intrare, & gubernatorem 4 jubet eo 5 dirigere navem, ipſe ſibi perniciei fuit. Cum enim eo penetraſſet 6, ceteræ non ſunt ſecutæ. Quo facto circumfuſus 7 hoſtium concurſu, cum fortiſſime pugnaret, navis roſtro 8 percuſſa, cœpit ſidere 9. Hinc cum refugere poſſet 10, ſi ſe in mare dejeciſſet, quod ſuberat 11 claſſis Athenienſium, quæ exciperet natantem 12; perire maluit, quam armis abjectis 13 navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt 14. At ille præſtare 15 honeſtam mortem exiſtimans turpi vitæ, comminus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

XIII. TI.

1 Reverebantur, honorabant. *Aſpectare* dixit Tac. A. 4, 1. ſic *intueri* Liv 37, 54. Eſt Metonymia effectus pro cauſa. 2 Acceleravit. 3 Feſtinat; in periculis adeundis calidior quam callidior & cautior, in aliis ſegnis & tardus, ut refert Plut. in vita Phoc. 4 Scil. navis. propria nauticæ rei vox Scheffer. de milit. nav. 4, 6. 5 Scil. in portum. 6 Intraſſet, deveniſſet non ſine difficultate & periculo. 7 Circumdatus, undique cinctus. 8 Parte anteriori a prora prominente. 9 Subſidere, mergi, obrui undis. Apud Sen. Suaſ. 1. *jam ſidere limo navigio &c.* 10 Si legas cum nonnullis *non poſſet*, neceſſe eſt, ut pro *ſi* ſequatur *niſi*. 11 Non procul aberat. 12 Scil. Chabriam & comites; alii *natantem* legunt. 13 Id quod flagitium putatur militare. vid. de hoc more Sen. de Benef. 5, 3. Godeſcalcus in Vegetii 2, 14. Bernegg. qv. Miſc. 29. ac not. in Juſt. 33, 2, 3. 14 Excepti a ſuis. 15 Antecellere. Tac. Agr. 33, 11. *Et honeſta mox turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt.*

XIII.

TIMOTHEUS.

ARGUMENTUM.

1. Timotheus describitur. Ejus res gestæ. 2. Vitiis Lacedæmoniis ei statua posita. 3. Senex Menestheo in consilium datus, accusatus, damnatus. 4. Filius muros reficere cogitur. Fides Jasonis.

TImotheus 1, Cononis filius 2 Athenienſis. I. Hic a patre acceptam gloriam 3 multis auxit virtutibus 4. Fuit enim diſertus 5, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ 6. Multa hujus ſunt præclare facta, ſed hæc maxime illuſtria. Olynthios & Byzantios 7 bello ſubegit. Samum 8 cepit, 2 in

1 v. Xenoph. *5.* & *6.* Diod. Sic. *15.* & *16.* Plutarch. in Syll. Suidas. Athenæus *13.* Demoſth. orat. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Ælian. var. H. *2, 18.* & *20. 3, 16.* & *47. 13, 43. 14, 3.* Polyæn. *3, 10.* Frontin. *1, 12, 11. 9, 5, 47.* Cic. Offic. *1, 32.* orat. *3, 34.* Tuſc. *5, 35.* conf. ſupra *11, 3, 8.* & *12, 3, 4.* 2 Ex Threſſa matre. 3 Scil. belli. 4 Scil. doctrinæ & ingenii. v. Cic. Off. *1, 32.* rarum hoc eſt exemplum. Sæpius πρώων τέκνα πήματα. v. Juven. Sat. *8.* Bernegg. ad Juſt. *29, 1, 18.* 5 Inſtitutus nempe ab Iſocrate. *6* Scil. peritus fuit. *Excellentibus ingeniis, citius defuit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent.* Liv. *2. 43.* conf. ſupra *2, 6, 1.* 7 Principes olim urbes Thraciæ fuerunt, Byzantium ad Bosphorum, & Olynthus in finibus Macedoniæ ſita. 8 Maris Jonii Inſulam.

in qua oppugnanda superiore bello Athenienses mille & ducenta talenta 1 consumserant 2. Id ille sine ulla publica impensa 3 populo restituit 4. Adversum Corym 5 bella gessit, ab eoque mille & ducenta talenta prædæ 6 in publicum retulit 7. Cyzicum obsidione liberavit 8 Ariobarzani 9 simul cum Agesilao auxilio 10 profectus est: a quo 11 cum Laco 12 pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri 13 maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre 14 posset Itaque accepit Crithoten 15& Sestum 16.

II. Idem classi præfectus circumvehens 17 Peloponnesium, Laconiam 18 populatus, classem eo-

1 Septingenta viginti millia coronatorum. v. 15, 4, 1. 2 Impenderant. 3 Ne cogerentur pecuniam sumere ex ærario publico, aut viritim conferre. 4 Per prædam, de qua sequitur. 5 Regem Paphlagoniæ, aut, uti ex 11, 3, 4. liquet, Thraciæ, qui post affinitatem cum Iphicrate, Athenienſibus non mansit fidelis. 6 Scil. factæ, vel quam ab eo fecerat. 7 Ærario publico intulit. 8 Nec Diodorus 15, 81. addit, a quo hoste urbs fuerit obsessa. 9 Regis Persarum præfecto in Lydia &c. v. 14, 2, 4. 10 Ad auxilium ferendum. 11 Ariobarzane. 12 Agesilaus. 13 Locupletari, donari. 14 Conferre, in suum convertere. Eadem abstinentia fuit Curius in Aurel. Vict. Vir. illustr. c. 32. & Mummius c. 60. 15 Urbem Hellesponti in Chersoneso Thracica, pro qua alii habent Erichthonem. 16 Urbem itidem ad Hellespontum Abydo objectam Leandri & Heri amoribus nobilem. 17 Pro circumvectus, scil. classe. Sic dicitur equo vehens pro equo vectus. Lambinus mallet *circumiens*. Sed alterum tuetur Salmas. ad Solin. p. 15. 18 Scil. regionem.

eorum fugavit. Corcyram 1 sub imperium Athenienſium redegit: ſociosque idem adjunxit 2 Epirotas 3, Athamanas 4, Chaonas 5, omnesq; eas gentes, quæ mare illud adjacent 6. Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione deſtiterunt 7, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt 8; pacemque his legibus conſtituerunt 9, *ut Athenienſes mari duces eſſent* 10. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum 11 aræ Paci 12 publicæ ſint factæ, eique deæ pulvinar 13 ſit inſtitutum. Cujus laudis ut memoria 14 maneret, Timotheo publice ſtatuam 15 in foro poſuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus 16 contigit: ut cum patri populus ſtatuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic 2 3

juxta

1 Inſulam Ionicam ad ſeditionem maxime proclivem. 2 Fecit. 3 Epiri incolas. 4 Populos Ætoliæ Epiro finitimæ. v. Plin. 4, 2. 5 Populos ad Epiri partem, quæ mare reſpicit. 6 i. e. maritimas. Simili conſtructione Lucret. 5, 545. *Usque adeo magni refert, quid quæ adjaceat res.* 7 Controverſiam omiſerunt. 8 Eos agnoverunt maris dominos. 9 Fecerunt. 10 Ut ipſi terra; id quod addit Diod. 15, 67. 11 At Plutarchus in Cimone tradit, aram pacis eſſe poſitam poſt victoriam Cimonis ad Eurymedonta contra Perſas. 12 Nam Ethnici πάντα θεοποιοῦσι, præſertim τὰ νοητὰ, virtutes, vitia &c. 13 Inter divinos honores pulvinaria ſterni conſueverunt in templis. Lambinus lectulos, in quibus Deorum ſtatuæ collocarentur, exponit. Donatus ad Suet. Cæſ. 76. interpretatur ea, quæ ſuper lectos ſtratos ad ſimulacra numinum ſublevanda poſita fuerint. 14 Glorioſa ſcil. 15 v. Meurſii Cecropia c. 13. 16 Usque in hoc tempus.

juxta posita recens filii, veterem patris renovavit memoriam 1.

III. Hic cum esset magno natu 2, & magistratus gerere 3 desisset, bello Athenienses undique premi sunt cœpti. Defecerat Samus 4: descierat Hellespontus 5: Philippus jam tum valens 6 Macedo multa moliebatur 7: cui oppositus 8 Chares cum esset, non satis in eo præ-
2 sidii 9 putabatur. Fit Menestheus prætor, filius Iphicratis, gener Timothei, & ut ad bellum proficiscatur, decernitur 10. Huic in consilium danturur 11 duo usu 12 & sapientia præstantes, quorum consilio uteretur 13, pater 14 & socer 15: quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recupe-
3 rari 16. Hi cum Samum profecti essent, & eodem Chares 17, adventu eorum 18 cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se ge-

1 Recordationem & famam. 2 Senex, ætate provectus. Sic Liv. 2, 8, & 10, 38. 3 Administrare. 4 i. e. Samii sive incolæ ejus insulæ. 5 i. e. Populi ad Hellespontum. 6 Potens & opibus ad oppressionem cæterorum invalescens. 7 Scil. dominationis consilio. 8 Opponi alicui eleganter dicitur is, qui suas in hostem curas intendere jubetur, si quid ab eo moveatur. 9 Roboris & fortitudinis. vid. de Charete 12, 3, 4. 10 A senatu Athenienssi summa belli gerendi ei committitur. 11 Adjutores seu consiliarii assignantur. 12 Experientia. 13 Scioppius hæc verba superflua putat. Lambino & Bosio videntur ἐπεξηγητικά. 14 Iphicrates. 15 Timotheus. 16 Restitui, in bello denuo acquiri. 17 Imprudens & ignavus. 18 Novorum ducum.

gestum videretur 1, accidit, cum ad insulam 2
appropinquarent, ut magna tempestas 3 orire-
tur: quam evitare duo veteres imperatores 4
utile arbitrati, suam classem suppresserunt 5.
At ille 6 temeraria usus ratione 7, non cessit 8 4
majorum natu 9 auctoritati: & ut si 10 in sua
navi 11 esset fortuna 12, quo contenderat 13, per-
venit: eo iemque ut sequerentur, ad Timo-
theum & Iphicratem nuntium misit 14. Hinc
male re gesta, compluribus amissis navibus, eo-
dem, unde erat profectus, se recepit 15, literas-
que Athenas publice 16 misit, *sibi prolixe fuisse,*
Samum capere, nisi a Timotheo & Iphicrate de-
serius esset. Ob eam rem in crimen voca- 5
ban-

1 Ut partem gloriæ sibi vindicare posset. 2 Diodorus 15. tradit. ad Byzantium hoc contigisse. 3 Vis venti. 4 Iphicrates & Timotheus. 5 Repressérunt, a cursu & progressu continuerunt. 6 Chares. 7 Modo & via agendi. 8 Non obsecutus est majoribus propter auctoritatem, qua pollebant. 9 Imperatorum veterum; ut ipse Varro interpretatur apud Nonium & Val. Max. 2, 1, 9. tanquam majores natu adolescentium communes patres essent. 10 Ac si, tanquam si. 11 Quidam legunt in sua manu, quod idem est ac in sua potestate ac si ab ipso regeretur & ad arbitrium dederetur. De Latone Vellej. 2, 35; *1. fortunam semper in potestate sua habuit.* 12 Tanquam de Dea ita loquuntur gentiles, cum illarum rerum, quæ suas causas & interiores rationes hominibus non produnt, administrationem volunt innuere, sive eventum potius. 13 Cursum direxerat. 14 Sed noluerunt sequi. 15 Reversus est. 16 A republica noscendas.

bantur 1. Populus 2 acer 3, suspicax, mobilis 4, adversarius 5, invidq etiam potentiæ 6, domum revocat: accusantur proditionis. Hoc judicio damnatur Timotheus 7, lisque ejus æstimatur 8 centum talentis. Ille odio ingratæ civitatis coactus, Chalcidem 9 se contulit.

IV. Hujus post mortem cum populum judicii sui pœniteret, multæ 10 novem partes detraxit 11 & decem talenta 12 Cononem filium ejus, ad muri quandam partem reficiendam jussit dare. In quo fortunæ varietas 13 est animadversa 14. Nam quos avus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiæ 15, ex
2 sua re familiari 16 reficere coactus est. Timothei autem, moderatæ 17 sapientisq; vitæ, complura possumus proferre testimonia 18. Uno eri-

1 Accusabantur, rei censebantur. Ovid de Pont. 4, 14. *inque novam crimen carmina nostra vocat.* 2 Locus memorabilis de ingenio multitudinis, quem illustrat ulterius Lips. Polit. 4, 5. 3 Ὀξύθυμος, irritabilis. 4 Inconstans v. Curt. 4, 10 7. 5 Hac voce notatur adversandi promendique superiores libido. 6 Qui viris principibus ob potentiam invidet. 7 Absoluto Iphicrate, uti est 1, 3 3 8 Ex æstimatione delicti multatur. v. 1, 7, 6. 9 Urbem Euboeæ insulæ. conf 12, 3, 4. 10 Pecuniæ multatitiæ. 11 Remisit, minuit multam his partibus. 12 60000 coronatos. v. 5, 4, 1. 13 In permutandis rerum prosperarum & adversarum eventibus. conf 25, 10, 2. 14 Est observata. 15 Ex intentione malevolorum, qui duces de se optime meritos tam male tractarunt. 16 Suis sumptibus. 17 Civilitatis nomine & bonitatis, quam alibi vocat. 18 Argumenta, indicia.

erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit, quam charus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret 1, non solum amici privatique hospites 2 ad eum defendendum 3 convenerunt, sed etiam in eis Jason 4 tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria 5 sine satellitibus se tutum non arbitraretur 6, Athenas sine ullo præsidio 7 venit: tantique hospitem fecit 8, ut mallet se capitis periculum adire 9, quam Timotheo de fama dimicanti 10 deesse 11. Hunc adversus 12 tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit: patriæque sanctiora jura quam hospitii esse duxit 13. Hæc extrema fuit ætas 14 imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum 3 4

1 Cum accusatus se defenderet. 2 Qui nullis officiis præerant. 3 Ut ei in judicio adessent. 4 Non Argonautarum ille princeps, sed Thessalorum tyrannus, occisus tandem a fratre Polydoro, quem vicissim frater Alexander sustulit, de quo *16, 5, 1.* 5 Pheris in Thessalia, unde Pheræus dictus, ubi se metui quam diligi maluit. 6 Non ausus in publicum prodire, nisi armatis undiquaque viris stipatus. 7 Sine satellitio, absque metu periculi, sine comitatu. 8 Æstimavit. 9 Venire in periculum. Sic sæpe Curtius *4, 15, 21. & 25. 4, 16, 20.* 10 Discepranti de causa judiciali & existimatione honesti viri. 11 Eum non defendere. 12 Pro *adversus hunc* per Anastrophen. 13 Respectu obligationis, cum quis patriæ magis quam hospiti obligetur. *Ajunt patriam amicitiæ præferendam esse.* v. Tull. ad fam. *10, 28. Privata beneficia a rebus publicis secreta sunt.* v. Just. *31, 7, 5.* 14 Hi ultimi fuerunt Imperatores.

rum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria 1.

XIV.

DATAMES.

ARGUMENTUM.

1. Datames barbarorum clarissimus, bello Artaxerxis contra Caduſios, paternam provinciam, Ciliciæ partem, meruit. 2. Thyum tibum capit. 3. Captum insolito ornatu regi adducit. Copiis contra Ægyptios præficitur. 4. Revocatus Aspim Cappadocem capit. 5 Aulicorum insidias edoctus Cappadociam sibi & Paphlagoniam occupat. 6. Filium in Pisidas amittit, quos soceri perfidiam ultus superat. 7. Proditur a filio. 8. Autophradatem contra se missum vincit. 9 Regis insidias callide declinat. 10. Dolo Mithridatis deceptus. 11. In colloquio per fraudem occiditur.

I. VEnio nunc 2 ad fortissimum virum 3 maxi-

1 Ἀξιομνημόνευτος, celebrari dignus ad posteros, memorabilis. 2 Transitionis formula Ciceroni etiam usurpata. 3 Cujus res pauci admodum attingunt, e. g. Diod. Sic. 15. Polyæn. 7, 21. & 29. Frontin. 2, 7, 8. His Barthius Adverſ. 52, 14. annumerat Æneam Tacticum a Casaubono editum.

ximique consilii 1, omnium barbarorum 2: exceptis duobus Carthaginensibus, Hamilcare, & Hannibale. De quo hoc 3 plura referemus 4: 2
quod & obscuriora sunt ejus gesta 5 pleraque, & ea, quæ prospera ei cesserunt 6, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum 7 omnes superabat, acciderunt. Quorum nisi ratio explicata fuerit 8, res apparere 9 non poterunt. Datames patre Camissare, natione Care 10, matre Scythissa natus, primum militum numero 11 3
fuit apud Artaxerxem, eorum qui regiam tuebantur 12: pater ejus Camissares, quod & manu fortis & bello strenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus 13, habuit provinciam partem Ciliciæ 14 juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri 15. Datames milita- 4
re

1 Scil. virum, facultate ingenii prudentis præditum. 2 Inter omnes Barbaros, qui Græci & Latini non sunt. 3 Pro tanto. 4 Apparet Historici cura in eruendis & explanandis obscurioribus. 5 Facta, res gestæ. 6 i.e. Ejus res bello feliciter gestæ, secunda prælia. 7 Aliis est, *quo tantum non omnes*. 8 Requiritur accuratior expositio circumst antiarum, ut vulgo vocant. q. d. non sufficit dicere, quid gesserit, sed quibus in gerendo vel difficultatibus conflictatus, vel rationibus usus. 9 Clare & perspicue cognosci. 10 Qui pater natione Cares, ex Caria regione oriundus erat. 11 Loco, conditione. 12 Quæ militia vocatur custodia aulica. 13 Attende, quibus recte munera, honores ac provinciæ mandentur. 14 Non totam Ciliciam, quæ regionibus Asiæ minoris annumeratur. 15 Qui, nunc Cappadoces a Cappadoce amne, v. Plin. 6, 3. Leucosyri olim dicti ab albo colore, ad differentiam Syrorum fusci coloris.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0194
DFG

re munus 1 fungens 2, primum qualis esset, apparuit 3 in bello, quod rex adversus Cadusios 4 gessit. Namque hic multis millibus regiorum 5 interfectis, magni 6 fuit ejus opera. Quo factum est, ut, cum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur 7 provincia 8.

II. Pari se virtute 9 postea præbuit 10, cum Autophradates 11 jussu regis bello persequeretur eos, qui defecerant. Namque ejus opera 12 hostes, cum castra jam intrassent, profligati 13 sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est 14. Qua ex re majoribus rebus præesse cœ-
2 pit. Erat eo tempore Thyus 15 dynastes 16 Paphlagoniæ, antiquo genere natus a Pylæmene illo

1 Officium. 2 De exemplis cum quarto casu v. Voss. de Constructi. c. 22. 3 Alii legunt *aperuit*, i. e. clare demonstravit; ostendit virtutem suam. 4 Gentem inter mare Caspium & Pontum Euxinum sitam. v. Stephan & Plin. 6, 17. 5 Nonnullæ editiones plenius legunt: *multis millibus hostium, & regiorum non paucis interf.* 6 Scil. pretii. 7 Demandaretur. 8 Cujus pater præfectus fuerat, Cappadocia. 9 Fortitudine bellica. 10 Gessit. 11 Lydiæ Satrapes, qui & ipse postea defecit. 12 Per eum Datamem. 13 Deleti, fugati. 14 Scil. incolumis. 15 Cujus meminit Athenæus 4, 10. & 10, 3. 16 Athenæus *Regem Paphlagoniæ* vocat, sicut & mox c. 3, 5. *nobilis rex* dicitur. Ita enim vocari possunt & solent reguli, toparchæ &c. Ita Scriptura S. cujuslibet civitatis Dominum *regem* vocat. Sic Adjubenam regulum Strabo vocat principem, Josephus regem. Gradus Cic. Phil. 11, 12. ita exprimit: *Reges, tetrarchas, dynastas.* Scriptor B. Alex. 64, *reges, tyrannos, Dynastas.* Usum vocis non assequitur Donat. ad Svet. Tib. 26.

illo 1, quem Homerus Troico bello a Patroclo 2 interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat 3. Quam ob causam bello eum persequi constituit, eique rei 4 præfecit Datamem propinquum Paphlagonis. Namque ex fratre & sorore erant nati 5. Quam ob causam Datames omnia primum experiri 6 voluit, ut sine armis propinquum ad officium 7 reduceret. Ad quem cum venisset sine præsidio 8, quod ab amico nullas vereretur insidias, pæne interiit 9. Nam Thyus eum clam 10 interficere voluit. Erat mater 11 cum Datame amita Paphlagonis. Ea, quid ageretur 12, resciit 13, filiumque monuit 14. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit 15 Thyo. In quo cum ab Ariobarzane præfecto Lydiæ & Ioniæ totiusque Phrygiæ 16 desertus esset, nihilo segnius 17 perseve- 3 4 5

1 Qui Paphlagonas duxit bello Trojano. v. Homer. Iliad. 2. v. 851. 2 Imo a Menelao. v. ibid. 5. v. 576. Memoriæ lapsus familiaris scriptoribus festinantibus. 3 Inobediens erat, rebellabat. 4 Ei negotio, scil. belli gerendi. 5 Adeoque patrueles & amitini. 6 Est sententia & phrasis Terentii Eun. 4, 19. *Experiri omnia prius verbis quam armis sapientem decet.* conf. Cic. Off. 1, 11. 7 Ad obsequium. 8 Sine militibus. 9 Deceptus & oppressus a propinquo. 10 Per insidias. 11 Scil. ipsius Datamis. 12 Pararetur, struereturque. 13 Comperit. v. 4, 3, 4. 14 Addunt hic nonnulli: *ut sibi a Thyo caveret.* 15 Denunciatio hostilis intelligitur. 16 Qui præfectus a Rege Persarum, defecit. 17 i. e. eadem alacritate & industria. Eodem loquendi modo usi sunt Sallust. Jug. c. 75. Liv. 7, 18. Curt. 4, 6, 25. Sed Heinsius ad Ovid. Met. 2. v. 809. vult legi *nihilo secius.*

severavit 1, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis.

III. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipse perveniret, dedit operam 2. Itaque omnibus insciis 3, eo, ubi erat rex, venit: posteroque die Thyum, hominem maximi corporis 4, terribilique facie 5, quod & niger & capillo longo, barbaque erat promissa 6, optima veste texit 7, quam satrapæ regii gerere consueverant, ornavitque etiam torque 8, & ar-
2 millis aureis 9, ceteroque regio cultu. Ipse agresti duplici amiculo 10 circumdatus, hirtaque 11 tunica, gerens in capite galeam 12 venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam,

1 Constanter bellum conficere perrexit. 2 Ut primus hæc bona nova nuntiaret. 3 Ignorantibus, nihil tale exspectantibus. 4 Ingentis staturæ. 5 Hominem truculenti aspectus & efferata specie oris. 6 Alii: *prolixa*; quæ lectionis varietas etiam in Virg. Eclog. 8, 34. de capillo & barba promissa. conf. Just. 4, 4, 1. Cæs. B. G. 5, 14. Liv. 2, 23. Plin. Epist. 7, 27. Tac. A. 2, 33, 9. 7 Induit, alii *contexit*. 8 Nempe aureo, qui insigne regium est apud Persas, & præmium benevolentiæ regiæ datum Satrapis. v. Scheffer. de antiquorum torquibus. §. 8. & Barth. Adversf. 8, 15. 9 v. Th. Bartholini Sched. de hac materia. 10 Indumento humili. Virg. Æn. 5, 421. *duplex amictus*. Horat. Ep. 1, 17. *duplex pannus*. v. Octav. Ferrar. de re vestiaria P. 2. l. 1, 9. f. qui putat duplex dictum, quod densum crassumque ac villosum esset, vel quod duplici panno confectum. 11 Hirsuta, hispita, inculta. Sic *hirta toga* apud Sil. Ital. 1, 620. & in Dial. de causis corr. eloqu. 26, 2. 12 Pileum, quo venatores utuntur.

lam 1, qua vinctum ante se Thyum agebat 2; ut si feram bestiam captam duceret 3. Quem 3 cum omnes adspicerent propter novitatem 4 ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus esset concursus 5, fuit non nemo 6, qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret. Primo non accredidit 7 Itaque Pharnaba- 4 zum misit exploratum 8: a quo ut rem gestam 9 comperit, statim admitti 10 jussit, magnopere delectatus cum facto, tum ornatu: in primis quod nobilis rex 11 in potestatem inopinanti venerat 12. Itaque magnifice Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur 13 duce 14 Pharnabazo & Tithrauste ad bellum Ægyptium, parique eum, atque illos 15 imperio esse jussit. Postea vero quam 16 Phar-

na-

1 Vinculum, lorum, quo ligantur canes venatici. Ovid. Met. 7, 771. *Copula detrahitur canibus.* v. Barthii Adv. 8, 14. 2 Vinctum agere, captum ducere, sunt Synonyma. 3 Ut hic feræ bestiæ, sic leoni hostis captus comparatur: 8, 11, 1. 4 Insolentiam, insolitam speciem. 5 Scil. hominum studio spectandi concurrentium. 6 Aliquis. 7 Pro *credidit.* Sic & Cic. ad Att. 6, 2. Horat. Epist. 1, 15, 25. Lucret. 3, 870. Plaut. Asin. 3, 3, 27. locuti. 8 Ut rem exploraret ac cognosceret. 9 Id quod accidit. 10 Propria vox de admissionibus Principum. Hinc de Magistro admissionum apud Persas mentio 9, 3, 2. 11 Thyus, quem modo Dynasten vocaverat. 12 Sibi opinione citius captivus tradebatur. 13 Comparabatur in Syria forte, vel Phrygia. 14 Pro *ducibus.* 15 Nobilissimos Satraparum. 16 Elegans Tmesis pro *postquam vero.*

nabazum rex revocavit, illi summa imperii 1 tradita est.

IV. Hic cum maximo studio 2 compararet exercitum, Ægyptumque proficisci pararet 3, subito a rege litteræ sunt ei missæ, *uti Aspim adgrederetur* 4, qui Cataoniam tenebat 5, quæ gens 6 jacet 7 supra Ciliciam, confinis Cappa-
2 dociæ. Namque Aspis saltuosam 8 regionem, castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat 9, &quæ regi portarentur 10,
3 abripiebat 11. Datames, etsi longe aberat ab his regionibus, & a majore re 12 abstrahebatur 13, tamen regis voluntati morem gerendum 14 putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus navem conscendit, existimans id quod accidit, facilius se imprudentem 15 parva manu oppressurum, quam paratum 16, quamvis magno exer-

1 i. e. Summum imperium, omnis administratio gerendi belli. 2 Maxima diligentia. 3 Constituisset. 4 Bello persequeretur. 5 Obtinebat imperio. 6 Regio. 7 Sita est. 8 Montibus & sylvis plenam, montanam. 9 Populabatur atque infestabat incursionibus & direptionibus. 10 Adveherentur, vel ad regios usus mitterentur. 11 Portoria aereditus Regis intercipiebat, involabat. 12 A bello Ægyptio. 13 *Abstrahi* plus est quam abduci; nam vim & coactionem involvit. v. Donat. ad Ter. Ad. 5, 3, 57. 14 Obediendum. 15 Insciun, non opinantem. Aliqui addunt: *& imparatum*, uti conjungitur utrumque 17, 2, 2. 16 Instructum viribus copiisque.

exercitu. Hac 1 delatus 2 in Ciliciam, egressus 4
inde, dies noctesque iter faciens, Taurum
transiit, eoque, quo studuerat 3, venit 4: quærit
qu bus locis sit Aspis: cognoscit, haud longe
abesse, profectumque eum venatum. Quem
dum speculatur 5, adventus ejus caussa cogno-
scitur. Pisidas 6 cum iis, quos secum habebat 7,
ad resistendum Aspis comparat 8. Id Datames 5
ubi audivit, arma sumit 9, suosque sequi jubet,
ipse equo concitato 10 ad hostem vehitur.
Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem
11, pertimescit, atque a conatu resistendi de-
territus, sese dedit. Hunc Datames vinctum ad
regem ducendum tradit Mithridati 12.

Hæc dum geruntur, Artaxerxes remini- V.
scens 13, a quanto bello, ad quam parvam rem
principem 14 ducum misisset, se ipse reprehen-
dit 15, & nuntium ad exercitum Acen 16 misit,
quod

1 Scil. navi. 2 Deportatus. 3 Quo voluerat venire. 4 Ex AcePhœniciæ portu, Ciliciam & Taurum montem in Asia minore transgressus pervenit denique in Cataloniam. 5 Investigat, veluti e specula prospicit. 6 Valles montium in Cilicia incolentes. 7 i. e. cum auxiliis. 8 Instruit, ordinat. 9 Expedit arma ad pugnam, armatur in hostem. 10 Stimulato calcaribus. 11 i. e. ruentem. Passive ponitur, ut sæpe *gestare, movere, vehere* pro *gestari &c.* v. Voss. de Analog. 3, 3. 12 Filio Ariobarzanis Satrapæ. v. c. 10. 13 Perpendens post factum, quid factum sit. 14 Præcipuum. 15 Damnavit consilium suum. 16 Plinius in Phœniciæ descriptione 5, 19. *Ptolemais, quæ quondam Ace.* conf. Strab. 16, p. 521. in sacris literis Accho; Josepho Ant. Jud. 5, 1. & 3, 2. Ἄκκη; v. Bocharti Canaan 1, 17.

quod nondum Datamen profectum 1 putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic 2 priusquam perveniret, quo erat profectus, in 2 itinere convenit 3, qui Aspim ducebant. Qua celeritate 4 cum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit 5, qui illum unum pluris, quam se omnes, fieri 6 videbant. Quo facto 7 cuncti ad eum opprimendum 8 consen- 3 serunt 9. Hæc Pandates, gazæ custos regiæ 10, amicus Datami, perscripta 11 ei mittit. In quibus docet 12: *eum magno fore periculo, si quid* 13 *illo imperante* 14 *in Ægypto adversi accidisset. Namque eam esse consuetudinem* 15 *regum, ut casus adversos hominibus tribuant* 16, *secundos* 4 *fortunæ suæ* 17. *Quo facile fieri, ut impellantur* 18 *ad*

1 Dedidisse se in viam ad persequendum Aspim. 2 Scil. nuntius. 3 Scil. eos. 4 In rebus conficiendis. 5 Subiit, susceptit. 6 Æstimari. 7 Qua causa, qua ex re. 8 Subvertendum. 9 Conspirarunt. 10 Γαζοφύλακες, γαζοφυλακοῦντες appellantur illi Persarum præfecti, thesaurarii, arcarii, ut habet vetus interpres Esther. 3. 9. ubi v. annot. Drusii; adde Freinshem. ad Curt. 5, 1, 20. Pricæum ad Act. 8, 28. Brisson. de regn. Pers. l. 1. Est autem *Gaza* Persis propria vox de pecunia regia, quod ex Curt. 3, 13, 5. constat. v. *Gaza* in Freinsh. ind. Curt. 11 Literis consignata. Sive unica voce, sive divisim *perscripta* legas, non multum interest. 12 Ostendit, significat, certiorem eum facit. 13 Si quid adversi, i. e. si malum aut infortunium. 14 Summam belli administrante. 15 Ingenium. 16 Culpam rei conferant in homines. 17 Id est auspicio majestatis regiæ, de quo v. Distert. Bœcleri 2, 23. Idem volunt verba Tac. A. 14, 38, 5. & Val. Max. 2, 7. ext. 1. 18 Concitentur, commoveantur.

ad eorum perniciem 1, *quorum ductu* 2 *res male gestæ nuntientur. Illum hoc majore fore in discrimine* 3, *quod quibus rex maxime obediat* 4, *eos habeat inimicissimos.* Talibus ille literis cogni- 5
tis 5, cum jam ad exercitum Acen veniſſet, quod non ignorabat, ea vere ſcripta, deſciſcere 6 a rege conſtituit. Neque tamen quicquam fecit, 6
quod fide ſua eſſet indignum 7. Nam Mandroclem Magnetem exercitui præfecit: ipſe cum ſuis in Cappadociam diſcedit; conjunctamque huic Paphlagoniam 8 occupat; celans, qua voluntate 9 eſſet in regem; clam cum Ariobarzane 10 facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas ſuis tuendas tradit.

Sed hæc propter hyemale tempus 11 minus VI. proſpere procedebant 12. Audit, Pisidas quasdam copias adverſus ſe parare. Filium eo Arſideum cum exercitu mittit. Cadit in prœlio adoleſcens, proficiſcitur eo pater, non ita

1 Ut conſentiant in mortem illorum. 2 Opera & administratione, quæ differt ab auſpicio tanquam ſumma fati & fortunæ. 3 Periculo. 4 Quibus credat & indulgeat plurimum, quorum conſilium & fidem ſequatur, imo quorum ſit mancipium. conf. Juſt. 13, 2, 12. Plin. Paneg. c. 88. Tac. A. 12, 3, 4. adde Piccart. Obſ. 5, 9. Lipſ. Pol. 3, 8, 8. ſ. 5 Lectis. 6 Deficere, relinquere regem. 7 Ex quo infidelitatis argui poſſet. 8 Vacuam jam, ex quo Thyus captus fuerat. 9 Quomodo animatus erga regem. 10 Qui & ipſe pridem defecerat. 11 Quo omnia bella conquieſcunt. Inepta hyems rebus ruri & militiæ agendis. 12 Alii *ſuccedebant.* Similiter Cato apud Gell. 7, 3. Tac. A. 15, 60, 3.

ita 1 cum magna manu, celans 2 quantum vulnus 3 accepisset, quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de re male gesta fama ad suos perveniret: ne cognita filii morte animi debilitarentur militum 4. Quo contenderat, pervenit, hisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum 6 posset, neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam 7. Erat cum eo Mithrobarzanes socer ejus, præfectus equitum. Is desperatis generi rebus 8 ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset 9, ab homine tam necessario 10 se relictum, futurum ut ceteri consilium sequerentur 11, in vulgus edit:

1 Pro *adeo*. 2 Exercitus incommoda sunt tegenda. v. Cæs. B. C. 2, 31. Curt. 7, 7, 39. 3 Quantam cladem morte filii. conf. 10, 6, 2. 4 Ne terrerentur milites, aut uti Sen. Conf. ad Helv. loquitur, *militum animi, si fractam ducis sui mentem viderent, & ipsi collaberentur.* 5 Conf. 2, 3, 2. 6 Hostium. 7 Intellige facultatem dimicandi non impeditam loco, aut præcisam, nisi malis de militibus capere, ut apud Tac. H. 2, 83, 1. 8 i. e. Cum desperasset, generi conata successura, aut eventum habitura prosperum. 9 Scil. Fama seu rumor, si vulgaretur, si innotesceret. Sic Svet. Gal. c. 20. *exierat in vulgus, respondisse eam.* aliter Gell. 12, 12. *ea res in vulgus exivit.* Cic. pro Rosc. conjungit exire & in vulgus emanare. 10 Propinquo sanguinis vinculo sibi conjuncto. 11 Imitarentur, quod ille fecerat.

dit: 1 *suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfuga* 2, *quo facilius receptus interficeret hostes. Quare relinqui* 3 *eum non par esse* 4, *sed omnes confestim sequi. Quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversariis non possent resistere, cum & intra vallum* 6 *& foris cæderentur.* Hac re probata 7 exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur. Qui tantum quod 8 ad hostes pervenerat, Datames signa inferri 9 jubet. Pisidæ nova 10 re commoti 11, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide 12 compositio-

1 Vulgo rumorem spargit. ita Curt. 4, 10, 7. Plene Liv. 3, 33. *ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos.* Diodorus & Frontinus factum Datamis non ad bellum contra Pisidas referunt, sed quo ab Artabazo & Avtophrate impugnabatur. Imitatus est hoc Sulla apud Front. 2. 7, 2. geminum est stratagema Tullii Hostilii cum Metio Suffetio in Liv. 1, 27. & Aur. Vict. c 4. Val. Max. 7, 4. 2 Tanquam transfuga. v. Gell. 11, 2. & Turnell. c. 1, 8. conf. Cæs. B. G. 3. 18. Liv. 27, 15. Sic *victos pro alienigenis arcebant.* Tac. A. 11, 24, 6. *pro desertore* 1, 38, 3. *pro imbre* Plaut. Most. 1, 2, 62. *pro meo* Ter. Ad. 1, 1, 23. 3 Deseri non defendi. Sic usi Tac. A. 14, 56, 3. H. 4, 77, 6. Frontin. 2, 7. Just. 22, 8, 9. Vellej. 2, 8, 4. &c. 4 Non convenire, iniquum esse. 5 Hostes, Pisidæ. 6 Munimentum castrorum. 7 Approbata. 8 Pro *vixdum*, quod idem est ac *simulac, commodum*; alii habent *dum*. Sed illam formulam inprimis tuetur Gronovius ad Liv. 33, 4. ex Svet. Octav. c. 63. & Ner. c. 6. Cic. ad fam. 7, 23. ad Att. 15, 13. Vellej. 2, 117, 1. 9 Ire in hostem, hostem invadere. Signa militaria, quibus cohortes legionesque distinguebantur, de ipsis exercitibus & eorum actibus usurpantur. 10 Insolita. 11 Perturbati. 12 Comparata inter se fraude.

sitoque 1 feciſſe, ut recepti eſſent majori calamitati 2. Primum eos adoriuntur. Illi 3, cum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos tranſierant 4; ab hisque ſtare 5, quos reliquerant 6. Quibus cum neutri parcerent, celeriter ſunt conciſi 7. 7 Reliquos Piſidas reſiſtentes Datames invadit: primo impetu pellit, fugientes perſequitur, 8 multos interficit, caſtra hoſtium capit. Tali conſilio 8 uno tempore & proditores perculit 9, & hoſtes profligavit 10: & quod ad pernicie-em fuerat cogitatum, id ad ſalutem convertit 11. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum 12, neque celerius factum usquam legimus 13.

VII. Ab hoc tamen viro Sciſmas maximo natu 14 fi-

---

1 Ἐκ παρασκευῆς. Sic & Ter. Phor. 5, 1, 29. Ex compoſito Curt. 9, 7, 24. conf. Virg. Æn. 2, 139. *de compacto agere* ſeu *facere, conſutis dolis.* Plaut. Capt. 1, 1. & Pſeud. 1, 5. 2 i. e. ut, cum recepti eſſent, majorem inferrent calamitatem. 3 Transfugæ. 4 In quorum caſtra transfugerant. 5 Eorum partes tueri. 6 A quibus ceu deſertores aufugerant. 7 Subita clades facta eſt. 8 Callido invento. 9 Pervertit, proſtravit. 10 Confecit, perdidit. 11 Ita Deus ſæpius mala a ſuorum depellit cervicibus: uti exempla Joſephi & Davidis teſtantur. ſimilis locus eſt in Ter. And. 4, 1, 48. Ita arte corrigitur id quod cecidit, ibid. Adelph. 4, 7. 12 Strategema callide repertum. Hac voce ſimiliter uſi Ter. Phor. 1, 5, 53. Vellej. 2, 13, 4. &c. 13 Hæc eſt hyperbolica exaggeratio. 14 Pro eo, quod vulgo dicitur *maximus natu*, ut eſt infra 17, 1, 3. & Ter. And. 5, 4. ext. ſic *mater magno natu* ſupra 4, 5, 3.

filius desciit, ad regemque transiit, & de defectione patris detulit 1. Quo nuntio Artaxerxes commotus 2, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse 3, qui, cum cogitasset, facere auderet 4, & prius cogitare, quam conari 5 consuesset; Autophradatem 6 in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciæ portæ 7 sunt sitæ, Datames præoccupare 8 studuit. Sed tam subito copias contrahere 9 non potuit. A qua re depulsus 10, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem 11, ut neque circumiretur ab hostibus, neque præteriret adversarius, quin ancipitibus locis 12 premeretur 13: & si dimicare cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suæ paucitati 14 posset. 2 3

Hæc

1 Proditor factus patris sui. 2 Excitatus ad rem accuratius agendam. 3 Decertandum esse. 4 Rem deliberatam efficeret. 5 Consilium primo & deliberationem adhibere, deinde maturare factum & effectui rem dare. conf. Sallust. Catil c. 1, *priusquam incipias, consulto, & ubi consulueris, mature facto opus est.* 6 De quo supra c. 2, 1. 7 Claustra, aditus, græce πύλαι. conf. Curt. 3, 4, 7. 8 Prævenire. 9 Colligere dispersas & in unum conducere. 10 Eleganter, cum consilio dimoveretur. conf. 2, 5, 1. 11 Consilium in loco compensat multitudinem copiarum. conf. Curt. 3, 7, 8. & 6, 1, 13. Front. 2, 7, 13. & supra 1, 5. 3. s. 12 A fronte & a tergo. conf. 2, 3, 3. 13 Carperetur, vexaretur. 14 Paucis suis copiis. conf. Curt. 3, 3, 28.

IIX. Hæc etsi Autophradates videbat, tamen sta-
tuit congredi 1 quam cum tantis copiis refuge-
2 re 2, aut tamdiu uno loco sedere 3. Habebat
barbarorum equitum viginti, peditum centum
millia, quos illi Cardacas 4 appellant. Ejus-
demque generis III. funditorum 5; Præterea
Cappadocum octo, Armeniorum decem, Pa-
phlagonum quinque, Phrygum decem, Lydo-
rum quinque, Aspendiorum 6 & Pisidarum cir-
citer tria, Cilicum duo, Caspianorum totidem,
ex Græcia conductorum tria millia, levis arma-
3 turæ 8 maximum numerum. Has adver-
sus copias spes omnis consistebat Datami in
se 9 locique natura. Namque hujus partem
non habebat vicesimam militum. Quibus
fretus conflixit, adversariorumque multa mil-
lia concidit 10, cum de ipsius exercitu non
am-

1 Dimicare armis. Elliptice omittitur *potius*, quod sæpe omitti docet Vossius de constr. c. 61. Sed Lambinus legendum esse existimat: *satius tamen statuit &c.* 2 Se recipere, regredi. 3 Morari, desidere. 4 Genus militum apud Persas, ut e Strab. 15, f. 504. Polyb. 5, 79. Arriano Exp. Alex. 2. p. 100. Cæl. Rhodig. 18, 1. cognoscimus. Sic Brissonius & Schottus emendarunt *Gardates*. 5 Scil. millia. 6 Qui Pamphyliæ populi ab Aspendo oppido ad Eurymedontem fluvium sito dicti. 7 Ita Schottus legendum conjicit, cum vulgo sit *Capsianorum*. Est autem Caspia gens ad Caspium mare, unde *Caspiani*, v. Curt. 4, 12, 9. sed *Capsiani* a Capsa urbe Africæ, de quibus Sallust. Jug. 89, 5. 8 i. e. Militum levibus armis instructorum. 9 Ipso scil. 10 Interfecit, delevit.

amplius 1 hominum mille 2 cecidisset. Quam ob causam postero die tropæum 3 posuit, quo loco pridie pugnatum est. Hinc cum castra movisset, semperque inferior copiis 4, superior omnibus præliis discederet 5: quod nunquam manum conseruisset 6, nisi cum adversarios locorum angustiis clausisset 7; quod perito regionum 8 callidoque cogitanti 9 sæpe accidebat. Artophradates, cum bellum duci 10 majore regis calamitate, quam adversariorum, videret; ad pacem amicitiamque 11 hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam 12 ille etsi fidam non fore putabat 13, tamen conditionem 14 accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod ex adver-

1 *Quam* elliptice desideratur. 2 Ita recte dici ostendit Gell. 1, 16. potest subintelligi, *numerus* vel *multitudo*, si mille & hominum genere casuque convenire putes. v. supra 3, 5, 1. Sic Cic. Phil. 6 c. 5. dicit *mille numinum*. 3 Structa armorum congerie adornari solitum. 4 Minor numero copiarum. 5 Victoriam reportaret. 6 Acie contenderet, pedem conferret, prælium committeret. 7 Circumvenisset. 8 Quarum peritia duci admodum prodest. v. Veget. de re mil. 3, 6. 9 Solerte præmeditanti facienda & eventura singulari agitatione & excitatione animi. 10 Protrahi, extendi. 11 Conjunctionem & reconciliationem. 12 Pacem & gratiam. 13 Existimabat statim, infirmam & infidam futuram. 14 Id quod offerebatur, pactionem oblatæ pacis. Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 52. *conditio est pactio certam legem in se continens.*

versus Datamem susceperat, sedatum 1. Autophradates in Phrygiam 2 se recepit 3.

IX. At rex, quod implacabile 4 odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit 5, insidiis interficere 2 studuit 6. Quas ille plerasque vitavit 7. Sicut 8 cum nunciatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero: de quibus, quod inimici 9 detulerant, neque credendum, neque negligendum putavit 10, experiri voluit, 3 verum falsumne 11 esset relatum. Itaque eo profectus est, quo itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore & statura 12 simillimum sui, eique vestitum suum dedit 13, atque eo loco 14 ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatus 15 vestitu militari 16 inter corpo-

1 Pace finitum & compositum. 2 Tanquam Satrapiam, quæ antea Ariobarzanis fuerat. 3 Reversus est. 4 Ἀκατάλακτον. Ammiano 30, 4. dicitur *inexplicabile*. Sic Livio 25. & Cic. de Haruspic. resp. *inexplicabile bellum*. 5 Cum leonina pellis deficeret, vulpinam assumsit. 6 Doli struebantur indies, ut per vim ei vel clam vita adimeretur, ut loquitur Ammian. l. c. 7 Evitavit, evasit. 8 Exempli gratia. 9 Qui suspicionem habebant mendacii. 10 Neque credulus esse, neque indicium prorsus contemnere voluit. conf. similes casus ex Val. Max. 3, 8. ext. 1. Curt. 6, 8, 14. Tac. A. 2, 40, 2. & 15, 51, 6. 11 Utrum verum an falsum. 12 Idem est, ac si dixisset: *eligit corporis statura sim. sui.* vel: *eligit corpus statura sim. sui.* Conf. Curt. 8, 13, 21. 13 Permutavit cum eo armaturam. conf. Polyæn. 7, 21, 4. 14 Ea parte, eo ordine agminis. 15 Instructus, indutus. 16 Vulgari seu gregario.

poris custodes 1 iter facere cœpit. At insidia- 4
tores, postquam in eum locum agmen 2 perve-
nit, decepti ordine 3 atque vestitu, in eum fa-
ciunt impetum 4, qui suppositus 5 erat. Præ-
dixerat 6 autem his Datames, cum quibus iter
faciebat, ut parati essent facere, quod ipsum 7
vidissent 8. Ipse, ut concurrentes insidiatores 5
animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem
cum universi fecissent, priusquam pervenirent
9 ad eum, quem adgredi 10 volebant, confixi 11
ceciderunt.

Hic tamen tam callidus 12 vir extremo tem- X.
pore 13 captus est, Mithridatis 14 Ariobarzanis
filii dolo. Namque is pollicitus est regi, *se*
eum interfecturum, si ei rex promitteret 15, *ut*
quodcunque vellet, liceret impune facere: fidem-
que de ea re, more Persarum, dextra dedisset 16.
Hanc 17 ut accepit, simulat se suscepisse 2
cum rege inimicitias: copias parat 18, &
ab-

1 Σωματοφύλακας, satellites. 2 i. e. Multitudo militum. 3 Loco in agmine. 4 Eum adoriuntur per impressionem. 5 Loco & habitu ducis ire jussus; *ut ille suppositus facile & libenter se illum, qui non erat, esse simularet*, verbis Cic. Verr. ult. c. 27. 6 Præceperat. 7 Seipsum. 8 Scil. facere. 9 Insidiatores. 10 Impugnare. 11 Scil. telis. 12 Qui admodum consilio pollebat. 13 Tandem. 14 Cujus mentio facta supra c. 4, 5. 15 Alii *permitteret*. 16 v. not. supra 2, 8, 4. *dare fidem* est polliceri. 17 Scil. fidem, pollicitationem alterius dextra confirmatam etiam absentibus per eos, qui ad fidem accipiendam missi. conf. Just. 11, 15, 13. cum not. Bernegg. Legunt sane & hic nonnulli; *Hanc ut accepit a rege missam*. 18 Comparat.

absens amicitiam cum Datame facit, regis provinciam 1 vexat 2, castella expugnat, magnas prædas capit: quarum partem 3 suis dispertit, partem ad Datamem mittit, pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit 4 homini, se infinitum 5 adversus regem suscepisse bellum 6, cum nihilo magis 7, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum 8, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit 9. Sic absens amicitiam gerebat 10, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi 11, quod erga 12 regem suscepe-
rant, contineri 13 viderentur.

XI. Id cum satis se confirmasse 14 arbitratus est, certiorem facit 15 Datamem, *tempus esse majores exercitus parari, bellum cum ipso rege susci-*
pi

1 Alii *provincias.* 2 Diripit, populatur. 3 Alii, *partim*, qui est accusandi casus antique elatus. v. Gell. *10, 13.* & Bangii Observ. Philol. P. *2.* p. *1164.* 4 Non verbo quidem sed factis in opinionem adduxit. 5 Implacabile, inexpiabile. 6 Non nudum odium, sed bellum propter apertas jamjam hostilitates; quanquam c. *11, 1.* demum bellum cum ipso rege suscipi, i. e. regem ipsum adgrediendum esse monet. 7 Cum interim non peteret &c. 8 Ne se suspectum faceret, ne alter suspicaretur insidias. 9 Diu admodum colloquium & vultum ejus evitavit. 10 Exercebat. Eadem phrasi utitur Cic. ad fam. *3, 8.* 11 Utrumque concitante. 12 In, adversus, uti est §. 3. Sæpius *erga* accipit noster in malam partem; e. g. *7, 7, 4. 22, 4, 3. 23, 1, 3.* 13 Conjuncti esse & cohærere arctissime. 14 Fidem rei fecisse. 15 Docet, commonefacit eum.

pi 1. *De qua re* 2, *si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret.* Probata re 3, colloquendi tempus sumitur 4, locusque quo conveniretur 5. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem 6, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit 7, eaque loca diligenter notat 8. Ipso autem colloquendi 9 die, utrique 10, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur 11, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi 12. Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent 13, & diversi 14 discessissent, jamque procul Datames abesset, Mithridates priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pareret 15, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum 16 erat impositum 17, resedit 18, ut si a lassitu-

1 Nova scil. & accuratiore ratione. 2 MSS. *deque ea re.* 3 Cum idem utrisque placeret. 4 Præstituitur. 5 Nempe in colloquium. 6 Ita & supra *10, 5, 6.* 7 Abscondit, defodit, terra operit. Sic *thesauros obruere* Cic. in Cat. maj. 8 Aliquo signo & observatione, signat. 9 Colloquii. 10 Datames & Mithridates. 11 Ante colloquium scil. ne quis sicam aliudve telum abditum stringeret. Mos iste etiam in aulis aliquando, ut excuterentur, qui principem adibant. v. Lips. ad *11.* A. Curt. *8, 3, 12.* Tac. Bernegg. ad Just. *38, 1, 9.* Val. Max. *3, 1, 2.* Svet. Claud. *c. 35.* 12 Scil. ad colloquium. 13 Collocuti essent. 14 In diversas partes, alter hinc, alter illinc. Sic Poeta: *quo diversus abis? Æn. 5, 166. obrue puppes, aut age diversas 1, 69.* 15 Præberet, injiceret. 16 Gladius. Ita Virg. Æn. *9.417.* 17 Infossum, & ut paulo ante loquitur, obrutum scil. terra. 18 Quietis causa.

tudine cuperet adquiescere 1: Datamemque revocavit simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit 2: nudatumque vagina 3 veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem 4 se animadvertisse locum quendam, qui erat in conspectu 5, ad castra ponenda esse idoneum. Quem cum digito monstraret, & ille conspiceret 6, aversum 7 ferro 8 transfixit: priusque quam quisquam 9 posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat 10, simulata captus est 11 amicitia.

1 Cic. pro Mil. c. 25. *conquiescere ab armis*; pro Bal. c. 1. *a bellis & victoriis*; ad Att. 1, 5. *ex molestiis & laboribus*. 2 Obrutum eruit. 3 Districtum; postquam e vagina gladium exemerat. 4 In hunc aut istum locum. 5 Conspiciendus, ante oculos. 6 Rem monstratam oculis consectaretur. 7 Corpore aversо stantem. 8 Gladio. 9 Procul stantium stipatorum. 10 Nisi quod fabris, quos a Synopensibus acceperat, contra ipsorum urbem perfide usus est. v. Polyæn. 7, 21, 2. 11 Deceptus & interemptus est. conf. de Dione 10, 7, 1. de Eumene 18, 11, 5.

XV.

EPAMINONDAS.

ARGUMENTUM.

1. *Præfatio & dispositio.* 2. *Pueritia & adolescen-*

scentia. 3. Animi virtutes, studium audiendi, paupertatis patientia, liberalitas. 4. Abstinentia tentata. 5. Dicta arguta contra Menoclidem. 6. Et contra Callistratum: Maxime contra Spartanos. 7. Injuriarum oblivio. Imperii diuturnior usurpatio. 8. Accusati defensio. 9. Ad Mantineam invicti mors. 10. Cœlibatus criminatio diluta, horror a civili victoria. Thebarum gloria.

EPaminondas 1 Polymni filius, Thebanus I. De hoc priusquam scribamus 2, hæc præcipienda 3 videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant 4; neve ea, quæ ipsis leviora 5 sunt, pari modo apud cæteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus 6 abesse 7 a principis persona 8; saltare 9 vero etiam in vitiis

1 V. Plutarch. in Pelopida &c. Diod. Sic. 15. Xenoph. H. Gr. 6, & 7. Pausan. in Arcad. Ælian. 2, 43. 3, 17. 4, 16. 55. 7, 14, 12, 3. & 43. 14. 38. Suidas in voce Epam. Polyæn. 2, 3. Frontin. sæpe Justin. 6, 4. sqq. 7, 5, 3. Val. Max. 3, 2. ext. 5. 3, 7. ext. 5. Cic. Off. 1, 24. & 44. ad fam. 5, 12. Tusc. 1, 2. & 46. &c. 2 Studiosius præmittitur hæc ad Lectores admonitio. 3 Docenda, rationibus explananda. 4 Exigant, comparent, metiantur ex suæ gentis moribus. 5 Non satis digna. Comparativus pro Positivo elegantiæ servit. 6 Secundum nostros seu Romanos mores. 7 Non decere Principem. 8 Significanter pro viro, cui administrationes publicæ innituntur. Non tamen omnes Romani spreverunt Musicam. v. Macrob. Sat. 2, 10. de Nerone Tac. A. 4, 14, 1. conf. Lipsi. Pol. 1, 10, 17. 9 i. e. saltationem, vid. inprimis Cic. pro Muræna c. 6. Horat. Od. 3, 6.

tiis poni 1. Quæ omnia, apud Græcos 2 & gra-
3 ta, & laude digna ducuntur. cum autem ex-
primere imaginem 3 consuetudinis 4 atque vi-
tæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere
prætermittere, quod pertineat ad eam decla-
4 randam 5. Quare dicemus 6 *primo de genere* 7
ejus: deinde quibus disciplinis & a quibus sit
eruditus: tum de moribus, ingenioque facultа-
tibus 8; *& si qua alia digna memoria* 9 *erunt:*
postremo de rebus gestis, quæ a plurimis omni-
um 10 *anteponuntur virtutibus.*

II. Natus igitur patre, quo diximus, honesto 11
genere, pauper jam a majoribus relictus 12.
Eruditus autem sic 13, ut nemo Thebanus ma-
gis. Nam & citharizare 14, & cantare ad chor-
di-

---

1 Pro vitio haberi. Metaphora a calculatoribus. Sic Val. Max. 3, 8. ext. 9 *amicos inimicosque juxta ponere.* Et 4, 3, 4. *aliquo in momento ponere pecuniam.* 2 De quorum Orchestra liber Meursii. conf. Cic. Tusc. 1, 2. 3 Descriptionem, historiam. Sic fere Cic. pro Rosc. c. 16. *ut expressam imaginem vitæ nostræ quotidianæ videremus.* 4 Synonymice cum vita jungitur pro vitæ ratione & moribus. 5 Describendam, illustrandam. 6 Ostenditur methodus & institutum Historici, qui vitas scribit. conf. Præf. 1. & 3. 7 Familia ac stemmate. 8 Dotibus. 9 Digna cognitu. e. g. dicta ejus illustria. 10 Scil. imperatorum Græciæ, quorum nullus æquaverit Epaminondam. 11 Latini, quorum parentes obscuros dicere nolunt atque humiles, vocant honestos. 12 Ad quem inde a majoribus transmissa paupertas. 13 Adeo variis scil. disciplinis & artibus. conf. Just. 6, 8, 9. 14 κιθαρίζειν, canere cithara.

darum 1 sonum doctus est a Dionysio 2: qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lamprus 3, quorum pervulgata 4 sunt nomina: carmina cantare tibiis ab Olympiodoro 5, saltare a Calliphrone 6. At philoso- 2
phiæ præceptorem habuit Lysim 7 Tarentinum, Pythagoreum 8: cui quidem sic fuit deditus 9, ut adolescens tristem & severum senem 10 omnibus æqualibus 11 suis in familiaritate anteposuerit: neque prius eum a se dimiserit 12, quam doctrinis 13 tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superatu-

1 Citharæ. 2 Hunc Thebanum cum Pindaro & Lampro, poetis Lyricis conjungit Plutarch. in lib. de Musica. 3 Damonem Plato laudat 4. de rep. f. 405 Lamprum Plut. l. c. & Athenæus 2, 6. &c. 4 Publice & vulgo, nota celebrataque. Græcia enim olim magni fecit Musicam; Unde Themistocles, cum lyram recusasset in epulo solenni, habitus est indoctior. Cic. Tusc. 1, 2. Socrates jam senex lyra institui non erubuit. Quintil. 1, 13. 5 Et ab Orthagora. v. Athen. 4, 25. 6 De hoc nihil uspiam legitur. 7 Sive Lysidem. Hunc plures laudant Tull. Off. 1, 44. Ælian. 3, 7. Laërt. 8. in Pythagora. 8 Pythagoricæ Philosophiæ assecla. 9 Ut discipulus diligentia, studio, amore. 10 Hoc proprium senectus habet, ut duros, morosos & difficiles efficiat. Tristis conjungitur ἐμμανεστικῶς cum severo, ut apud Plin. Epist. 1, 10. Cic. Bruto, qui & tristitiam ac severitatem conjunxit, Or. de har. resp. Sic Capitol. in Maximo: *Fuit semper severus, ita ut & tristis cognomen acciperet.* Alias distinguit Tac. H. 1, 14, 4. 11 Sodalibus eorumque oblectamentis. 12 Non desierit ejus disciplina uti. 13 Doctrinarum cognitione & profectu. Doctissimi juvenis in Superlativo elegans hic ostenditur periphrasis.

3 turum omnes in ceteris artibus. Atque hæc ad nostram consuetudinem 1 sunt levia, & potius contemnenda: at in Græcia utique 2 olim
4 magnæ laudi erant. Postquam ephebus factus est 3, & palæstræ dare operam cœpit 4: non tam magnitudini virium servivit 5, quam velocitati 6. Illam enim ad athletarum usum; hanc ad belli existimabat utilitatem pertine-
5 re 7. Itaque exercebatur 8 plurimum currendo 9 & luctando, ad eum finem, quoad stans complecti 10 posset, atque contendere. In armis 11 plurimum studii 12 consumebat.

III. Ad hanc corporis firmitatem 13 plura etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus 14, prudens, gravis 15, temporibus sapienter utens 16, peritus belli, fortis manu, animo maximo 17: adeo

1 Vulgo dicerent: *respectu nostræ consuetudini*. Subintellige: *Si referatur ad Romanam consuetudinem*. 2 Prorsus, omnino. conf. præf. 5. 3 Ad pubertatem venit. v. Interpr. ad Ter. And. 1, 1, 24. 4 Gymnasiis usus est, & ludicris corporis exercitationibus. v. Hier. Mercurial de art. gymn. 1, 6. & Voss. lib de 4. artibus popular. c. 3. 5 Non studuit, ut robustus inde fieret. 6 Agilitati. 7 Plurimum prodesse ad usum bellicum. 8 Gymnasticis operibus vox idonea, nec minus armorum tractandorum meditationi apta & solennis. 9 v. H. Mercurial. 1, 10. 10 Scil. colluctantem. v. ibid. 2, 8. 11 Scil. tractandis. 12 Operæ, exercitii, quo discuntur αἱ μεταχειρίσεις τῶν ὅπλων. 13 Exercitatione partam fortitudinem. 14 v. Just. 6, 8, 7. & 8. *Modestia neque summis mortalium spernenda*. Tac. A. 15, 2, 4. conf. supra 1, 1, 1. 15 Scil. moribus. 16 Inserviens illis. conf. 7, 11, 5. 17 Μεγαλόψυχος.

adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur 1. Idem 2 continens 3, clemens, 2
patiensque 4 admirandum in modum: non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commissa celans 5: quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere 6. Studiosus audiendi 7. Ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum 3
in circulum 8 venisset, in quo aut de republ. disputaretur 9, aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus 10. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de republ. 11 4
ni-

1 Id quod concessum autumant etiam inter Christianos Philosophos; Sed religiosiores quævis mendacia a Spiritu S. damnata asserunt ex Matth. 12, 36. Eph. 5, 4. Apoc. 21, 8. Polybius de Philopœmene: *Semper vera loqui studuit, æque ac Epaminondas.* 2 Pronomen hoc eleganter copulæ vicem præstat. 3 Temperans & justus. 4 Duritiæ & laboris respectu. 5 Occultans fidei suæ concredita. Horat. Sat. 1, 3. *commissa tacere*, & Epist. 1, 18. *commissumque teges.* 6 Magna res sustineri nequit ab eo, cui tacere grave est. v. Curt. 4, 6, 6. 7 Plato 7. de republ. monet, ut qui proficere in bonis artibus volunt, sint φιλομαθεῖς φιλήκοοι καὶ ζητητικοί. Socrates aures virtutis ansas dixit. 8 i. e. cœtum coëuntium ac fabulantium, qui videntur veluti orbem facere. Ita usurpat Gell. 15, 9. Hinc *circulari*, circulos hujusmodi facere, apud Sen. Ep. 40, 52, 88. & *circulator* Ep. 29. 9 Differeretur. 10 Etiam Cic. de Senect. *adducere* usurpat pro *perducere*, vel *deducere*. 11 Ex administratione reip.

nihil præter gloriam ceperit 1. Amicorum in se tuendo 2 caruit 3 facultatibus 4, fide ad alios sublevandos 5 sæpe sic usus est, ut posset judicari 6, omnia ei cum amicis fuisse communia 7. Nam cum aut civium suorum 8 aliquis ab hostibus esset captus, aut virgo amici nubilis 9 propter paupertatem collocari 10 non posset, aulicorum consilium 11 habebat 12, & quantum quisque daret, pro cujusque facultatibus 13 imperabat 14. Eamque summam 15 cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum qui quærebat 16, ad eos qui conferebant 17: eique

1 Admirandæ abstinentiæ exemplum est, quod Front. 4, 3, 6. refert, illum in supellectile præter ahenum & verutum nihil habuisse. Et Ælianus 2, 43. & 5, 5. testatur, quod vestem mutare non potuerit. 2 Sustentando, alendo, in necessitatibus suis procurandis. Ita quoque Varro de R. R. 3, 1. *Tueri vitam* Ovid. de Ponto 4, 5. 3 Uti noluit. Maluit onus paupertatis perferre. 4 Opibus officiisque. 5 Tuendos bonis aliorum, vel commendandos ditioribus. 6 Intelligi, inde cognosci. 7 Quotidie e foro ante non discessit, quam novum amicum ad veteres adjecisset. v. Ælian. 14, 38. 8 Thebanorum. 9 Παρθένους vocis est in illo Virg. Æn. 7, 53. *Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.* 10 Scil. in matrimonium. 11 Conventum. conf. 20, 4, 2. 12 i. e. convocabat eos. Sen. Clem. 1, 9. *consilium amicorum advocari jussit.* adde Curt. 4, 11, 1. & c. 13, 3. 13 Secundum, juxta facultates. 14 Constituebat, amicis non nolentibus præscribebat. Imperare lenius hoc loco significat, quam pro consuetudine vocis. 15 Scil. pecuniæ. 16 Qui aliquid efflagitabat ab amicis opitulantibus. 17 Qui contribuebant pecuniam ad sublevandos pauperes.

eique ut ipsi numerarent, faciebat 1; ut ille, ad quem ea res perveniebat 2, sciret, quantum 3 cuique deberet.

IV. Tentata autem ejus est abstinentia 4 a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum 5 susceperat. Hic magno cum pondere 6 auri Thebas venit, & Micythum adolescentulum quinque talentis 7 ad suam perduxit voluntatem 8; quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit 9, & causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram 10, *nihil*, 2 inquit, *opus pecunia est. Nam si ea rex vult, quæ Thebanis sint utilia, gratis* 11 *facere sum paratus: sin autem contraria* 12, *non habet auri atque argenti satis* 13. *Namque orbis terrarum divi-*

1 Curabat ei numerari. 2 Ad quem pertinebat, cui pecunia solvebatur. 3 Alii: *quibus & quantum.* 4 Invictus adversus pecuniam animus. Diomedon conatus est eum corrumpere, uti & Jason. v. Ælian. 5, 5. & 11, 9. ubi similia legas de Pelopida, Ephialte & Phocione. 5 Potius negotium eum corrumpendi. 6 Magna vi. Plut. Apophth. f. 193. refert, regem tricies millia Daricorum nummum misisse. 7 3000. coronatis, sunto scil. talento Attico communi pro 60. minis, s. 600. coronatis s. scutatis. Aliud majus putant 80. minis constitisse, 800 scutatis v. Gronov. de pec. vet. 3, 3. 8 Eo impulit, ut Epaminondam adiret hortareturque, ut munus simulque regis favorem oblatum acciperet. 9 Accessit. 10 Id est, præsente. 11 Absque præmio. 12 Thebanis noxia. 13 Non est satis dives.

divitias 1 *accipere nolo pro* 2 *patriæ caritate.* 3 *Te, qui me incognitum* 3 *tentasti, tuique simi-*
lem existimasti, non miror: tibique ignosco.
Sed egredere propere 4, *ne alios corrumpas, cum*
me non potueris. Tu Micythe, argentum 5 *huic*
redde: nisi id confestim fatis, ego te tradam 6
4 *magistratui.* Hinc Diomedon cum rogaret,
ut tuto exire 7, *suaque, quæ attulisset, liceret*
efferre 8: *istud*, inquit, *faciam: neque tua*
causa, sed mea: ne, si tibi sit pecunia ademta,
aliquis dicat: ad me ereptum pervenis-
5 *se* 9, *quod delatum* 10 *accipere noluissem.* A quo
cum quæsisset 11, quo se duci vellet; & ille Athenas, dixisset: præsidium 12 dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id satis habuit 13, sed etiam ut inviolatus in navem adscenderet 14, per Chabriam Athenienſem 15, de quo supra mentionem fecimus 16, effecit. Abstinentiæ erit

1 Ὑπερβολικῶς de summo pretio. 2 Schottus cum Lambino & Puteano mallet *præ*; sed nulla necessitate, quanquam non incommode ita exponas Sic Curt. 5, 11, 5. *quascunque sedes elegeris pro patria &c.* auctor dial. de orat. 23, 2. *qui Lucilium pro Horatio & Lucretium pro Virgilio legunt.* 3 Ignotum, cujus animus virtusque nondum perspecta. 4 I procul hinc. 5 Pecuniam. 6 Scil. in pœnam, vel puniendum. 7 Discedere, transmigrare. 8 Asportare, auferre. 9 Istud mihi datum esse. 10 i. e. oblatum. Uti hic de pecunia, sic de vestibus Tac. A. 13, 13, 6. 11 Epaminondas scil. cum a Diomedonte quæsisset. 12 Custodiam militarem, satellitium. 13 Non contentus fuit id fecisse. v. 15, 8, 4. 14 Athenis nimirum, postquam eo terra pervenisset. 15 Qui universæ classi præerat. 16 In totius vitæ expositione.

erit hoc satis 1 testimonium. Plurima quidem proferre 2 possemus, sed modus adhibendus est: quoniam uno hoc volumine 3 *vitas excellentium virorum* concludere 4 constituimus: quorum separatim multis millibus versuum 5 complures scriptores 6 ante nos explicarunt 7.

Fuit & disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi 8: quam in perpetua oratione 9 ornatus. Habuit obtrectatorem 2 Meneclidem quendam 10 indidem 11 Thebis adversarium 12 in administranda republ. satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. V.

1 Similis locus *23, 5, 4.* Sic Cic. ad Att. *12, 50. Si satis consilium haberem.* conf. Lucret. *1.* v. *241.* Tac. A. *12, 56, 2.* &c. Unde constat, *sat* & *satis* non semper Genitivo jungi. 2 Narrare. 3 Libro, opere. 4 Memoratas complecti. 5 Ex versuum, quos lineas vulgo vocant, (v. Isidor. *1, 6, 14.*) numero veteres metiri libros soliti, eundem in ultima cera adscribebant. Qui mos & Hebræis Criticis, v. Casaub. ad Athen. *6, 10.* Salmas. proleg. in Sol. *5.* Voss. de Vitiis serm. *1, 26.* Sed Jo. Crojus observ. in N. T. c. *11.* negat in his locutionibus lineas, sed potius commata vel periodos debere intelligi. 6 Historici. 7 Enarrarunt. 8 Suavis in appositis responsionibus. ἀποφθεγματικὸς Græcis esset talis homo. 9 In continua & longa verborum serie, quæ opponitur responsis & alloquiis brevioribus. 10 Rhetorem Thebanum. 11 Ex eodem loco. Ita Cic. pro Rosc. c. *27.* & Liv. *27, 12.* sed diverso significatu Cic. de nat. Deor. *2, 44.* Plaut. Cist. *1, 1, 64.* & mil. glor. *2, 2, 79.* Gell. *6, 10.* Apulej. &c. 12 Explicat ita autor, cur vocetur obtrectator.

cet 1. Namque illi genti plus ineſt virium quam
3 ingenii 2. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat 3, hortari ſolebat Thebanos, *ut pacem bello anteferrent* 4, *ne illius imperatoris opera deſideraretur* 5. Huic ille, *fallis* inquit, *verbo* 6 *cives tuos, quod hos a bello advocas* 7, *otii* 8 *enim nomine ſervitutem concilias* 9. *Nam paritur* 10 *pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati* 11 *eſſe debent. Quare ſi principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis utendum* 12, *non palæſtra* 13. Idem ille Menecliden cum huic objiceret, *quod liberos non haberet, neque uxorem duxiſſet, maxime ne-*

1 Pro capite Thebanorum, qui magis viribus quam ingenio præſtant. Simile eſt illud Cic. de Sen. c. 5. de Q. Fabio Max. *Multæ, ut in homine Romano, literæ,* limite quodam reſtringitur, quod dictum eſt. 2 Conf. omnino 7, 11, 3. 3 Noverat eum magni fieri a Thebanis ob gloriam bellicam. 4 Bellum deponerent & pace mutarent. 5 Ne illo opus haberent. 6 Falſi tituli ſpecie, falſo nomine. 7 Hoc verbum de otio & voluptatibus frequenter uſurpatur. v. Gronov. ad Liv. Epit. 69. 8 Hoc vocabulum cum pace ſynonymice permutatur. 9 Quæris, comparas; blandiente otii titulo ſervitutem latentem acceptam reddis; facis, ut quod noxioſiſſimum eſt, tranquillitatis elogio placeat ametarque. conf. Tac. A. 14, 30, 1. & H. 4, 17, 3. 10 Quæritur, acquiritur. conf. Cic. Off. 1, 23. & Grotii J. B. & P. 3, 15, 2. 11 Sic paulo ante §. 2. *exercitatus in dicendo*, promta facultas utrobique notatur. 12 Bello opera danda: *Non ignavia magna imperia continentur; Virorum armorumque faciendum certamen.* ut eſt apud Tac. A. 15, 1, 5. 13 Qui in ludicris otioſorum rebus ponitur & otii ſtudio præfertur.

neque insolentiam 1, *quod sibi Agamemnonis* 2 *belli gloriam* 3 *videretur consecutus:* at ille, *desine*, inquit, *Meneclide, de uxore* 4 *mihi exprobrare. Nam nullius in ista re minus uti* 5 *consilio volo.* Habebat enim Menaclides suspicionem adulterii 6. *Quod autem me Agamemnonem æmulari* 7 *putas; falleris* 8. *Namque ille cum universa Græcia* 9 *vix decem annis unam cepit urbem* 10: *ego contra ex una urbe nostra* 11 *dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis* 12, *liberavi* 13.

Idem cum in conventum 14 venisset Arca- VI.
dum 15, petens, *ut societatem cum Thebanis & Argivis* 16 *facerent:* contraque Callistratus Athenienſium legatus, qui eloquentia omnes eo præ-

1 Elationem. 2 Quem Mycenarum Regem Græcia Paridis raptum ultura ducem mille navium constituit, unde decennalis Trojæ obsidio. 3 Ex duo Genitivi ab hac voce ex æquo pendentes, ut in illo Cæs. B. C. *1, 7. omnium temporum injurias inimicorum in se commemorat.* 4 Quod nullam duxerim, aut quod cum tua rem habuerim. 5 Alii: *quam tuo uti*, i. e. minime omnium tuo utar consilio. 6 Scil. ab uxore admissi. Suspecta ei erat uxor adultera. 7 Imitari & cum eo de gloria contendere. 8 Scil. opinione tua. 9 Cum omnibus Græciæ militibus. 10 Trojam, ob cujus oppugnationem Agamemnon ab Homero magnis extollitur laudibus. 11 Unius Thebanæ urbis viribus, præsidio. 12 Prælio nimirum Leuctrico. 13 Ut hostes neque Græciæ neque maris amplius essent domini. 14 Concionem vel potius magnum senatum. 15 Quos Athenienses, Lacedæmonii & Thebani simul fatigabant, ut sibi contra cæteros assisterent. 16 Græciæ populis, quorum princeps civitas Argos.

præstabat tempore 1, postularet, *ut potius amicitiam sequerentur Atticorum* 2; & in oratione sua multa 3 invectus esset 4 in Thebanos & Argivos, in eisque hoc posuisset 5; *animadvertere* 6 *debere Arcades, quales utraque civitas* 7 *cives procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare. Argivos enim fuisse Oresten* 8 *& Alcmæonem* 9, *matricidas: Thebis Oedipum* 10 *natum, qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasse* 11. Hic in respondendo Epaminondas cum de ceteris peroraſſet 12, postquam ad illa duo opprobria 13 pervenit: *admirari se* dixit *stultitiam rhetoris* 14 *Attici, qui non animadverterit, innocentes illos natos* 15, *domi scelere admisso* 16, *cum patria essent*

1 Laudat hunc oratorem quoque Xenophon. Notetur Periphrasis eloquentissimi. 2 Cum Atticis facerent societatem, ut jam vocaverat. 3 Græcorum imitatione quartus casus adverbialiter idem significat ac *multum, plurimum.* 4 Objecisset Thebanis. 5 Inter alia maledicta hoc usurpasset. 6 Considerare. 7 Argos & Thebæ. 8 Qui patris Agamemnonis cædem ultorus & adulterum Ægisthum & matrem Clytemnestram interfecit, de quo Euripidis Tragœdia. 9 Qui Amphiaræ & Eriphyles filius in ultionem patris proditi itidem matrem interemit. v. Cic. pro Rosc. c. 24. & Hygini fab. 73. 10 Qui Laji Thebarum Regis & Jocastæ filius inscius patrem interfecit, & æque ignorans matrem uxorem duxit, de quo Sophoclis & Senecæ Tragœdiæ. 11 Scil. ipsum. Buchnerus reponit: *procreasset.* 12 Causam dixisset. 13 Contumeliæ causa objecta. 14 Legati; per contemtum sic vocare videtur. 15 i. e. cum nascerentur in patria, sceleris expertes fuisse. 16 Parricidio perpetrato.

*sent expulsi, receptos esse ab Athenien*ſ*ibus* 1. Sed maxime ejus eloquentia eluxit 2 Spartæ, legati 3 ante pugnam Leuctricam. Quo cum omnium sociorum conveniſſent legati; coram frequentiſſimo legationum 4 conventu 5, ſic Lacedæmoniorum tyrannidem 6 coarguit 7, ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit 8, quam Leuctrica pugna 9. Tum enim perfecit 10, quod poſt apparuit, ut auxilio ſociorum Lacedæmonii privarentur. 4

Fuiſſe patientem, ſuorumque injurias 11 ferentem civium, quod ſe patriæ 12 iraſci nefas eſſe duceret, hæc ſunt teſtimonia. Cum eum propter invidiam 13 cives præficere exercitui noluiſſent, duxque eſſet delectus belli imperitus, cujus errore 14 eo eſſet deducta 15 illa militum multitudo, ut omnes de ſalute perti- VII

1 Hos fautores fuiſſe ſceleratorum, illos ultores. v. de arguta hac retorſione & aliis exemplis Voſſ. Inſtit. Orat. 5, 12, 5. 2 Illuſtri argumento cognita eſt. 3 Cum eſſet legatus eo miſſus a Thebanis. 4 Ipſorum legatorum, pro quibus *legationes* & apud Juſt. 8, 4, 3. & 30, 3, 5. 5 In magno conſeſſu ac numero. 6 Inſolentem in cæteros Græcos dominatum. 7 Convicit eos Tyrannidis cum exprobratione. 8 Potentiam labefactarit, attriverit. Eloquentia armis paria fecit. 9 De qua prolixe Diod. Sic. 15, 55. ſ. Leuctra in Platæas & Theſpias ſita. 10 Effecit, eo rem perduxit. 11 Quas intulere. Ut injuriæ adoleſcentum apud Ter. And. 2, 1, 53. Conf. de ſimili patientia Liv. 27, 34. Tac. A. 1, 10, 4. Valer. 3, 7. ext. 5, 3, 8. 2, 5, 3, 2. 12 Sub patria continentur cives, qui ejus membra ſunt. conf. de Attici indulgentia in ſuos 25, 17, 2. 13 Ex invidia. 14 Imprudentia. 15 Ad id periculi veniſſet.

timescerent 1, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur; desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia 2. Erat enim ibi privatus 3 numero 4 militis. A quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ 5, & exercitum obsidione liberatum, domum 6 reduxit incolumem. Neque vero hoc semel 7 fecit, sed sæpius: Maxime autem fuit illustre, cum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedæmonios, haberetque collegas 8 duos, quorum alter 9 erat Pelopidas 10, vir fortis ac strenuus. Hic cum criminibus 11 adversariorum 12 omnes in invidiam veniissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum 13, atque in eorum locum alii prætores 4 successissent 14; Epaminondas populiscito 15 non paruit, idemque ut facerent 16, persuasit col-

1 Fere desperarent. 2 Hunc potius præesse, cujus virtus spectata erat, omnes cupiebant. conf. 5, 3, 2. & exemplum Jephtæ Jud. 11, 7. 3 Sine imperio. 4 Loco, statu & conditione. Sic Cic. in Verr. c. 9. *cum ei tibi parentis numero fuisset.* paulo ante dixerat, *parentis loco esse.* 5 Ut ea ad ultionem uteretur. 6 Thebas. 7 Hac tantum vice. 8 Ejusdem belli gerendi. 9 Unus ex duobus. 10 Epaminondæ amicissimus. Utriusque sane amicitiam in tantis imperiis admiratos esse viros prudentes dicit Plut. in Pelop. 11 Criminationibus, obtrectationibus. 12 Æmulorum, obtrectatorum. 13 Sic *abrogare magistratum* supra 7, 7, 3. 14 Succedere ipsis debuissent. 15 Al. *plebiscito*, de quo supra 3, 1, 5. 16 Ne & ipsi parerent.

collegis, & bellum, quod susceperat gessit, namque animadvertebat, ubi id feciſſet 1. totum exercitum propter prætorum imprudentiam inscientiamque 2 belli periturum. Lex 5 erat Thebis, quæ *morte multabat* 3, *si quis imperium diutius retinuisset, quam lege præfinitum foret.* 4 Hanc Epaminondas cum reipublicæ conservandæ causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre 5 noluit; & quatuor mensibus diutius, quam populus jusserat 6, gessit imperium 7.

Postquam domum reditum est 8, collegæ ejus IIX. hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem causam 9 in se transferrent, suaque opera factum contenderent 10, ut legi non obedirent. Qua defensione 11 illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum 12 pu-

1 Si paruisset & imperium tradidisset successoribus. 2 Imperitiam. 3 Mortis pœnam constituebat. 4 Quam erat præscriptum. 5 Adhibere, usurpare, legi obsequendo perniciem patriæ afferre. Cic. de Invent. *1, 38. Summam amentiam existimabat Epaminondas, quod scriptum esset reip. salutis causa, id non ex reip. salute interpretari.* V. Baud. l. 2. de induc. B. Belg. in dissert. Pacati sui p. 39. sqq. 6 Formula δημοκρατική; de populi decreto & lege. Quatenus liceat contra mandatum facere, disputat Gell. 1, 3. Alia Exempla v. apud Liv. 10, 13, 26, 18. 7 Administravit bellum. 8 Locutio impersonalis pro personali, i. e. postquam redierunt. 9 Culpam ejus rei. Simile de P. Scipione apud Val. Max 3, 7, 1. 10 Se in causa fuisse, se effeciſſe affirmarent. 11 Excusatione facta in judicio. 12 Causam dicturum in judicio.

2 putabat, quod, quid diceret, non haberet 1. At
iſte in judicium venit: nihil eorum negavit,
quæ adverſarii crimini dabant 2, omniaque quæ
collegæ dixerunt, confeſſus eſt, neq; recuſavit,
quo minus legis pœnam 3 ſubiret; ſed unum
ab iis petivit, ut in periculo 4 ſuo conſcribe-
3 rent 5: EPAMINONDAS A THEBA-
NIS MORTE MULTATUS EST,
QVOD EOS 6 COEGIT APUD LEU-
CTRA 7 SUPERARE LACEDÆMO-
NIOS; QUOS ANTE SE IMPE-
RATOREM 8 NEMO BOEOTIO-
RUM AUSUS FUIT ADSPICERE
4 IN ACIE 9: QUODQUE UNO PRÆ-
LIO NON SOLUM THEBAS AB
INTERITU RETRAXIT 10, SED ET-
IAM

1 Quod nulla valeret excuſatio. 2 Quæ accuſatores arguebant. 3 Pœnam legibus conſtitutam. 4 h. e. in damnatione, capitisque ſupplicio. Nonnulli tabulam damnatoriam, indicem, ſive breve ſcriptum interpretantur, in quo reorum ſtatus & cauſa mortis propoſita fuit. Imo tentarunt alii reponere *periculo*, *titulo*, *breviculo*, *periſtylio*, *ſepulchro*, *cippo vel cippulo*; quibus nihil opus eſt. 5 Inſcriberent vel tabulis, vel pilæ aut columnæ, aut archivo reip. aut ubicunque actus damnationis promulgaretur. 6 Thebanos inprimis & reliquos Bœotios. 7 Bœotiæ oppidum. 8 Priusquam ſibi imperium committeretur. 9 Explicationem v. in Cæſ. B. G. *1, 39.* Liv. *7, 33.* Tac. A. *3, 45, 2.* H. *3, 24, 2.* Flor. *2, 18, 5.* cum not. Freinsh. Bœotii antea ne conſpectum quidem hoſtium ſuſtinuerunt quin fugerent: tantum abeſt, ut ferre impetum aut ſuperare potuerint. 10 Conſervavit.

IAM UNIVERSAM GRÆCIAM 1 IN LIBERTATEM VINDICAVIT 2, EOQUE RES UTRORUMQUE 3 PERDUXIT, UT THEBANIS PARTAM OPPUGNARENT 4, LACEDÆMONII SATIS HABERENT 5, SI SALVI ESSE POSSENT 6. NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM MESSENA 7 CONSTITUTA 8 URBEM 9 EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Hæc cum dixisset, risus omnium cum hilaritate 10 coortus est; neque quisquam judex ausus est ferre suffragium 11. Sic a judicio capitis 12 maxima discessit gloria 13.

Hic

1 Cujus principatum Lacedæmonii hac & Mantinensi clade amiserunt. 2 Restituit, asseruit. 3 Thebanorum & Lacedæmoniorum. 4 Laconiam per quingentos annos populationis expertem vastarunt; Sed oppugnata & relicta Lacedæmone in Messinam duxere copias. 5 Eleganter pro contenti essent, v. c. 4, 5. Loqui similem in modum amant optimi Scriptores Cæs. B. C. 3. 46. Hirt. 3, 6. Curt. 4, 9, 20. Tac. A. 2, 37, 5. 4, 38, 1. 15, 25, 6. Just. 22. 8, 14. &c. 6 Non de victoria sed de salute pugnantes. 7 Hanc nobilem Peloponnesi urbem, commodissimo ad invadendam Spartam situ, Spartani everterant. 8 i. e. postquam desertam eversamque de integro condiderat, revocatis Messeniis, additisque colonis aliis, & rep. formata. conf. 16, 4, 3. 9 Lacedæmonem. 10 Voluptate animi ex ridiculo nata. 11 Sententiam per calculos, quorum usus in ferenda sententia. 12 In quo accusatus erat capitis. 13 Glorioſe liberatus est. Quid dixerit e curia regressus ablandiente cauda catelli refert Ælianus 13, 42.

IX. Hic extremo tempore imperator apud Mantineam 1, cum acie instructa audacius instaret 2 hostibus, cognitus a Lacedæmoniis, quod in unius pernicie 3 ejus, patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt 4, neque prius abscesserunt 5, quam magna cæde facta, multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo 6 eminus per-
2 cussum 7, concidere viderunt. Hujus casu 8 aliquantum retardati sunt 9 Bœotii: neque tamen prius pugna excesserunt 10, quam repu-
3 gnantes 11 profligarunt 12. At Epaminondas cum animadverteret, mortiferum 13 se vulnus accepisse, simulque si ferrum 14 quod ex hastili 15 in corpore remanserat, extraxisset, animam

1 Urbem Arcadiæ. 2 Cum urgeret eos, tam avide manifestis periculis offerens corpus. v. Curt. 9, 6, 8. 3 Morte & interitu. conf. 18, 11, 2. 4 Vide similia a Romanis factitata apud Cæs. B. G. 5, 58. Tac. A. 3, 73, 4. & 4, 45, 5. 5 Non ante destiterunt. 6 Sparus vel Sparum vile genus teli manibus jacti. v. Servius ad Virg. Æn. 10. v. 682. Sallust. Catil. c. 56. Donatus ad Liv. 34. hastæ genus fuisse patet e §. 4. 7 Pausanias ab Athenienſibus Laconum sociis impeditum & a Gryllo Xenophontis filio Athenienſi interfectum scribit in Bœoticis. 8 Cum lethali vulnere accepto concideret. 9 Animos & ardorem pugnandi parumper remiserunt, neque id mirum. conf. Tac. H. 4, 34. 9 Curt. 4, 15, 28. 10 Destiterunt pugnare. 11 Resistentes in acie. 12 Fugaverunt ac conciderunt. 13 Mortale, lethale. Cic. pro Sext. *plaga insanabilis & mortifera.* 14 Pro spiculo, quo hastile præfixum est. 15 Ex telo vel sparo.

mam statim amissurum 1: usque eo retinuit 2, quoad 3 renunciatum est, *vicisse Bœotios* 4. Id 4 postquam audivit; *satis*, inquit, *vixi: invictus enim morior* 5. Tum ferro extracto confestim exanimatus est 6.

Hic uxorem nunquam duxit. In quo 7 cum X. reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem 8, *maleque eum in eo* 9 *patriæ consulere* 10 diceret, *quod liberos non relinqueret: vide*, inquit, *ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum* 11 *relicturus sis. Neque vero stirps* 12 2 *mihi potest deesse. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam* 13, *quæ non modo mihi superstes, sed etiam immortalis* 14 *sit necesse est.* Quo tempore duce Pelopida 15 exules Thebas 3

oc-

1 Alii, *emissurum*. anima ponitur pro vita; animam amittere est mori. 2 Non ante sibi evelli jussit spiculum. 3 Donec. 4 Primum an clypeus suus salvus esset. deinde an penitus fusi hostes forent, interrogavit. v. Val. Max. 3, 2. ext. 5. & Cic. de Fin. 2, 30. ad Fam. 5, 12. 5 Cic. Tusc. 2, 24. *Nam tum ingemuisse Epaminondam putas, cum tuna cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem enim patriam Lacedæmoniis relinquebat, quam acceperat servientem.* 6 Mortuus est. 7 Quam ob causam. 8 Per flagitia. Plin. Paneg. c. 83. *multos illustres, foris claros, domestica destruebat infamia.* 9 Ideo, per hoc institutum. 10 Utilitates ejus negligere. 11 Tam infamem filium. conf. Sirac. c. 16, 4. 12 Soboles, liberi, filii. 13 Hujus pugnæ iconem habes apud Jo. Arcerium in notis ad Æliani Tactica, & hanc sæpius in ore habuit Epaminondas. Nam apud Diodorum moriturus amico dicenti, *itane sine liberis decedis?* respondit: *Non per Jovem: sed filias duas, victoriam ad Leuctra & Mantineam post me relinquo.* 14 Propter gloriam perpetuam. 15 Conf. 16, 3, 3.

occuparunt, & præsidium Lacedæmoniorum ex arce 1 expulerunt 2, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium 3, domi se retinuit 4: quod neque malos defendere volebat, neque impugnare 5, ne manus suorum sanguine 6 cruentaret 7. Namque omnem civilem victoriam funestam 8 putabat. Idem postquam apud Cadmeam 9 pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, 4 in primis stetit 10. Hujus de virtutibus, vitaque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero 11, quod nemo eat inficias 12: Thebas & ante Epaminondam natum, & post ejus interitum 13, perpetuo alieno paruisse imperio 14. Contra ea quamdiu ille præfuerit reipubl. caput 15 fuisse totius Græciæ

1 Cadmea. v. l. c. 2 Vi bellica. 3 Quamdiu cæsi sunt. 4 Continuit se, mansit domi; *quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit, 16, 4, 1.* Eadem fere phrasis *10, 9, 1. 18, 5, 7. 23, 12, 3.* 5 Adversus eos pugnare. 6 Sanguine civili; sanguine civium, popularium. 7 Pollueret, ne se misceret bellis civilibus. 8 Illætabilem, detestandam. Cic. ad fam. *4, 9. Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed miserius nihil quam ipsa victoria.* 9 Scil. arcem. 10 Inter eos fuit & pugnavit, qui erant in primis ordinibus; quoniam jam non contra cives sed contra Spartanos res gerebatur. 11 Addidero iis, quæ dicta sunt. 12 Nemo negaverit. Voss. de Anal. *1, 47.* dictum vult, ut ire exequias, suppetias, ac utrobique subintelligit ad. 13 Idem Justinus affirmat *6, 8, 1. f. patriæ gloriam & natam & exstinctam cum eo fuisse, &c.* 14 Servisse. 15 Urbem dominam, imperantem cæteris.

ciæ. Ex quo intelligi potest, unum hominem 1 pluris, quam civitatem fuisse 2.

XVI.

PELOPIDAS.

ARGUMENTUM.

1. Pelopidas in exilium cum aliis ejectus fuit. 2. Cum duodecim Thebas rediit. 3. Restituit libertatem, interfectis tyrannis, & Spartanum præsidium ex arce deturbavit. 4. Prius proprium fuit Pelopidæ: alterum commune cum Epaminonda, quemadmodum & reliquæ expeditiones. 5. Adversa fortuna conflictatus cadit in prælio.

PElopidas 3 Thebanus, magis historicis 4, I. quam

1 Phædrus fab. 63, 1. *Plus est in uno sæpe quam in turba boni.* adde Just. 5, 4, 12. Liv. 28, 43. &c. 2 Plus efficere, plus præstare publico potuisse Sic Plaut. Truc. 2, 6, 8. *pluris est testis oculatus &c.* Integrum foret: est res pluris pretii. v. Voss. de Constr. c. 29. 3 v. Plutarch. in Xenoph. H. Gr. 5. Polyb. 6, & 8. Pausan in Bœoticis. Diodor. 15. Ælian. 2, 43. & 11, 9. Polyæn. 2, 4. Frontin. 1, 5, 2. 2, 3, 8. 4, 7, 28. Cic. ad fam. 7, 28. & 30. 4 Alii *historiis.* Sed Schottus *Historicos* rectius *vulgo* opponi putat, sicut apud Cic. pro Mur. c. 7. *nobilitas Sulpitii hominibus literatis & historicis notior, populo obscurior.* In Historicorum scripta vulgus non ita penetrat.

quam vulgo, notus 1. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, si res 2 explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam 3 videar scribere: si tantummodo summas 4 attigero 5, ne rudibus literarum Græcarum 6 minus lucide appareat 7, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram 8, quantum potero 9 & medebor 9 cum 2 satietati 10, tum ignorantiæ lectorum 11. Phœbidas, Lacedæmonius, cum exercitum Olynthum duceret 12, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur 13, occupavit impulsu perpaucorum Thebanorum 14, qui

1 Secus atque Epaminondas, cujus fama celebratur ore omnium; Pelopidæ non tam celebratione loquentium quam scriptis perviget. 2 Expositionem negotii. alii *si eas* scil. virtutes. 3 Hæc scriptio publico actui rerum aptior. Sed vita privatim moribus servit, ideoque simplicior. Sic Plut. Alexandri princ. distinguit; ἢ τὰς ἱστορίας γράφουεν, ἀλλὰ βίκς. 4 Scil. res aut narrationes; rerum capita indicata potius quam narrata. fastigia summa vocat poeta. τὰ κορυφαιότατα. 5 Similiter alii locuti. v. Savoran. ad Sidon. Ep. 1, 2. 6 Rerum ac monumentorum Græcorum ignaris. 7 Obscurum maneat. 8 Opem feram. 9 Cavebo, ne vel prolixior sim, vel brevior & obscurior. 10 Fastidio ex multitudine. 11 Insignis abparet hic cura Historici in instruendo lectore, servandoque scriptionis modo. 12 In auxilium Amyntæ Macedonis, urbem Thraciæ Olynthum oppugnaturi. 13 A Cadmo, qui Thebas condidit, unde Cadmea antiquum nomen oppidi, quod cum amplificaretur urbs, arci remansit. 14 Archiæ, Leontidæ & Philippi,

qui adversariæ factioni 1 quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant 2: idque suo privato, non publico, fecit consilio 3 Quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt 4 pecuniaque multarunt 5: neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt 6, quod susceptis inimicitiis satius 7 ducebant eos obsideri 8, quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem 9 esse existimabant: & eos esse solos, qui adversus 10 resistere 11 auderent. Hac 4 mente 12 amicis suis 13 summas potestates 14 dederant, alterius factionis principes 15 partim interfecerant, alios 16 in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat 17.

Hi

1 Viris adversariis, Pelopidæ, Ismeniæ, Pherenico, Androclidæ &c. Mox. c. 2, 4. dicitur adversariorum factio. 2 Partibus Laconum accedebant. 3 Non publica auctoritate, sed per se. 4 Imperium ei adimerunt. 5 Drachmarum decem myriadibus, ut autor est Plut. 6 Tanto magis apparet, quod clam mandaverint Phœbidæ, dicente Diodoro 15, 20. 7 Utilius, melius. 8 Arce scil. jam occupata. 9 Contentionem & æmulationem. 10 Est Pleonasmus, ut plenius sonet oratio. Ita adverbialiter ponitur 17, 4, 6. 11 Nempe sibi Lacedæmoniis. 12 Hoc proposito, consilio. 13 Thebanis civibus, quorum impulsu arcem ceperant. 14 Magistratus 15 Quos modo nominavimus. 16 Ex hoc loco patet, particulam *partim* aliquando non geminari, contra quam Budæus in Pandect. 5. putat. v. Alciat. Parerg. 7, 10. Solent auctores elegantiæ causa leges communes transgredi. 17 Exul erat, v. mox c. 5, 1.

II. Hi omnes fere Athenas se contulerant 1, non quo sequerentur otium, sed, ut quemque ex proximo 2 locum 3 fors 4 obtulisset, eo patriam recuperare 5 niterentur 6. Itaque cum tempus est visum 7 rei gerendæ, communiter 8 cum his, qui Thebis idem sentiebant 9, diem delegerunt, ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum 10, quo magistratus 3 simul consveverant epulari 11. Magnæ sæpe res, non ita magnis 12 copiis sunt gestæ 13: sed profecto nunquam ab tam tenui initio 14 tantæ opes 15 sunt profligatæ 16. Nam duodecim adolescentuli coierunt 17 ex his, qui exilio erant multati, cum omnino 18 non essent amplius centum 19, qui tanto se offerrent periculo 20. qua

1 Quanquam imperarent Spartani, ne reciperentur ab Athenienſibus. 2 Scil. tempore. 3 Quamlibet primam occaſionem ſeu tempus. Nam ut ſpatium & locum & tempus ſignificat: Sic locus eandum ſignificandi amplitudinem ſortitur. 4 Id eſt, *fortuna*. Sic Liv. 31, 41. *Quo fors tuliſſet loco*. Tac. A. 14, 55. *Quæ fors obtulerat, telis confectatur*. 5 Reſtitui in patriam ab exilio. 6 Laborarent. 7 Cum commoda apparuiſſet occaſio. 8 Communi conſilio. 9 Qui conſpirabant; quorum primarii erant Charon & Philadas, ſcriba civitatis. 10 Scil. diem. 11 In anniverſaria magiſtratuum variatione convivium lautum inſtituebatur. 12 i. e. Parvis, repetitio vocis aliter conſtructæ ſuaviter adficit. 13 Probant id res geſtæ Samſonis, Jonathæ aliorumque heroum. 14 Occaſione tenuis rei oblata. 15 Potentia & vires. 16 Subverſæ. 17 Conſpirarunt. Cum Melone ſeptem fuiſſe tradit Xenophon. 18 Si ſocios omnes numeres. 19 *Quam* centum. *Quam* eleganter omittitur. 20 Qui auderent rem periculoſam.

qua paucitate percussa 1 est Lacedæmoniorum potentia. Hic enim non magis adversariorum factioni, quam Spartanis 2 eo tempore bellum intulerunt 3: qui principes erant totius Græciæ. Quorum imperii majestas 4, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab hoc initio percussa cecidit 5. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cum Athenis interdiu 6 exissent, ut vesperascente cœlo 7 Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti 8, quo minore suspicione facerent iter 9. Qui cum tempore ipso 10, quo studuerant 11, pervenissent, domum Charonis devenerunt 12, a quo & tempus & dies erat datus 13.

Hoc loco libet interponere 14, etsi sejunctum III. ab re proposita est 15, nimia fiducia 16 quantæ calamitati soleat esse 17. Nam Magistratuum

The-

1 Convulsa, labefactata. 2 Quibus factio illa nitebatur. 3 Ex parva re bellum ortum, quo Thebani vicerunt Lacedæmonios. 4 Intelligitur eminentia imperii Laconici & principatus Græciæ. Tyrannis 15, 6, 4. vocatur. Hinc placet aliquibus: *imperiosa majestas*. 5 Penitus eversa est. 6 In crepusculo, surgente sole seu die. 7 Sole occidente, vesperi. 8 Ac si essent venatores. 9 Ne quis in itinere suspicaretur, eos esse exules. 10 Præcise definito. 11 Voluerant. 12 Alii *diverterunt*. 13 Ex compositio præfinitus & dies certus & tempus ejus vespertinum. 14 Judicium sententiamque scriptioni inserere, quod alias Philosophi & inprimis Politici est. 15 Ab historia simpliciter pertexenda alienum est. 16 Securitas ex confidentia. 17 Quantum afferat damnum.

Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem deveniſſe. Id illi vino epulisque dediti 1, usque eo deſpexerunt, ut ne quærere z
2 quidem de tanta re laborarint 3. Acceſſit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Allata eſt enim epiſtola Athenis ab Archia hierophante 4, Archiæ, qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat 5: in qua omnia 6 de profectione exulum perſcripta erant. Quæ 7 cum jam accubanti in convivio 8 eſſet data, ſicut erat 9, ſignatam ſub pulvinum ſubjiciens 10, *in*
3 *craſtinum* 11, inquit, *differo res ſeveras* 12. At illi omnes, cum jam nox proceſſiſſet 13, vinolenti 14. ab

1 Non de ſtudio & vitio perpetuo, ſed de ipſo actu perpotationis & epulationis hic accipitur. 2 Explorare tantam rem. 3 Studuerint, annixi fuerint. Plutarchus excipit Leontidam, quem ſobrium majori cum periculo exſules aggreſſi. 4 Duo ejusdem nominis fuerunt Archiæ, hic Athenis, alter Thebis, quorum ille cuncta alteri perſcripſit. Erant autem Hierophantæ ſacrorum antiſtites & interpretes. v. Alex. ab Alex. 4, 7. & 5, 17. Meurſ. Eleuſ. c. 13. Elmenhorſt. & Heralt. ad lib. 5. Arnobii, & Jac. Godofredi not. ad L. 14. Cod. Theod. de pagan. ſacrif. & templ. 5 Cui ſumma poteſtas erat. 6 Omnes circumſtantiæ. 7 Epiſtola. 8 Qui jam deditus erat vino epulisque. 9 Formula, qua rei ſtatus & conditio præſens & immutata exprimitur. conf. Curt. 8, 3, 10. Suet. Oth. c. 8. Claudian. conf 3. Honor. v. 163. 10 Supponens pulvino. conf. Curt. 2, 6, 7. 11 Scil. diem. 12 Alias *ſerias*. Plut. εἰς ἄυριον τὰ σπουδαῖα. quod in proverbium abiit. v. Eraſm in Chiliad. Plaut. Pœn. act. 2, 51. *Res ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem.* 13 Media fere nocte. 14 Ebrii, de actu. Sed MSS. Ernſtii *vino pleni*. Exempla exitioſæ ejusmodi crapulæ ap. Juſtin. 1, 8. Curt. 4, 4, 5. Liv. 25, 24. &c.

ab exulibus duce Pelopida sunt interfecti 1. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato 2, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, præsidium 3 Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt 4, patriam obsidione liberaverunt. Auctores 5 Cadmeæ occupandæ partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.

Hoc tam turbido tempore 6, sicut supra docuimus 7, Epaminondas, quoad 8 cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit 9. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus 10 est Pelopidæ: ceteræ 11 fere omnes communes cum Epaminonda. Namque in Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux 12 delectæ manus 13, quæ prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus præterea periculis IV. 2 3

1 A juvenibus exsulibus muliebri ornatu intromissis, ut addunt Xenoph. Plut. & Polyænus. 2 Vel voce vel etiam propositis libellis. 3 Milites præsidiarios tuendæ arci impositos. 4 Depulerunt. 5 Quorum opera, impulsu, consilio res gesta erat. 6 In hoc ipso tumultu civili & cæde. 7 Quemadmodum exposuimus, narravimus *15, 10, 3.* 8 Quamdiu, interim dum. 9 Studio partium & civili tumultu abstinuit. Quare nec cum aliis in exsilium missus, sed propter philosophiæ studium & paupertatem contemtus a tyrannis ac factiosis. 10 Gloria ex commendatione liberationis ejus soli huic tanquam auctori facta debetur. 11 Laudes. 12 Præfuit parti copiarum. 13 Quam ex toto exercitu legit Epaminondas, ut, cum cæteri fugam simularent, incurreret. v. not. ad *1, 1, 4.*

lis 1 affuit. Sicut Spartam cum oppugnavit, alterum tenuit cornu 2: quoque Messena 3 celerius restitueretur, legatus in Persas 4 est profectus. Denique hæc fuit altera persona 5 Thebis, sed tamen secunda 6, ita ut proxima esset Epaminondæ.

V. Conflictatus autem est cum adversa fortuna 7. Nam & initio, sicut ostendimus, exul patria caruit: & cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum 8 se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum 9 esse consuesset 10, a tyran-

1 Laboribus belli, pugnis, præliis. 2 Præfuit uni alæ: in duo enim cornua s. alas dividitur acies. v. Lipsium. Rom. 2, 7. 3 Diruta a Lacedæmoniis. v. supra 15, 8, 5. 4 Ad regem Persarum, ad quem Spartani legatos miserant. Thebani ergo suspicantes, contra se & Messenæ instaurationem actum iri, Pelopidam miserunt, qui impetravit etiam Messenam restitui & habitari. 5 Unus ex duobus ipse fuit, quibus resp. plurimum debebat. Metaphora sumta a theatro & personis scenicis. 6 Primo inferior fuit: primo proximus, non par; seu ita, ut superiorem brevissimo intervallo sequeretur. 7 Cum fortuna repugnante cœptis veluti decertavit. 8 Salvum & tutum. Nam legati nomen etiam inter hostium tela impune versari debet. v. Grot. J. B. & P. 2, 18. & Paschalius, itemque Marselarius, qui hoc argumentum præ cæteris illustrarunt. 9 Inviolabile. Peccarunt ergo contra jus gentium Fidenates, quod, ut sine spe veniæ fortius dimicarent, legatos Romanorum ad se missos interfecerint. Aur. Vict. de V. illustr. c. 25. 10 Consuetudine quadam religio rei apud omnes servata esset.

ranno Alexandro Pheræo 1 simul cum Ismenia 2 comprehensus, in vincula conjectus est. Hunc 3 Epaminondas recuperavit 4 bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is 5 animo placari 6 potuit in eum, a quo erat violatus 7. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur 8, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli cum ei summa 9 esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit 10, simul ac conspexit hostem, confligere. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit 11, incensus ira 12 equum in eum concitavit, proculque degressus 13 a suis, conjectu telorum confossus 14 ceci-

2

3

4

1 Hujus Pherarum Tyranni mentio fit in not. ad 13, 4, 2. crudelitatem illius Neronianæ persimilem facit Plut. p. 293. 2 Qui cum Pelopida Pheras missus ad causam dispiciendam inter Thessalos & Tyrannum, de quo illi questi fuerant. 3 Pelopidam. Nam Ismenias Lacedæmonem abductus ibique necatus est. Plut. p. 280. 4 Liberavit ex vinculis. Rarius de personis *recuperare* occurrit; sic tamen & Cæs. B. G. 3, 8. Frontin. 8, 1. Val. Max. 5, 2, 5. 5 Pelopidas, qui captus fuerat. 6 Reconciliari ei. 7 Læsus per captivitatem. 8 Ut opem ferrent regioni oppressæ. 9 Substantive seu potius ellyptice: Subintelligitur enim potestas, vel res (quomodo Virg. Æn. 2, 3, 22. *rem summam* dixit,) vel ratio, vel aliquid simile. 10 Fiducia promptus conatus adfuit. 11 Vidit, conspicatus est. 12 Commotus graviter. Sen. de ira 1, 1. dixit, *ruinis eam esse simillimam, quæ super id, quod oppressere, frangantur.* 13 Longius provectus. Alii *digressus*: sed *degredi* est & apud Liv. 7, 14. & 24. Tac. H. 2, 66, 6. 14 Confixus, supra 14, 9, 5.

cidit. Atque hoc secunda victoria 1 accidit. Nam jam inclinatæ erant 2 tyrannorum copiæ. 5 Quo facto omnes Thessaliæ civitates 3 interfectum Pelopidam coronis aureis 4, & statuis æneis, liberosque ejus multo agro donarunt 5.

1 Sequente vel comitante fortuna partes Pelopidæ; vincentibus Thebanis. Sic Nigidius apud Gell. 2, 12. *secundum solem*, Virg. *secundum currum*, *amnem*, *fluvium*, alii *secundum ventum* dixerunt. 2 Fugam spectarunt; pugna desiit esse ἰσόρροπος. Sic quoque Vellej. 2, 55. 1. & 2, 52, 3. Suet. Cæs. 62. Flor. 4, 7, 12. 3 Quia propter victoriam Alexander solo Pherarum dominatu contentus esse cogebatur. 4 Στεφάνους ἐπινικίους intelligit Paschal. de Coron. 7, 5. Sed & honoris ergo auream coronam Castricio mortuo imponendam Pergamenos decrevisse, auctor est Cic. pro Flacco, c. 31. v. Kirchm. de fun. 1, 11. 5 Quibus honoribus & studiis prosecuti sint Pelopidæ funus & mortem, docet Plut. in vita, non minus elegantes quam copiose.

XVII.

AGESILAUS.

ARGUMENTUM.

1. *Agesilaus de regno contendit cum fratris filio.* 2. *In Asia pactas cum Tissapherne induvias servat.* 3. *Phrygiam depopulatur: Ephesi militem exercet; alio it, alio se iturum simulat.*

4. Revocatus contra Bœotios, vincit apud Coroneam, & parcit supplicibus. 5. Bello circa Corinthum collato, hac urbe abstinet. 6. Ad Leuctricam pugnam ire voluit: Spartam a Thebanis oppugnatam, singulari servat commento. 7. Pecunia patriam sublevat, munera sibi missa confert in publicum. 8 Corpore deformis apparatuque utens vulgari, contemnitur a barbaris. In portu Menelai moritur.

AGesilaus 1 Lacedæmonius, cum a cæteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico 2 collaudatus est 3. Eo enim usus est familiarissime 4. Hic primum de regno cum Leotychide fratris filio habuit contentionem 5. Mos est enim a majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio 6, ex duabus I. 2

1 v. Plutarch. in vita & alibi. Xenoph. in Agesil. & reb. Gr. Pausan. Laconicis Diodor. *14.* & *15.* Polyb 3. Herodot. 7. Athenæus *14.* Ælianus *4, 16, 7, 13, 18, 20.* & *12, 15.* Polyæn *1, 42, 3. 2, 1, 1.* sqq. *2, 3, 9. 3, 11, 15.* Frontin. *1, 4, 2. 1, 8, 12. 1, 10, 3. 1, 11, 5.* & *17, 2, 6. 3, 11, 2.* Justin. *6, 2, 5.* & *6, 4, 9.* Val. Max. *7, 2. ext. 12.* Cic. Off. *2, 5.* ad Fam. *5, 12.* ad Quint. *1, 2, 2.* de Fin. *2, 35* orat. *2, 84.* & *3, 34.* 2 i. e. Socrat s discipulo. 3 Nam peculiarem de laudibus ejus librum scripsit, quem valde prædicat Cic. ad fam. *5, 12.* 4 Agesilai opera a Spartanis agro donatus, quam causam laudationis reddit Themistius orat. ad Cæl. 5 Disceptavit cum eo non armis, sed jure & legibus. 6 Quod circumscriptum erat auctoritate Ephororum & senatus. v. *4, 3, 4.*

bus familiis Proclis & Eurysthenis 1; qui principes 2 ex progenie 3 Herculis, Spartæ reges
3 fuerunt 4. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri 5 non licebat. Itaque uterque suum retinebat ordinem 6. Primum ratio habebatur 7, qui regnans decessisset. Sin 8 is virilem sexum 9 non reliquisset, tunc eligebatur, qui
4 proximus esset propinquitate 10. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai, filium reliquerat Leotychidem, quem ille natum non agnorat 11: eundem moriens suum 12 esse dixerat. Is de honore regni 13 cum Agesilao suo patruo 14 contendit: neque id, quod petivit 15,
5 consecutus est. Nam Lysandro suffragante 16, homine, ut ostendimus supra, factioso 17, & his temporibus potente 18, Agesilaus antelatus est.

Hic

1 Qui Aristodemi filii fratres gemini fuere. v. Cic. Divin. 2, 43. 2 Primi omnium. 3 Stirpe. 4 Proclis posteri Eurypontide a nepote ejus; Eurysthenis Agidæ a filio appellabantur. Horum successionis catalogum ab Hercule enumerat Pausanias. conf. Cragius de Rep. Laced. 2, 2. 5 Scil. regem. 6 In successione scil. & jure familiæ. 7 Ejus, seu potius filii nati ab eo. 8 Pro *si autem*. 9 Filios. 10 Sanguine, cognatione. 11 Pro legitimo partu, pro filio suo. Conf. Curt. 8, 8, 14. Suet. Aug. 6, 5. Nam Alcibiadis putabatur esse, qui stupri consuetudinem cum Timæa uxore Agidis commiserat. 12 i. e. Filium. quibus lacrymis id consecutus sit Leotychides, docet Pausanias. 13 De regno, de dignitate regia. 14 Patris fratre. 15 Nempe regnum. 16 Annitente, partes tuente. v. supra 7, 5. 4. 17 Conf. supra de eodem 6, 1, 3. 18 Magno in civitate, qui multum poterat.

Hic simul atque imperii 1 potitus est, persuasit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent 2 in Asiam, bellumque regi 3 facerent 4: docens, satius esse in Asia, quam in Europa dimicare 5. Namque fama exierat 6, Artaxerxem comparare classem, pedestresque exercitus 7, quos in Græciam mitteret. Data potestate 8 tanta celeritate 9 usus est, ut prius in Asiam cum copiis perveniret, quam regii satrapæ 10 eum scirent profectum. Quo factum est, ut omnes inparatos imprudentesque 11 offenderet 12. Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios 13, inducias 14 a Lacone 15 petivit, simulans, se dare II 2 3

1 Scil. administratione. Alias imperio. 2 Bellatum mitterent. Id quod & Lysandri impulsu factum esse dicitur. 3 Ita Persarum & postea Parthorum reges non solum a suis, sed etiam a Græcis & Rom. scriptoribus ob potentiam & imperii amplitudinem nunc *magni regis*, nunc absolute *Regis* titulo insigniebantur. 4 Inferrent, moverent adversus Regem. 5 Utilissimum esse bellare in ipsius hostis sinu ac visceribus, *bellum transferri ad ipsum fontem & caput regni*. v. Just. 13, 6, 11. 6 Emanarat. ἐξῆλθεν ἡ φήμη Matth. 9, 26. Svet. Ner. 53. *exierat opinio*. 7 Equites & pedites. 8 Scil. belli gerendi. 9 Expeditionis suæ, qua celeritate maximæ res conficiuntur. v. Veget. 4, 31. Just. 11, 2, 10. Cæs. B. G 7, 10. 10 Hi sunt, quos alibi *principes provinciarum*, *præfectos*, *pratores* vocari constat. Eratque omne Persarum imperium in ejusmodi satrapias divisum, v. Bernegg. ad Just. 5, 2, 5. 11 Inscientes. 12 Deprehenderet, inveniret, occuparet. 13 Inter Satrapas & imperatores alios erat præcipuus. v. 9, 3, & 4. 14 Armistitium. 15 Agesilao. conf. 7, 10, 2.

re operam, ut Lacedæmoniis cum rege conveniret 1: re autem vera ad copias comparan-
4 das 2: easque impetravit trimestres 3. Juravit autem uterque, se sine dolo inducias conservaturum 4. In qua pactione 5 summa fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes nihil aliud
5 quam bellum comparavit 6: Id etsi sentiebat Laco, tamen jusjurandum servabat, *multumque in eo* 7 *consequi se* 8 dicebat, *quod Tissaphernes perjurio suo, & homines suis rebus abalienaret* 9 *& deos sibi iratos redderet* 10: *se autem servata religione* 11 *confirmare exercitum* 12, *cum animadverteret* 13, *deorum numen* 14 *facere secum* 15 *hominesque sibi conciliari amiciores* 16; *quod iis studere* 17 *consuessent, quos conservare fidem viderent.*

III. Postquam inducierum præteriit dies 18, bar-
barus

1 Ut pax conciliaretur inter utrosque; ut controversiæ amicis pactionibus transigerentur & tollerentur. 2. Subintellige, *petivit inducias*, aliud præ se ferens, aliud cogitans & clam moliens. 3 In tres menses. 4 Servaturum. 5 Inducierum scil. jurejurando sancita. 6 Atqui hoc salva fide facere potuit, nisi juraverit, contra paratum stare inparatum, ac velle offensioni patere. adde Grot. J. B. & P. 3, 21, 7. cum nostro facere videtur Gentilis de J. B. 2, 13. 7 Pro eo plenius. conf. 2, 6, 3. 4, 2, 6. 8 Lucrati quasi. 9 Hostes faceret malo perjurii fructu. 10 Offenderet. 11 Servato jurejurando seu religione juramenti. 12 Militum animos firmos reddere, & fiducia & spe bona complere. 13 Ille ipse exercitus. 14 Pro ipsis diis potest capi. 15 Sibi benevolum esse. 16 Itidem magis benevolos reddi, ut se adjuvent. 17 Benevolentiam & partium favorem addicere. 18 Ultimus, terminus, meta. v. Grot. l. c. §. 4.

barus 1 non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia 2 in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima 3, eo potissimum hostes impetum 4 facturos: omnes suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit 5, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret 6. Magna præda militibus locupletatis, Ephesum hiematum 7 exercitum reduxit 8: atque ibi officinis armorum 9 institutis 10, magna industria 11 bellum apparavit. Et quo studiosius armarentur 12 insigniusque ornarentur 13 præmia proposuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria 14. Fecit idem in exercitationum 15 generibus, ut, qui ceteris 2 3

1 Persa, Tissaphernes. 2 Sedes, possessiones, prædia, imo & domus ordinaria. 3 Ubi se milites locupletare ubertim omniumque rerum copia abundare possent. 4 Impressionem, incursum. 5 Polyæn. & Front. Lydiam petiisse scribunt, quæ Phrygiæ est finitima. 6 Priusquam educeret exercitum. 7 In hibernacula. 8 Quia exta sacrificanti parum læta fuerant. 9 Uti & Tac. vocat H. 2, 82, 1. Cæs. B. C. 1, 34. Hirt. B. Alex. c. 2. 10 Tanta cura, ut ipsa urbs Xenophontis judicio videretur ἐργαστήριον τῶν πολέμων esse. 11 Diligenter. 12 Ut magis fulgentia & nitida arma haberent. 13 Quanquam auri fulgor atque argenti neque tegat neque vulneret (v. Tac. Agr. 32, 6. Justin. 11, 13, 11. Curt. 3, 2, 12. Liv. 10, 39.) tamen & splendor armorum cultusque militaris diligentia laudata & utilis. v. Herm. Hugo de Milit Equ. 3, 3. & 4. Sic *exercitus ornatus* apud Tac. H. 3, 63, 2. 14 Qui curæ id sibi habuissent. 15 Militarium: quam rem copiose exemplis ducum locisque scriptorum illustrat Hugo l. c. 3, 1. conf. Claud. de 4. Cons. Honorii v. 320. sqq. cum not. Barthii p. 656. s.

teris præstitissent 1, eos magnis adficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatissimum & exercitatissimum 2 haberet exercitum. Huic cum tempus 3 esset visum, copias extrahere ex hibernaculis 4: vidit 5, si, quo esset iter facturus, palam pronunciasset 6, hostes non credituros, aliasque regiones præsidiis occupaturos, nec dubitaturos aliud 7 esse facturum ac 8 pronunciasset 9. Itaque cum ille Sardis 10 iturum se 11 dixisset; Tissaphernes eandem Cariam 12 defendendam putavit. In quo cum eum opinio fefellisset 13, victumque se vidisset consilio: sero 14 suis præsidio 15 profectus est. Nam cum illo 16 venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna erat præda potitus. Laco autem 17, cum videret

1 Meliores fuissent. 2 Non solum apparatu bellico splendide instructum, sed & ad quævis munia militaria bene præparatum. 3 Lambinus mallet *tempus* omittere. 4 Pro hibernis, ut apud Sallust. Cat. 123. alias & *hibernacula* pro ipsis tentoriis sumuntur, sive pro pellibus, sub quibus antiquitus milites hiemabant. 5 Intellexit, quod antea falso rumore hostem fefellerat. 6 Si edixisset, vel si profiteretur. Pronunciare significat palam nunciare. Ergo Pleonasmus hic est. 7 Sc. Agesilaum. 8 *Ac* pro *quam* ponitur. 9 Ut denuo illuderentur. 10 Sardes seu Sardeis, antique Sardis, urbem Lydiæ primariam. 11 Cum exercitu scil. 12 Quam antea tutatus fuerat §. 1. 13 Cum errasset, cum aliter res evenisset. 14 Quarto die postquam Agesilaus jam Lydiam ingressus ac populatus erat. 15 Ad præsidium ferendum. 16 i. e. illuc. 17 Ipse Agesilaus.

ret hostes equitatu superare 1, nunquam in campo 2 sui fecit potestatem 3, & his locis manum conseruit 4, quibus plus pedestres copiæ valerent 5. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est 6, multo majores adversariorum 7 copias, & sic in Asia versatus est 8, ut omnium opinione victor duceretur.

Hic cum animo 9 meditaretur 10 proficisci IV. in Persas, & ipsum regem 11 adoriri; nuntius 12 ei domo venit ephorum jussu 13, bellum Athenienses & Bœotios indixisse Lacedæmoniis 14: quare venire non dubitaret 15. In hoc non mi- 2 nus ejus pietas 16 suspicienda 17 est, quam virtus bellica: qui cum victori 18 præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam 19 regni Persarum potiundi: tanta modestia 20 dicto audiens

1 Superiores esse. 2 In planitie, ubi equitatus maxime prævalet atque ordines peditum facile rumpit. 3 Sui copiam scil. ad pugnam, non obtulit se pugnæ. Sic *periculum sui facere* Curt. 4, 9, 12. 4 Ad Meandrum conflixit. 5 Plus efficere possent. 6 Manum conseruit. 7 Hostium. 8 Sic se gessit. 9 Concise dictum pro *in animo*. 10 Cum constituisset apud se. 11 Artaxerxem Mnemonem, adversus cujus Satrapas adhuc pugnaverat. 12 Scytalam ab Ephoris afferens. 13 E MSS. legendum *missu*, i. e. mittentibus Ephoris. Similiter Solinus c. 2. *legatus venerat missus Marsiæ Regis*; uti quidem Salmas. eum locum correxit. 14 Quod ut facerent, a Rege Persarum pecunia præsidesque urbium Græcarum erant corrupti. 15 i. e. omnino veniret. Ita Flor. 1, 7, 6. Curt. 6, 4, 14. 16 Obsequium in patriam, reverentia erga superiores. Ita sæpe Cic. Invent. 2, 22. Somn. Scip. c. 3. &c. 17 Probanda, æstimanda. 18 Victoriis claro & formidabili. 19 Spem certam & plusquam spem. 20 Civilitate obsequii.

diens fuit 1 jussis absentium magistratuum, ut si privatus 2 in comitio 3 esset Spartæ. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi
3 voluissent 4. Sed illuc redeamus 5. Agesilaus opulentissimo regno 6 præposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit 7, si institutis patriæ 8 paruisset 9, quam si bello su-
4 perasset Asiam 10. Hac igitur mente 11 Hellespontum copias trajecit, tantaque usus est celeritate 12, ut quod iter Xerxes anno vertente 13 confecerat, hic tranfierit 14 triginta diebus.
5 Cum jam haud ita longe abesset a Peloponneso 15, obsistere ei 16 conati sunt Athenienses & Bœo-

1 Paruit, morem gessit. 2 Sine imperio. 3 Xenoph. ἐν τῷ ἐφορείῳ. 4 Tangit Principes Romanos, Jul. Cæsarem, Antonium &c. qui jussi ab Senatu exercitum dimittere, non paruerunt. v. Svet. Cæs. c. 30. Flor. 4, 3. 5 Hac formula finitur illico interjectio, egressio. 6 Persarum scil. quo potiri poterat. 7 v. Piccarti observ. 21, 1. gemina exempla notantis. 8 Respicitur ad formam reip. 9 Non morem hic tantum gessit Ephoris, sed his etiam supervenientibus, cum in regio sederet solio, assurrexit, novoque Senatori semper Iænam ac bovem donavit, ut tradit Plutarchus. 10 Πείθεσθαι ἄμεινον, inquit Hesiodus, obtemperare melius est. 11 Proposito, studio 12 Itineris. 13 Integre circumacto, completo, cujus scil. cursus natura vertitur eodem, ubi incipit. Censorino de Die nat. c. 19. est natura, dum sol 12. signa percurrens eodem, unde profectus est, redit. Phrasi hac aliquoties usus Cicero. 14 *Transire iter* dictum, ut *transire fluvium, mare, saltum &c.* & *transire vitam* apud Sallust. Cat. 1. ac Sen. de provid. c. 4. Possis & absolute accipere, ut 2, 9, 1, 7, 9, 3. 15 Confecto itinere per Hellespontum, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam. 16 Cursum impedire, objicere &c.

Bœotii, ceterique eorum socii, apud Coroneam 1: quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriæ vel 2 maxima fuit laus 3, quod cum plerique ex fuga se in templum Minervæ 4 conjecissent 5, quæreturque ab eo 6, quid his fieri vellet; etsi aliquot vulnera acceperat 7 eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui adversus 8 arma tulerant; tamen antetulit iræ religionem 9, & eos vetuit violari 10. Neque 7 vero hoc solum in Græcia fecit, ut templa deorum 11 sancta haberet 12: sed etiam apud barbaros summa religione 13 omnia simulacra 14, arasque conservavit 15. Itaque prædicabat 16, *mirari se, non sacrilegorum numero* 8 *ha-*

1 Quæ est urbs Bœotiæ non procul ab Helicone in monte sita. 2 Pro multo, perquam. σπιτατικῶς. 3 In eo fuit laudabilis victoria. 4 Cognomento *Itoniæ*. Iton autem urbs Thessaliæ est. 5 Illuc se contulissent refugii causa vel quasi in asylum. 6 Et cum interrogaretur. 7 Eandem moderationem Philippi laudat Just. 7, 6, 14. quod nec vulnere iracundior adversus hostes factus sit. 8 Adverbialiter. Sic Cic. Off. 1, 12. *qui contra ferret arma.* conf. auctor ad Herenn. 4, 39. Vellej. 2, 28, 4. 9 Venerationem templi, cujus respectu iræ frenos imposuit. 10 His nocere noluit, quos loci religio redderet inviolabiles. illis parci jussit. conf. Curt. 4, 4, 13. Tac. A. 3, 61, 3. Grot. J. B. & P. 3, 12, 6. 11 Loca religiosa, quæ in bello etiam tuebantur supplices. 12 Inviolabilia esse vellet. 13 Reverentia. 14 Idola in templis & alibi. 15 Honorem earum & jus tuendi supplices non imminuit, neque passus est dirui, quamvis alios Deos Persæ, alios Græci, alios Romani, alios aliæ gentes colerent. 16 Palam ajebat.

haberet 1, *qui supplicibus eorum* 2 *nocuissent* 3: *aut non gravioribus pœnis adfici, qui religionem minuerent* 4, *quam qui fana spoliarent* 5.

V. Post hoc prælium, collatum est omne bellum circa Corinthum 6, ideoque *Corinthium* 2 est appellatum. Hic cum una pugna decem millia hostium 7, Agesilao duce cecidissent 8; eoque facto opes adversariorum 9 debilitatæ viderentur 10: tantum abfuit ab insolentia gloriæ 11, ut commiseratus sit 12 fortunam 13 Græciæ, quod tam multi a se victi vitio adversariorum 14 concidissent; namque illa multitudine, si sana mens esset 15, Græciæ supplicium Persas da-

1 Non annumerari nequissimis templorum violatoribus. v. Curt. 10, 9, 21. 2 Deorum, simulacrorum. 3 Pœnam aut damnum intulissent. 4 Qui negligerent veneration-em rerum religiosarum; sanctitatem placita, instituta religionis. 5 Sacrilegi. 6 Illa sedes belli legitur. conf. 11, 2, 1. 7 Athenienſium & Bœotiorum. 8 Interfecti essent. 9 Magna vis hostium ac numerus. 10 Fractæ, imminutæ, potentia inclinata & decrescente. 11 Ex sensu successuum facile oritur elatio, gloriatio & insultandi libido; (v. Aur. Vict. Cæs. c. 39. Tac. H. 4, 63, 1. & supra de Pausania & Lysandro) Sed Agesilaus usque adeo insolens non fuit &c. de simili modestia Timoleontis Nep. 20, 4, 2. Philipp. Just. 9, 4, 1. 12 Scil. sermone. Sic apud Tac. A. 3, 17, 1. *casum cujus miserari.* 13 Infelicitatem, adversum statum. 14 Adversantium Græcorum culpa & pertinacia, qui contra Spartanos societatem inierant. 15 Virg. *si mens non læva fuisset.*

dare 1 potuisse 2. Idem cum adversarios intra 3
mœnia compulisset 3, & ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur: *negavit id suæ virtuti convenire* 4. *Se enim eum* 5 *esse* dixit, *qui ad officium* 6 *peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas* 7 *expugnaret Græciæ. Nam* 4
si, inquit, *eos exstinguere* 8 *voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt* 9, *nosmetipsi nos expugnaverimus, illis quiescentibus* 10. *quo facto sine negotio* 11, *cum voluerint, nos oppriment* 12.

Interim accidit illa calamitas 13 apud Leu- VI.
ctra Lacedæmoniis: quo ne proficiscerctur, cum a plerisque ad exeundum premeretur 14,
ut

1 Pœnas solvere. Sic Ter. Heaut. 1, 1, 36. *illi de me supplicium dabo.* 2 Xenophon scribit, Agesilaum inclamasse: *O infelicem Græciam! nam hi mortui barbaris satisfacere, vel repellere eosdem aliquando potuissent.* Similis querela de acie Pharsalica Eutropii 6, 16. & Lucani 1. princ. *Heu quantum potuit terræ pelagique parari &c.* 3 Eruptione ab illis infeliciter tentata. 4 Statuit virtuti repugnare. 5 Talem, ejusmodi hominem, tali animo præditum. 6 Ad obsequium debitum. 7 Corinthum Achajæ urbem. Cic. pro lege Man. c. 5. vocat *totius Græciæ lumen.* 8 Expugnando perdere. 9 Pugnarunt, in aciem descenderunt. 10 Ipse Artaxerxes hoc artificio Græcos inter se collisit, ut regno suo otium ab illis constitueret. 11 Facillime. 12 Locus plane parallelus in Sallustii Orat. 1. c. 5. de rep. ordin. *Qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos, ita defessos & exsangues Regi aut nationi præda futuros.* 13 Clades victore Epaminonda. 14 Urgeretur, rationibus multis impelleretur. proprie de feris dicitur, cum eo deducuntur, ut elabi nequeant.

ut si de exitu divinaret 1, exire 2 noluit 3. Idem cum Epaminondas Spartam oppugnaret 4, essetq; sine muris oppidum 5, talem se imperatorem præbuit 6, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset 7, Spartam futuram non fuisse 8. In quo quidem discrimine 9 celeritas ejus consilii 10 saluti fuit universis 11. Nam cum quidam adolescentuli, hostium 12 adventu perterriti, ad Thebanos 13 transfugere vellent, & locum extra urbem editum 14 cepissent 15, Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum 16 esset, quemquam ad hostes transfugere conari, cum suis eo venit, atque ut

1 Animo præsagiret. 2 In hostem & bellum. 3 Misit tamen filium Archidamum, qui alteri cornu præfuit. 4 v. supra 15, 8, 4. & 16, 4, 3. 5 Sen. Suas. 2. *Non est Sparta lapidibus circumdata; Ibi muros* (viros) *habet, ubi muros non habet.* Ipse Agesilaus interrogatus apud Plut. quibus muris cincta esset civitas, ostendit cives armatos. Sed Spartani degeneres tandem circumdederunt murum urbi. v. Just. 14, 1. 6 Gessit, præstitit. 7 Supra 9, 2, 3. *Si ille non fuisset.* Cic. pro Arch. c. 10. *nisi Ilias illa extitisset.* Vulgaris formula est: *absque hoc esset* aut *fuisset*, quæ minus placet Vorst. susp. Lat. c. 9. 8 Desiisset esse Sparta, actum de ea erat, absque hujus viri opera fuisset ac virtute. Elegantiæ servit ejusdem verbi *esse* vel *fuisse* duplex significatus; primo opem, auxilium, operam notat; mox pro durare, consistere, supersesse usurpatur. 9 Periculo maximo. 10 Cum celeriter reperiret, quæ opus essent. 11 Exemplum, quod sequitur, adjungi potest illis, quæ Frontinus Strat. 2, 7. *de dissimulandis adversis* collegit. 12 Epaminondæ & Pelopidæ. 13 Spartam e longinquo obsidentes. 14 i. e. collem suburbanum. 15 Occupassent. 16 Observatum.

ut si 1 bono animo 2 fecissent, laudavit consilium 3 eorum, quod eum locum occupassent, & se id quoque fieri debere 4, animadvertisse. Sic adolescentulos simulata laudatione recuperavit 5, & adjunctis de suis comitibus 6, locum tutum reliquit 7. Namque illi 8, aucto numero 9 eorum, qui expertes 10 erant consilii, commovere se non sunt ausi 11, eoque libentius, quod latere 12 arbitrabantur, quæ cogitarant 13. 3

Sine dubio 14 post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunquam refecerunt 15, neque pristinum imperium 16 recuperarunt 17: cum interim Agesilaus non destitit 18, quibuscunq; re. VII.

1 Ac si. 2 Proposito non sceleste sed honeste. 3 Propositum. paulo aliter Plut. & Polyænus. Id vero, quod Frontinus 2, 7, 9. Datami (de quo 14, 6.) tribuit, huic Agesilai commento est perquam simile: *Assecutus transfugas collaudavit, quod eum alacriter praecessissent. Pudor transfugis attulit pœnitentiam: & consilium suum (quia non putabant deprehensum) mutaverunt.* 4 Necessarium esse. 5 Ex transfugio retraxit, sibi adjunxit. 6 Militibus aliis, quos secum habebat. 7 Insedit. 8 Adolescentes. 9 Multis additis. 10 Non conscii, non participes. 11 Usque adeo molitio nefaria cohibita fuit atque veluti constricta. 12 Occulta esse, ignorari. 13 Juxta sceleste transfugii consilium. 14 Hac formula affirmatur res, & est idem ac *omnino, utique.* 15 Recrearunt. Vires & imperium restaurarunt. Sui noster ipse interpres est verbis, quæ sequuntur. conf. 15, 8, 4. & 16, 2, 4. Translatio autem ab iis, qui a deliquio & gravi morbo se recolligunt. Sic infra 22, 1, 4 *si paulum modo res esset refecta.* Plin. 26, 11. *reficere se ab imbecillitate.* 16 Scil. in cæteram Græciam. 17 Receperunt, restituerunt. 18 i. e. perrexit.

2 rebus posset 1 patriam juvare. nam cum præ-
cipue Lacedæmonii indigerent pecunia: ille
omnibus 2, qui a rege defecerant, præsidio
fuit 3. A quibus magna donatus pecunia, pa-
3 triam sublevavit 4. Atque in hoc illud inpri-
mis fuit admirabile 5, cum maxima munera ei
ab 6 regibus, & dynastis, civitatibusque 7 con-
ferrentur 8, nihil unquam in domum suam
9 contulit 10, nihil de victu, nihil 11 de vestitu
4 Laconum mutavit 12. Domo eadem fuit con-
tentus 13, qua Eurysthenes, progenitor 14 majo-
rum suorum, fuerat usus: quam qui intrarat 15,
nullum signum libidinis 16, nullum luxuriæ 17
videre poterat: contra, plurima patientiæ 18
atque abstinentiæ 19. Sic enim erat instru-
cta,

1 Omni ope, pro virili sua. 2 Satrapis & regulis in citeriore Asia. 3 Lucri causa ipsis adstitit. 4 Impendit facultates suas & reditus ad patriæ salutem. 5 Insigne ad gloriam. 6 Ab pro a in elegantiis numerat Laur. Valla 2, 19. 7 Quia commodis omnium inserviebat. 8 Quotidie fere mitterentur. 9 Nonnullis *in* abest, uti in re plane simili 13, 1, 3. conf. 2, 4, 2. non male tamen additur, uti in simili causa Aur. Vict. de Mummio Achalco: *in domum suam nihil contulit*. Sic supra 7, 3, 6. *in domo sua* pr. *domi suæ*. 10 In suos usus convertit. 11 Eadem vox eleganter repetitur. 12 Uti Pausanias & alii principes. post victorias secundasque res. Eadem constantia & continentia Attici 25, 14, 2. & Viriati apud Just. 44, 2, 8. 13 Non secus ac Atticus 25, 13, 2. 14 Primus vel princeps. v. c. 1, 2. 15 Qui veniebat in eam. 16 Hæc vox voluptates & mollitiem notat. 17 Excessus in cultu & victu. 18 Virtutis facili sumtu contentæ, quæ opponitur libidini. 19 Moderationis, quæ opponitur luxuriæ.

ctai, ut nulla in re differret a cujusvis inopis atque privati 2.

Atque hic tantus vir, ut naturam fautri- IIX cem 3 habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam 4 nactus est in corpore fingendo 5. Nam & statura fuit humili 6, & corpore exiguo, & claudus altero pede 7. Quæ res etiam nonnullam adferebat 8 deformitatem: atque ignoti 9 faciem 10 ejus cum intuerentur, contemnebant 11: qui autem virtutem noverant, non poterant admirari 12 satis. Quod ei 2 usu venit 13, cum annorum octoginta 14 subsidio Thaco 15 in Ægyptum iviſſet 16, & in acta

1 Apparatu, magnificentia cultuque domestico. 2 Ut cum privati civis ædificio conveniret. Licet tamen Regibus suas habere basilicas. 3 Beneficam, propitiam. 4 Novercam quasi. 5 In corpore naturæ aliquem errorem ac deformitatem prætulit. Ovid. in Epist. *difficilis formam natura negavit.* 6 Brevi. De statura non pœnitenda quædam collegit Fr. Junius 2. de pict. Vet. 9, 2. f. 7 Melius putabatur, *incessu regem, quam imperio regnum claudicare.* Just. 6, 2, 5. conf. de claudis Voss. Inst. Orat. 1, 5. p. 78. 8 Addebat. 9 Active, qui eum non norant. Sic Cic. ad fam. 5. *ignotis notam faciebant.* & 5. in Verr. *producere ad ignominiam.* 10 Formam & modum totius corporis contemtibilem, quomodo veteres proprie hanc vocem usurparint, docet Gell. 13, 28. 11 Vulgo enim *magnorum operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie natura dignata est.* Curt. 6, 5, 29. conf. 7, 8, 9. Tac. Agr. 40, 4. 12 Opponitur huic τὸ contemnere. 13 Evenit, contigit. 14 Scil. vir vel senex. 15 Regi Ægyptiorum, qui etiam a Persis defecerant. scribitur & *Taehos*, *Teos* vel *Taos*. 16 Scil. cum exercitu.

acta 1 cum suis accubuisset, sine ullo tecto: stratumque 2 haberet tale, ut terra tecta esset stramentis 3: neque huc amplius, quam pellis 4 esset injecta, eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili 5, atque obsoleto 6, ut eorum ornatus 7 non modo in his regem neminem significaret 8: sed hominis non beatissimi 9 suspicionem præberet 10: hujus de adventu fama cum ad regios 11 esset perlata, celeriter munera ei cujusque generis sunt allata 12. His quærentibus Agesilaum, vix fides facta est, 13 unum esse ex his 14, qui tum accubabant. Qui cum regis verbis 15, quæ attulerant, dedissent 16, ille præter vitulina 17, & hujusmodi genera obsonii 18, quæ præsens tempus desiderabat,

1 i. e. In littore maris, e Græco ἀκτὴ, quæ proprie vox Attica juxta Strab. *1.* & Photium cod. *279.* Latino præter Nep. usi Virg. Æn. *5.* v. *613.* Cic. Verr. ult. c. *25.* & *31.* Prudent. adv. Symmach. *1.* v. *130.* 2 Lectum, super quo accubabat. 3 More rustico & priscorum, quibus id genus cubilia erant. 4 i. e. Nihil præter pellem, quæ strati tegumentum fuit. 5 Viliori. 6 Detrito, sordido, ut apud Curt. *6, 9, 25. obsoletum amiculum.* 7 Cultus admodum exilis. 8 Ostenderet, conspicuum faceret. 9 Superlativi elegans est usurpatio cum negatione, i. e. non admodum beati, non sane felicis, non opulenti, non instructi copiis rei familiaris. 10 Faceret, ut Agesilaus talis suspectaretur. 11 Scil. præfectos, vel etiam absolute regii dicuntur, qui Regis provincias administrarunt. 12 Mos hic etiam nunc obtinet, ut Principes & Reges splendidis donis excipiantur. 13 Vix quærentes persuasi, ut crederent Suet. Vesp. *c. 7. cum vix fides esset.* 14 Comitibus. 15 Regis nomine. 16 Obtulissent. 17 Carnes vitulinas bene assas & coctas. 18 Pisces & alios cibos, quos cum pane edimus.

bat 1, nihil accepit, unguenta 2, coronas 3, secundamque mensam 4 servis 5 dispertiit, cetera referri jussit. Quo facto eum barbari 6 magis 5
etiam contemserunt 7, quod eum ignorantia bonarum rerum 8 illa potissimum sumsisse arbitrabantur 9. Hic cum Ægypto revertere- 6
tur; donatus a rege Nectanebo 10 ducentis viginti talentis 11, quæ ille muneri populo suo 12 daret: venissetque in portum 13, qui Menelai vo-

1 Ad pellendam famem, quia omnis fere victus consumtus erat. 2 Luxuriæ instrumenta. v. Cic. Catil. 2. c. 5. Horat. Od. 3, 14, 17. 3 Convivales easque pretiosas intelligit Paschal. de cor. 2, 3. Sed Athenæus 15. 6. refert ex Theopompo, Ægyptios Agesilao inter alia munera papyrum coronariam misisse. Conf. de eorum coronis Plin. 13, 11, & 21, 2. 4 Sic vocantur bellaria, quæ convivis alio cibo potuque satiatis apponuntur ad eorum appetitum denuo excitandum; de quorum instructu Struck. Antiqu. Conv. 3, 2. conf. Horat. Sat. 2, 2, 121. 5 Helotis. Idem Agesilaum fecisse donis apud Thasios oblatis notat Plut. in Apophth. Lac. Simile quid de Lysandro Ælian. 3, 20. 6 Ægyptii. 7 Imo irriserunt, & dictis falsis atque amaris infectati sunt, ut alii narrant. 8 Ἀγροικίας, ἀπειρίας, ἀναισθησίας, ἀβελτερίας, nam & Græcis ἀβέλτερος explicatur τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. Constat autem hoc vitium rusticitate, simplicitate judicii & sensuum, si quis plane a deliciis abhorreat. 9 Sed hæc erat abstinentia ejus, qui adsuetus disciplinæ Laconicæ & frugalitate nullum deliciarum usum admittebat. 10 Imo Tacho, ut vult Diodorus. Sed Plutarchus restatur: Agesilaum, cum populus defecisset a Tacho, Nectanebi regnum confirmasse. 11 Quæ faciunt centum triginta duo millia coronatorum, v. 15, 4. 1. 12 Lacedæmonio, qui indigebat pecunia. 13 In deserto quodam Africæ littore.

vocatur 1, jacens inter Cyrænas 2 & Ægyptum:
7 in morbum implicitus decessit 3. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent 4, quod mel non habebant 5, cera circumfuderunt 6: atque ita domum retulerunt.

1 A Menelao Rege huc appulso in fumosis ex Trojano bello erroribus, quos singulari libro Aristonicus Grammaticus scripsit, ex quo excerpsit Strabo I. p. 26. conf. 17. p. 176. Ptolemæus 4, 5. in Marmaricæ tractu a mari paulo reducit urbem, quam Menelaum vocat. 2 In Sing. Cyrene urbs Lybiæ, a qua circumjacens regio Cyrenaica dicta. 3 Octuagenario major. 4 Defunctos peregre Reges domi sepeliebant; cæteros eo loco, ubi mortui erant. 5 *Mellis natura talis est, ut putrescere corpora non sinat.* Plin. 22. 24. conf. Colum. 12. 45. Melle ergo Lacedæmonii cadavera, quæ servari vellent, condiebant. *Persæ cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.* Cic. Tusc. 1, 45. conf. Herod. 1, 140. Lirchm. de fun. 1, 8. 6 Alias quoque in patriam ossa relata. v. 18, 4. 4. & c. 13, 4. Propert. Eleg. 3, 11. Turneb. 26, 33.

XVIII.

EUMENES.

ARGUMENTUM.

1. *Eumenes primum Philippi & Alexandri scriba: postea alæ præfectus.* 2. *Cappadocia tam fortitus, carus Perdiccæ fuit, & fidus.* 3. *A Perdicca oppositus Europæis adversariis.* 4. *Vin-*

4. Vincit Neoptolemum singulari pugna, Craterum amplo funere effert. 5. Ab Antigono damnatus, fictus & obsessus callido invento evadit. 6. Olympiadi consulit & liberis Alexandri. 7. Contra Antigonum Alexandri auspicia in castris singit. 8. Antigoni victor veteranorum licentia impeditur. 9. Callido consilio hostem deludit. 10. A suis proditus, victur vicio in custodiam traditur. 11. Hujus impatiens supplicium postulat. 12. De consilii sententia inedia tentatus ferro consumitur. 13. Hoc superstite nemo ducum regis nomen sumsit. Honestum ejus funus.

EUmenes 1 Cardianus 2. Hujus si virtuti I.
par data esset fortuna 3, non ille 4 quidem major, sed multo illustrior, atque etiam honoratior 5: quod magnos homines virtute metimur 6, non fortuna 7. Nam cum ætas ejus cecidisset in ea tempora 8, quibus Macedones flo- 2
re-

1 v. Plutarch. in vita. Diod. Sic. *18.* & *19.* Polyænus *4, 8.* & *4, 6, 9.* ſ. Frontin. *4, 7, 34.* Just. *13, 4.* & *8, 14, 1.* ſqq. Arrianus & Curtius passim. Alius fuit Eumenes Pergami Rex, de quo Nep *23, 11.* 2 Ex Cardia Thraciæ urbe, quæ & Cardiopolis, quam in gratiam Eumenis immunem a tributis Philippus fecisse dicitur. Eversa a Lysimacho novæ Lysimachiæ locum dedit. 3 Felicitas, bonus semper successus. 4 Abundat *ille* elegantur, nec sine nervo. 5 Subintellige *fuisset*, vel *evasisset*. *alia clariora sunt, alia majora*, dicente Plinio Epist. *3, 16.* 6 Æstimamus, pendimus. conf. Cic. ad fam. *5, 17.* Sen. Epist. *76.* Ovid. Pont. *1, 9, 39.* 7 Nec ob secundam magni, nec ob adversam viliores. 8 Eleganter pro *cum viveret iis temporibus.*

rerent 1, multum ei detraxit 2 inter hos viventi, quod alienæ erat civitatis 3: neque aliud huic defuit, quam generosa stirps 4: etsi ille domestico summo genere 5 erat. Tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant 6: neque tamen non patiebantur 7. Vincebat 8 enim omnes cura 9, vigilantia 10, patientia 11, calliditate & celeritate ingenii 12. Hic per adolescentulus 13 ad amicitiam accessit 14 Philippi Amyntæ filii 15: brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem 16. Fulgebat 17 enim jam in adolescentulo indoles virtutis 18. Itaque eum habuit ad manum 19 scribæ

1 Potentia & excellentia imperii per Philippum & Alexandrum M. 2 Nocuit, obstaculo fuit. 3 Erat alienigena, aliunde ortus. 4 Generis claritas. 5 Domi nobilis. Sed Duris Samius, vetus historicus, apud Plut. patrem ex aurigatione victum sibi quæsivisse refert. 6 Hac formula & animus obtrectatorum commotus & prævertendi studium notatur. 7 i. e. Inviti patiebantur, nolentes volentes concedebant. 8 Antecellebat. 9 Studio, diligentia. 10 Alacritate. 11 φιλοπονίᾳ & solertia. 12 Peritia in dandis consiliis, & ad cuncta, quæ accidunt, infortunia evitanda. 13 Annos natus 17. aut 18. Nam quod ex c. 13, 1. constat, vixit annos 65. Regibus 20 apparuit, nec integros 8. supervixit Alexandro. 14 Amicus factus est. 15 Qui fuit pater Alexandri M. 16 Fuit in intimis Regis. 17 Explendescebat. v. Svet. Tit. 3. 18 *Ipsius ingenium magnum spondebat virum*, quod de Philippo Just. 7, 6, 1. conf. de aliis idem Just. 2, 9, 15. 11, 1, 9. 29, 1, 8. Vellej. 2, 94, 1. Claud. laud. Stil. 1. v. 39. *mens ardua semper a puero teneris que etiam fulgebat in annis.* 19 Usus est ejus ministerio, semper eum præsto habuit veluti amanuensem, qui Svet. Aug. 67. *a manu* dicitur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0263
DFG

bæ loco 1: quod multo apud Grajos honorificentius 2 est, quam apud Romanos 3. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii 4 scribæ existimantur: at apud illos 5 contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco 6, & fide, & industria 7 cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem 8. Hunc locum 9 tenuit amicitiæ apud Philippum 6 annos septem. Illo interfecto 10, eodem gradu 11 fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore 12 præfuit etiam alte-

1 Plut. vocat ἀρχιγραμματέα id sonat scribarum principem & præfectum, cum quo Rex omnia etiam gravissima negotia communicabat; tales hodie sunt Cancellarii & Secretarii. 2 Honoratius. 3 Athenis pariter ut Romæ vile fuisse scribarum munus, docet Petitus ad leg. att. p. 257. s. de scribis præterea multa & scitu digna congessit Casp. Barthius Adversar. 30, 1. Herm. Hugo de prima scrib. orig. c. 32 Dan. Fessel. Adversar. S. 1, 1. Freinsh. ad Curt. 7, 3, 4. 4 Servi, mercede conducti: non sine nota vilis animi & operæ hæc vox opponitur honestis ac industriis viris, qui fidem potius quam lucrum spectant, majorumque rerum actores sunt. conf. 16, 3, 2. 5 Macedones & alios Grajos. 6 Scil. ortus: locus ponitur pro familia, ut paulo ante & paulo post pro gradu & dignitate. 7 Prompta facilitate, qualis in rerum actu dextre tractando exigitur. 8 Designatur his verbis ipsius muneris gravitas, de qua & §. 6. v. Kirchmer. de officio & dignit. Cancellarii 4, 2. Traj. Boccal. relat. 1, 38. 9 Gradum, uti mox vocat. ad eundem modum loquuntur Cæs. B. G. 1, 20. Svet. Oth. c. 2. &c. 11 A Pausania. v. Just. 9, 7. 12 Scil. honoris & amicitiæ. Sic Curt. 5, 10. & 6, 7, 32. 12 Extremis Alexandri annis.

teri 1 equitum alæ 2, quæ hetærice 3 appellabatur. Utrique 4 autem in consilio semper adfuit 5. Et omnium rerum habit9 est particeps 6.
II. Alexandro Babylone 7 mortuo, cum 8 regna singulis familiaribus9 dispartirentur10, & summa rerum 11 tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat 12,
2 Perdiccæ: ex quo omnes conjecerant 13, eum regnum ei commendasse 14, quoad 15 liberi ejus

1 Uni ex duabus, duæ enim alæ erant, & dextra & sinistra, v. Gell. *19, 4.* Vet. *et, 2, 1.* conf. infra c. *13, 1.* Nonnullis ex MSS. placet *altera*, quia veteres hanc & similes voces ita inflexerunt. v. Ter. Heavt. *2, 3, 30.* & Evn. *5, 6, 3.* Sic infra *20, 3, 2. totæ insulæ* in MSS. v. Voss. de Anal. *1, 3.* 2 Ita dicuntur equitum ordines, quod in exercitu circum legiones tanquam alæ in avium corporibus locentur. v. Gell. l. c. 3 Arrian. *5, 2.* τῶν ἑταίρων τὸ ἄγημα. Tale nomen impositum præstantissimis equitum apud Macedones ab amicitia & veluti sodalitate regia. 4 Philippo & Alexandro. 5 Ergo Consiliarius fuit. 6 Tanquam majorum rerum minister. 7 De hac urbe Alexandro fatali v. Freinsh. Suppl. Curtii *1, 3, 22.* & *10, 4, 16.* seqq. 8 Longior hæc est periodus, post multa παρενθετικῶς inserta sequitur: *hoc tempore data est Eumeni &c.* 9 Amicis regis. 10 Passive pro distribuerentur. De regnorum ab Alexandri excessu divisione præter Just. & Oros. *3.* ext. varii varie. 11 Scil. potestas. 12 Interrogatus a circumstantibus, cui regnum relinqueret, respondit: optimo. annulum vero digito detractum Perdiccæ tradidit. unde graves ortæ dissensiones & bella. v. Curt. *10, 5.* Just. *12, 15.* 13 Voluerant colligere. 14 Tradidisse, adeoque successorem fecisse. Dicitur ea vi, qua morituri necessitudines suas aliaque amicis commendant. v. Brisson. 7. form. Ter. And. *3, 5, 11.* 15 Pro donec.

ejus 1 in suam tutelam perveniſſent 2: aberant enim Craterus, & Antipater, qui antecedere hunc 3 videbantur: mortuus erat Hephæſtio, quem unum 4 Alexander, quod facile intelligi poſſet 5, plurimi fecerat: hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia 6, ſive potius dicta 7. Nam tum in hoſtium 8 erat poteſtate 9. Hunc 10 ubi Perdiccas adjunxerat 11 magno ſtudio, quod in homine 12 fidem & induſtriam 13 magnam videbat: non dubitans, ſi eum pellexiſſet 14, magno uſui fore ſibi 15 in his rebus, quas apparabat 16. Cogitabat 17 enim, quod

1 Duo filii, alter ex Barſine Hercules, alter poſthumus ex Roxane Alexander dictus. v. Juſt. *11. 10, 3. & 12, 15, 9. & 14, 6, 2.* cum not. Berneg. 2 Puberes facti ſ. majorennes. Pupillaris ætas ſub poteſtate tutoris eſt, cujus finis pubertas. 3 Perdiccam ſcil. in amicitia & dignitate. 4 Alii tuentur *vivum*. 5 Inprimis ex honore mortuo habito. v. Freinsh. Suppl. Curt. *10, 4, 12.* ſ. 6 Cum Paphlagonia & finitimis gentibus usque ad Trapezuntem. 7 Decreta, deſtinata, verbis adjudicata. Sed *dare* ſignificat id, quod in noſtra poteſtate eſt, alteri cedere. Sic *dos dicta* apud Cic. pro Flacco, & Nonium in *dicere*. v. Salmaſ. de modo Uſur. c. *16.* 8 In regis Ariarathis, quem Perdiccas poſtea vicit & in crucem egit. 9 Nondum ſuberat Macedonico imperio: Alexander propter alias curas prætermiſerat. 10 Eumenem. 11 Sibi conciliaverat. 12 Ponitur *homo* eleganter Pronominis vice. 13 Dignas miniſtro virtutes. v. c. *1, 5.* 14 Scil. in ſuas partes. 15 Eum operam conſiliumque communicaturum. 16 Moliebatur. Juſt. *9, c. 9* de Philippo: *amicitias utilitate non fide colebat.* 17 In animo habebat, conabatur.

quod fere omnes in magnis imperiis 1 concupiscunt, omnium partes corripere atque complecti 2. Neque vero hoc solus fecit, sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici 3. Primus Leonnatus 4 Macedoniam præoccupare 5 destinaverat 6. Is multis magnisque pollicitationibus persuadere 7 Eumeni studuit 8, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Cum perducere eum non posset 9, interficere conatus est 10: & fecisset, nisi ille clam noctu ex præsidiis 11 ejus effugisset.

III. Interim conflata sunt 12 illa bella, quæ ad internecionem 13 post Alexandri mortem gesta sunt,

1 Constituendis & acquirendis. 2 Omnium potentiam ad se trahere & retinere. Sic Tac. A. 11, 8, 4. *neque cunctabatur, quin proximas præfecturas corripiat.* De Pyrrho Just. 17, 2, 11. *Qui & ipse spoliare singulos cupiens omnibus se partibus venditabat.* 3 Adjutores rerum gerendarum. 4 Qui fuerat unus ex Alexandri corporis custodibus, cui in provinciarum divisione Phrygia obtigerat. 5 Specie ferendi auxilii Antipatro Lamiæ ab Athenien sibus obsesso. 6 Antea *cogitabat* §. 3. Sic aliquoties Curtius. Est autem proprie verbum Sagittariorum. 7 Aureos promittere montes. 8 Conatus est, allaboravit. 9 Scil. in societatem; cum persuasionibus eum non posset capere & movere. 10 Usque adeo impetum iracundiæ in eum convertit. conf. Curt. 6, 7, 10. Tac. H. 1, 3, 2. & 2, 8, 3. Cæs. B. C. 3, 9. 11 Ex castris; v. Curt. 4, 12, 14. vel ex dispositis custodibus. 12 v. supra 12, 2, 3. Bella autem prolixe describit Just. lib. 13. sqq. 13 Ad partium interitum. Neque ante de principatu contendere cessarunt duces, quam mutuis cladibus attriti & enervati in Romanorum pervenerunt potestatem.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0267
DFG

sunt, omnesque concurrerunt 1 ad Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum 2 videbat, quod unus omnibus resistere 3 cogebatur, tamen amicum non deseruit 4, neque salutis, quam fidei fuit cupidior 5. Præfecerat eum 2 Perdiccas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum 6: & illum unum opposuerat Europæis adversariis 7. Ipse Ægyptum oppugnatum adversus Ptolemæum 8 erat profectus. Eumenes 9 cum neque 3 magnas copias, neque firmas 10 haberet, quod inexercitatæ, & non multo ante erant contractæ: adventare 11 autem diceretur, Hellespontumque transisse 12 Antipater & Craterus, magno cum exercitu Macedonum, viri cum

1 Certatim operam contulerunt. 2 Viribus armorum. 3 Bellare adversus omnes. 4 Potius ei adstitit in rebus dubiis & adversis, ex maxime raro hominum genere judicandus. Juxta Ennium *amicus* certus in re incerta cernitur. 5 Non antetulit vitam & salutem constantiæ in amicitia. 6 i. e. Armeniæ, Ciliciæ & Cappadociæ, non servata prima divisione ob turbatum a discordibus statum. 7 Ab Europa hostibus, Cratero & Antipatro. 8 Lagi filium, cui Ægyptus in ipsa divisione contigerat. 9 Incipit hic iterum longior periodus, quare postea ad evitandam obscuritatem necesse fuit repetere eandem vocem, quæ post insertam parenthesin legitur. 10 Respectu peritiæ bellandi. induratam bello manum. Sic *firmus exercitus* apud Vellej. 2, 20, 1. 11 Citato cursu approperare. 12 Alii *transcurrisse*, i. e. transnavigasse, prætervectos esse. Nam & currere pro navigare ponitur, & navis currus apud Tibullum vocatur.

4 cum claritate 1, tum usu belli 2 præstantes 3: (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur 4: etenim semper habiti sunt fortissimi 5, qui summam imperii potirentur 6:) Eumenes 7 intelligebat, si copiæ suæ cognossent, adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio 8 dila-
5 psuras 9. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium, ut de viis itineribus 10 milites duceret, in quibus vera 11 audire non possent: & his persuaderet, se contra quosdam barbaros proficisci 12. Itaque tenuit hoc propositum 13, & prius in aciem exercitum eduxit, prœliumque com-

1 Celebritate. 2 Experientia in bello. 3 i.e. veterani & exercitati, quos opponas copiis Eumenis. 4 Quemadmodum quondam Macedones, sic Romani in summa laude sunt. conf. 9, 3, 4. 5 Ii sunt strenui milites. 6 Qui cæteris imperarent, quorum imperator sit illustris, cujusque imperium debellatis multis populis sit summum in mundo. Potiri cum accusativo construunt etiam Tac. A. 11, 10, 8. Just. 6, 4, 8. & 12, 7, 10. Lucret. 3, 1051. Voss. de Constr. c. 22. 7 Alii: *Eumenes igitur.* i. e. inquam, ut Lambinus recte exponit. Ita evitatur obscuritas sensus. 8 Statim ac nunciatum esset. 9 In diversa fugituras esse. 10 Occultis & insuetis, non adeo tritis. Infra c. 8, 5, & 6. *per loca deserta, per loca sola.* Sallust. Jug. c. 4. *nocturnis & aviis itineribus ignoratus &c.* 11 De adventu Macedonum. 12 Plut. de Garrul. p. 5, 6. *Eumenes cum audivisset, Craterum adversus se cum copiis venire, nemini amicorum rem aperuit, sed Neoptolemum esse finxit. Hunc enim milites contemnebant &c.* 13 Hoc consilium pertendit, perstitit usurpare; permansit in proposito. Sic sæpe Cæs. B. C. 1, 83. 3, 42. & 65. Ciceroni Verr. 6, est *tenere institutum.*

commisit, quam milites sui scirent 1, cum quibus arma conferrent 2. Effecit etiam illud locorum præoccupatione 3, equitatu potius dimicaret, quo plus valebat 4, quam peditatu, quo erat deterior 5.

Quorum acervimo concursu 6 cum magnam IV.
partem diei 7 esset pugnatum, cadit 8 Craterus
dux & Neoptolemus 9, qui secundum locum
imperii 10 tenebat. Cum hoc concurrit 11 2
ipse Eumenes, qui cum inter se complexi 12, in
terram ex equis decidissent, ut facile intelligi
posset, inimica mente contendisse 13, animoque
magis etiam pugnasse, quam corpore 14: non
prius distracti sunt 15, quam alterum anima 16 reliquerit. Ab hoc aliquot plagis 17
Eumenes vulneratur, neque eo magis ex prœlio

1 Excepto Eumene norat nemo. 2 Dimicarent. 3 Præoccupatis locis æquioribus. v. Herm. Hugo de mil. equ. 2, 2. 4 Quo magis instructus validiorque superabat hostem. 5 Inferior, infirmior, minus instructus. 6 Conflictu, congressione. 7 Tota fere die. 8 In prœlio occumbit. 9 Hic a Perdicca in auxilium Eumeni relictus, non solum ei insidias struxerat, sed & victus (de quo noster tacet) profugerat ad Antipatrum. Altero mox prœlio insidiæ in insidiatorem versæ. v. Just. 13, 8. 10 In exercitu. 11 Digladiatur in μονομαχίᾳ, ut expresse vocat Diod. 18, 31. & pulchre depingit Plut. f. 587. 12 Seria lucta. Diod. Sic. συνεπλάκησαν ἀλλήλοις, & συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι. 13 Serium fuisse certamen. 14 Ut infestis armis, sic infestioribus animis concurrisse. 15 Divulsi sunt. Similis ardor pugnantium Romanorum apud Flor. 1, 18, 17. 16 Vita. 17 Vulneribus.

3 lio excessit 1, sed actius hostibus institit 2. Hic equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea & maxime nobilibus captis, pedester exercitus 3, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene 4 elabi 5 non posset, pacem ab eo petiit. Quam cum impetrasset, in fide non mansit 6, & se simul ac potuit, ad Anti-
4 patrum recepit 7. Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum 8 recreare 9 studuit. Cum id non posset, pro hominis 10 dignitate 11, proque pristina amicitia (namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter 12) amplo funere extulit 13, ossaque 14 in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

V. Hæc dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum 15 interficitur a Seleuco & Antigono 16: rerumque summa 17 ad An-

1 Tanquam saucius aut pulsus. 2 Ut plenam consequeretur victoriam. 3 Peditatus Crateri. alii *pedestris*. 4 Si nollet Eumenes. 5 Effugere. 6 Non servavit fidem. 7 Persugit ad ipsum. 8 Exportatum. 9 Reficere semianimum & conservare. Cum homine non cum humanitate bellum gessit. v. par exemplum ap. Joh. Magn. *2, 10.* & Kirchm. append. de fun. c. 5. adde Grot. J. B & P. *2, 19. 3.* 10 Pro *illius* 5 conf. c. *2, 3.* 11 Secundum, juxta dignitatem. 12 Fuerant amici & unius Regis ministri. 13 Frequentia & comitatu funeris decoravit. Sic Curt. *4, 8, 9.* Svet. Ner. c. *9.* & c. *3. efferre funere magnifico, apparatissimo, prope regio.* 14 Quæ remanebant combusto cadavere. 15 Est veluti periphrasis Ægypti. Vix eam erat ingressus Perdiccas, cum per seditionem obtruncaretur. 16 Imo a suis equitibus, qui se contra Ptolemæum, cui favebant, duci ægre ferebant, v. Diod. *18, 36.* Just. *14, 4, 11.* Oros. *3, 23.* 17 Scil. res i. e. imperium summum ac potestas; conf. *16, 5, 3.*

Antipatrum defertur 1. Hic, qui deseruerant 2, exercitu suffragium ferente 3, capitis absentes damnantur. In his Eumenes 4. Hac ille perculsus plaga 5 non succubuit 6, neque eo secius bellum administravit 7. Sed exiles res 8 animi magnitudinem, etsi non frangebant, tamen imminuebant 9. Hunc persequens Antigonus 10, cum omni genere copiarum abundaret; 2
sæpe in itineribus vexabatur 11: neque unquam ad manum accedere licebat 12, nisi his locis, quibus pauci possent multis resistere. Sed 3
extremo tempore 13 cum consilio capi non posset, multitudine 14 circumventus est. Hinc tamen, multis suis amissis, se expedivit 15, & in castellum 16 Phrygiæ, quod Nora appellatur 17, con-

1 Sed ante ad Pithonem & Aridæum juxta Diodorum. 2 Nempe Macedones. 3 Consentiente & judicante simul. Quo de more Curt. *6, 8, 25. De capitalibus rebus vetusto Macedonum more inquirebat exercitus.* 4 Damnatus una cum viginti quinque viris. 5 Perturbatus infortunio, calamitate, quæ metaphorice plaga dicitur. 6 Animi magnitudinem retinuit. 7 Gessit tanquam dux. 8 Tenues, calamitosæ; difficultates a fortuna adversante objectæ. 9 Dolebat, quod fortuna destitueret magnos conatus. Hoc est, quod c. *1, 1.* dicitur, hujus virtuti non respondisse fortunam. 10 Præfectus ab Antipatro magnæ Phrygiæ. 11 Ab Eumene premebatur. 12 Nunquam sui potestatem faciebat Eumenes; collatis signis non dimicabat. 13 Tandem. 14 Imo proditione Apollonidæ, uti est apud Diod. *15* In tutum se recepit. *16* Deminutivum a castro, quod sequitur §. 7. 17 Plutarchus in finibus Lycaoniæ & Cappadociæ situm esse vult locum. Strabo *12.* f. *370.* suo tempore *Norcassum* appellatum ait.

4 confugit. In quo cum circumsederetur, & vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet 1; quod spatium 2 non esset agitandi: callidum fuit ejus inventum 3, quemadmodum stans jumentum 4 calefieri exercerique posset, quo libentius & cibo uteretur, &
5 a corporis motu 5 non removeretur 6. Substringebat caput 7 loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram posset attingere. Deinde post 8 verberibus cogebat exsultare 9, & calces remittere 10. Qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in spatio decurre-
6 ret 11. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut jumenta æque nitida 12 ex castello educeret, cum complures menses in obsidione fuisset 13, ac si in campestribus ea locis

1 Ne equi diu otiosi redderentur inutiles aut rigidi. 2 Ista vox uti temporis, ita & loci significationem habet. 3 Ars, qua servari possent in conclusione equi: agitationis scil. novo genere & loco ambulationis cursusque equestris usurpato. v. Front. Strat. 4, 734. 4 Uno loco manentes equi. 5 Agitatione. 6 Ne equi corrumperentur, aut eorum præter consuetudinem otiantium pedes (quod Plutarch. l. 5. Convival. Probl. 4. ait) vitium contraherent. 7 Scil. ipsius jumenti. 8 i. e. Pone, posteriore parte, posterioribus pedibus, aliqui plane pro *post verberibus* legunt *posterioribus*. 9 Subsilire. 10 Undique crura jactare, uti Frontinus loquitur, recalcitrare. 11 Cursu exerceretur in campo. 12 Pinguia, non strigosa. Sic Ovid. Met. 2. v. 694. *niditam cape præmia vaccam.* Horat. Epist. 1, 4, 15. *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.* Phædrus 46, 4. *Unde quæso sic nites? aut quo cibo fecisti tantum corporis?* 13 Cum tamdiu esset obsessus.

cis habuisset. In hac conclusione 1 quoties- 7
cunque voluit, apparatum & munitiones 2 Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem se uno loco 3, quamdiu fuit hiems 4. Quod 5 castrum 6 subsidia habere non poterat, & ver appropinquabat 7; simulata deditione, dum de conditionibus 8 tractat, præfectis Antigoni imposuit 9: seque ac suos omnes extraxit 10 incolumes.

Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat A- VI.
lexandri, cum literas & nuntios misisset in Asiam consultum 11, *utrum repetitum Macedoniam veniret* (nam tum in Epiro habitabat 12) *& eas res* 13 *occuparet*: huic ille primum suasit, *ne se moveret* 14, *& exspectaret, quoad* 15 *Alexandri*

1 Obsidione. Sic Cæs. B. C. 2, 22. *pestilentia conflictari ex diuina conclusione.* 2 Turres ligneas. *opera* vocantur 1, 7, 4. ad oppugnandum exstructa ab obsidentibus, *Bollwerck.* 3 Mansit in castello illo Nora. 4 Tota hieme. 5 Non incommodo sensu pro *quod* legitur *sed.* Cæterum particula *quod* eadem ratione occurrit c. 7, 1. *quod una erant Macedones &c.* 6 Arx, locus ille munitus; §. 3. dicitur castellum. 7 Vere ineunte major metuenda erat oppugnatio. 8 De legibus pacis & deditionis, quas correcta jurisjurandi formula additisque addendis accepit, v. Diod. 18, 50. & 53. Plut. f. 590. 9 Verba illis dedit, ipsos fefellit. 10 Eduxit, elapsus est ex conclusione difficili per astum. Sic Ter. Ph. 1, 4, 3. 11 i. e. Ut interrogaret Eumenem, utrum consultum ipsi videretur, ut proficisceretur in Macedoniam, ad regnum hoc repetendum. 12 Quia Neoptolemi Epirotarum Regis erat filia. 13 Possessionem scil. imperii. 14 Scil. ex pristina habitatione, sed ut potius in Epiro maneret. 15 Donec-

2 *dri filius* 1 *regnum adipisceretur. Sin aliqua cupiditate raperetur* 2 *in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, & in neminem acer-*
3 *bior* e 3 *uteretur imperio.* Horum nihil ea fecit 4. Nam & in Macedoniam profecta est, & ibi crudelissime se gessit 5. Petiit autem ab Eumene absente, *ne pateretur* 6 *Philippi domus & familiæ inimicissimos sterpem* 7 *quoque interimere,*
4 *ferretque opem liberis Alexandri. Quam benignam si sibi daret* 8, *quam primum* 9 *exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius faceret* 10, *se omnibus præfectis, qui in officio* 11 *manebant, mississe literas* 12, *ut ei parerent,*
5 *ejusque consiliis uterentur.* His rebus 13 Eumenes permotus satius duxit, si ita tulisset fortuna 14, perire bene meritis 15 referentem gratiam 16, quam ingratum vivere.

VII. Itaque copias contraxit, bellum adversus An-

---

1 Ex Roxane genitus. v. Curt. 5, 4, 22. & 10, 6, 9. Majori ex Barsine, etsi Nearchas suaderet, nemo diadema dare voluit. Ibid. 5. 10. sqq. 2 Designat vehementem mulieris impetum, & affectum ferventiorem, quam ut limitibus queat includi. 3 Pro *acerbior* Comparativus elegantiæ servit. 4 Consilia data susque deque habuit. 5 Principes Macedonum interfecit. Impotentiam & crudelitatem ejus notant Diod. 19, 11. & Just. 13, 9. 6 Ne concederet. 7 Liberos, ut supra 25, 10, 2. 8 Quam rem si faceret, si annueret in eo, si assurgeret petitis. 9 Primo quoque tempore. 10 Quo negotium succederet melius. 11 Obsequii scil. & fidei. 12 Mandata per literas. 13 Alii *his verbis*, uti infra 20, 1, 6. 14 Si ita accideret. 15 Iis, qui beneficia contulissent. 16 Se gratum mori.

Antigonum 1 compararit. Quod una 2 erant Macedones complures nobiles, in his Peucestes, qui corporis custos fuerat Alexandri 3, tum autem obtinebat Persidem 4: Antigenes 5, cujus sub imperio phalanx 6 erat Macedonum: invidiam verens 7, quam tamen effugere non potuit, si potius ipse alienigena 8 summi imperii 9 potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo 10: in principiis 11 nomine 12 Alexandri statuit 12 tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate 13 jus-

1 Præfectum Phrygiæ, cum quo & hactenus rem habuerat & qui maxime insidiabatur regno Macedoniæ. 2 In exercitu suo. Exponit hic causam, quare invidiam sit veritus & quare auspicia Alexandri M. finxerit. 3 Adeoque inter summos duces, quibus se rex credebat. quales fuerint, explicat Curtius 5, 1, 42. 4 Regionem, quæ est circa Persepolim, sive ipsam Persiam, in qua ab Alexandro vivo Satrapes constitutus fuit. Sed conf. Just. 13, 4, 23. 5 De quo Curt. 8, 14, 15. 6 Vide descriptam laudatamque hanc formam Curtio 3, 2. & quæ ad §. 13. Freinsh. notavit. 7 Timens. 8 Quod alienæ essent civitatis, c. 1. 2. 9 Scil. administratione. 10 Quorum multi eum nobilitate præcurrebant. 11 Castrorum scil. Ita noster προτεῖα satis simpliciter ex Græcis vertit eum locum, quem Latini *Prætorium* h. e. tabernaculum primum Imperatoris vocant, ubi tendebant duces, tribuni &c. ubi jus dictum, signa asservata, altaria culta. Sic Tac. H. 3, 13, 1. Front. 4, 1, 26. s. adde Lipsi mil. Rom. 5, 4. Bernegg. ad Just. 11, 6, 6. & Gronov. Observ. 4, 10. 12 Fecit, posuit ac vocavit Alexandri tentorium, ac si ipse Rex adesset. Est hoc consilium Ptolemæi apud Curt, 10, 6, 15. 13 Insignia hæc sunt Regis.

jussit poni 1, eoque omnes quotidie convenire 2, ut ibi de summis rebus 3 consilia caperentur. Credens minore se invidia fore 4, si specie imperii, nominisque simulatione 5 Alexandri, 3 bellum videretur administrare. Quod & fecit 6. Nam cum non ad Eumenis 7 principia, sed ad regia conveniretur; atque ibi de rebus 8 deliberaretur, quodammodo latebat 9: cum tamen per eum gererentur omnia.

IIX. Hic in Paræacis 10 cum Antigono conflixit, non acie instructa, sed in itinere 11: eumque male acceptum 12 in Mediam hiematum coëgit redire. Ipse in finitima regione Persidis 13 hiematum copias divisit 14, non ut voluit, sed ut 2 militum cogebat voluntas. Namque illa pha-

1 Ita solebat in aula fieri & tabernaculo Regis. Imitatus hic est Eumenes usitatum regni schema, reponendique & asservandi diadematis consuetudinem. v. Pascal. de Coron. 10, 10. & quos laudat Freinsh. ad Curt. l. 2. 2 Scil. jussit. 3 h. e. de summa rerum, sive de negotiis summam rerum spectantibus. 4 Se minus sensurum invidiam, se minus peti posse invidia. 5 Usurpatione nominis tanti & auspicii. 6 Imo commento huic religionem adjecit, Alexandrum, dicens, in somnio ita fieri jussisse. Plut. 7 Tanquam inferioris. 8 Inprimis bellicis. 9 Occultabatur ejus imperium, de cujus dissimulatione hic sermo est. 10 Regione Mediæ australis. 11 Fortuito tantummodo prælio. 12 Fusum fugatumque. Nam pedites ter mille capti & septingenti quinquaginta quatuor occisi, vulnerati vero plures quatuor millibus, Diod. 13 Gabena, 14 Dispartitus est in hiberna.

phalanx 1 Alexandri magni, quæ Asiam peragrarat 2, deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum etiam licentia 3, non parere se ducibus, sed imperare postulabat 4: ut nunc veterani faciunt nostri 5. Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt sua intemperantia 6 nimiaque licentia 7, ut omnia perdant 8, neque minus eos, cum quibus steterint 9, quam adversus quos fecerint 10. Quod si 11 quis illorum 3 veteranorum legat facta, paria horum cognoscat 12: neque rem ullam, nisi tempus 13, interesse 14 judicet. Sed ad illos 15 revertar 16. Hiberna sumserant non ad usum belli 17, sed ad ipsorum luxuriam 18: longeque inter se 19 discessu-

1 Argiraspidum, i.e. argentea scuta gestantium. 2 Transierat & lustraverat. 3 Has propter causas milites disciplinam dedignantur. 4 h.e. cupiebat; ut apud Plaut. Men. 2,3,88. *Qui me hero postulem moderari.* 5 Milites Iulii Cæsaris, de quibus inter alia Cicero Phil. 11, 15. *quousque dicemus sententias Veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est, quæ tanta arrogantia, ut ad arbitrium illorum Imperatorem etiam deligamus.* 6 Immodestia, insolentia. 7 Quæ intemperantiæ causa est. 8 Ne ferocia sua infesti sint omnibus omniaque pervertant. 9 Societatem habuerint. 10 Pugnaverint, bellarint. 11 Eleganter additur, *quod*, ubi inchoandæ præsertim periodo ac sententiæ *si* non sufficit, neque sustinere potest frontem orationis. 12 Comparare poterit Romanos milites cum Macedonibus. 13 Interjectum temporis spatium, quod Macedones priores vixerint. 14 Differentiam habere. 15 A quibus digressus sum. 16 Scil. exponendis. 17 Ut reficerentur. 18 Ut luxuriose viverent, & cuncta abligurirent. Sic *unæ Hannibalem hiberna solverunt &c.* v. Sen. Epist. 51. 19 A se invicem.

cesserant 1. Hoc Antigonus cum comperisset, intelligeretque se parem 2 non esse paratis adversariis, statuit 3 aliquid sibi consilii novi 4 esse capiendum. Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille 5 hiemabat, ad adversariorum hibernacula 6 posset perveniri. Quarum brevior per loca deserta 7, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam, ceterum dierum erat fere decem 8. Illa autem, qua omnes commeabant 9, altero tanto longiorem habebat anfractum 10: sed erat copiosa 11, omniumque rerum abun-
6 dans 12. Hac si proficisceretur, intelligebat, prius adversarios rescituros 13 de suo adventu, quam ipse tertiam partem confeciset 14 itineris. Sin 15 per loca sola 16 contenderet 17, sperabat se imprudentem 18 hostem oppressurum.

1 Ut primi a postremis longissime distarent. 2 Sc. armis. integra phrasis extat 23, 10, 4. 3 Iudicavit. 4 Strategema, singulare inventum ex re & tempore. 5 Antigonus. 6 v. supra 17, 3, 4. 7 Ob hominum infrequentiam derelicta. 8 Tot diebus absolvi poterat iter hujus viæ. 9 Via altera trita & usitata. Per *commeare* consuetudinem, frequentiam, studium notari observat Bœclerus Chrestomath. Terent. 10 Bis tanto major erat in circuitu. 11 In qua non deerant copiæ rerum necessariarum. 12 Ita autor Synonymice explicat, cur vocet copiosam. 13 Hostes comperturos, quantumvis vellet occultum. 14 Absolvisset. 15 Si vero. 16 Deserta, omnibus hominibus destituta. Sic Cic. de Divin. *Cum in locis solis mœstus oberrares.* Ter. And. 2, 4, 3. *Venit ex solo loco.* Similiter alii *solos montes, solas terras, oras &c.* dixere, ut docet Gisan. Ind. Lucret. & ex eo Weitz ad Ter. Phor. 5, 8, 86. 17 Proficisceretur. 18 Non opinantem.

rum 1. Ad hanc rem conficiendam impera 7
vit, quam plurimos utres atque etiam culleos 2
comparari; post hæc pabulum 3: præterea ci-
baria cocta 4 decem dierum 5: utque quam
minime fieret ignis in castris 6. Iter quod ha-
bebat 7, omnes celat. Sic paratus, qua con-
stituerat 8, proficiscitur.

Dimidium fere spatium 9 confecerat, cum 10 IX.
ex fumo castrorum ejus 11 suspicio allata est ad
Eumenem 12, hostem appropinquare: conveni-
unt duces; quæritur 13, quid opus sit facto.
Intelligebant omnes tam celeriter copias ipso-
rum contrahi 14 non posse, quam Antigonus
adfuturus videbatur. Hic, omnibus tituban- 2
tibus 15, & de rebus summis 16 desperantibus,
Eu-

1 Ex improviso aggressurum. v. Gronov. not. ad Liv. *30, 10.* 2 Saccos & vasa, quibus aqua subveheretur. Hoc artis sive ingenii remedio naturæ defectum supplebat etiam Alexander ad Hammonis oraculum proficiscens. v. Curt. 4, 7. 3 Pro equis. 4 Cibum coctum Sallustius vocat. 5 Quæ decem dies durarent. 6 Sc. imperavit; eo fine, ne conspectis ignibus proderentur, & adventus significatio fieret. conf. Cæs. B. G. 4. 29. 7 Faciebat, faciendum destinaverat. 8 Eadem, qua studuerat. 9 Itineris. 10 Elegans transpositio, pro *cum dim. spat. confecit, ex fumo &c.* 11 In quibus urgente necessitate die quinto ignes fecerant. 12 Per incolas montium totam regionem spectantium, & quidem camelis cursoribus. 13 Deliberaretur. 14 Contrahere hic non idem est ac conscribere, uti c 7, 1. sed significat, dispersas in unum cogere. 15 Animis pendentibus & incertis, quid agendum sit. Translatio sumta ab infirmis pedibus, vel a temulentis. Cic. Phil. 8. *titubare, hæsitare, quo se verteret, nescire.* 16 Alias de summa rerum, de salute & potestate.

Eumenes ait, *si celeritatem velint adhibere, & imperata* 1 *facere, quod ante non fecerint; se rem expediturum* 2. *Nam quod diebus quinque hostis transisse posset* 3, *se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardarentur* 4: *quare circumirent, suas quisque copias* 5 *contraheret.*

3 Ad Antigoni autem refrenandum 6 impetum, tale capit consilium. Certos 7 mittit homines ad infimos montes, qui 8 obvii erant itineri adversariorum: hisque præcepit, ut prima nocte 9, quam latissime possint, ignes faciant quam maximos, atque hos secunda vigilia 10 minuant, tertia 11 perexiguos reddant:

4 & adsimulata castrorum consuetudine 12 suspicionem injiciant 13 hostibus, his locis esse

1 Quæ Dux mandet. *Imperia ducum* vocat Tac. H. 4. 8, 3. 2 Negotium intricatum & anceps explicaturum. 3 Transiturus esset. 4 Ejus impetus reprimeretur & veluti statim sequitur, refrenaretur; celeritas impediretur c. 10, 1. 5 Longe inter se dispersas. 6 Inhibendum, impediendum. 7 Delegatos & electos eam in rem. 8 Sc. montes. qui ad homines referunt, legunt, *qui obvii eant &c.* 9 i. e. prima parte noctis, qua exercitus corpus curat & se calore reficit. 10 Qua exercitus, exceptis vigilibus, se somno dare solet. Nox veteribus in 4 vigilias tanquam partes æquales divisa, quarum unaquæque tribus constabat horis: *de prima vigilia* v. Curt. 4, 5, 19. *de tertia* Cic. Cat. 2, 2. *de quarta* Matth. 14, 25. Signum vigiliæ cujusvis buccina datum. v. Liv. 7, 35. Lipsi. de mil. Rom. 5, 9. 11 Et sic haut dubie etiam quarta. 12 Per factos ignes & per fulgorem ignium, quo pacto sæpius decepti hostes. v. supra 1, 7, 3. Curt. 5, 4, 14. Polyæn. 1, 40, 1. 2, 4, 2. 13 Moveant, excitent.

se castra 1, ac de eorum adventu esse prænuntiatum : idemque postera 2 nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant 3. Antigonus tenebris obortis 4 ignes conspicatur : credit 5 de suo adventu esse auditum 6, & adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium, & quoniam imprudentes adoriri 7 non posset, flectit iter suum 8, & illum anfractum longiorem, copiosæ viæ 9, capit, ibique diem unum opperitur 10, ad lassitudinem sedandam militum 11, ac reficienda jumenta, quo integriore 12 exercitu decerneret 13. 5 6

Hic Eumenes callidum imperatorem vicit X. consilio 14, celeritatemque impedivit ejus : neque tamen multum profecit 15 Nam invidia 16 ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum 2

Ma-

1 Ibi versari copias militares ac stationes Eumenis. 2 Sequentis diei. 3 Imperata faciunt. 4 Vespertino tempore, prima vigilia. 5 Persuadet ergo sibi. 6 Esse prænuntiatum. 7 Securos opprimere. 8 Aliam tentat viam. 9 De qua c. 8, 5. 10 Exspectat & acquiescit. 11 Ut lassi itinere milites reficerentur. 12 Valentiore recollectis viribus. 13 Dimicaret, confligeret. Similiter Curt. 3, 2, 1. Just. 13, 8, 4. & passim Cic. aliique. Simplici *cernere* sic usi Lucret. 5, 39, 4. Ennius Ann. 6. & in Medea ; Virg. Æn. 12, 709. Plaut. Baech. 3, 2, 15. &c. utrumque factum imitatione Græcorum, quibus κρίνειν τὸν πόλεμον & διακρίνειν est, prælio dimicare & signis collatis concurrere. 14 Arte & strategemate, ut c. 8, 4. & c. 9, 3. 15 Successus fuit exiguus. 16 Scil. qua invidebant. Cic. Tusc. 3, 9. mallet vitandæ ambiguitatis ergo invidentiam dici.

Macedonum veteranorum 1, cum 2 superior prælio discessisset 3, Antigono est deditus, cum exercitus ei ter ante separatis temporibus 4 juravisset, se eum defensurum, nec unquam deserturum 5. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio 6, ut fidem amittere 7 mallent, 3 quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, cum 8 ei fuisset infestissimus 9, conservasset 10, si per suos 11 esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in his rebus, quas impendere 12 jam apparebat omnibus 13. Imminebant 14 enim Seleucus 15, Lysimachus 16, Ptolemæus 17, opibus jam valentes 18: cum quibus ei de summis rebus 19 erat 4 dimicandum. Sed non passi sunt hi, qui circa erant:

1 Quorum minimi erant sexagenarii. Perfidiam statim graviter luere coacti sunt, dum Antigonus ipse eos tradidit Sybertio omnibus modis atterendos conficiendosque. conf. Just. *14, 4.* cum not. Bernegg. ad *§. 13.* 2 Pro *etsi.* 3 Victor fuisset. 4 Eleganter pro tribus vicibus. 5 Apud Just. l. c. & Plut. exstat acerba ejus ad milites expostulatio, quos mirum in modum coarguit proditionis, & inter alia, *quater*, inquit, *intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis.* 6 Inimica adversatio & detractio. 7 Perfidiæ notam incurrere. 8 Iterum pro etsi, licet. 9 Odiisset æque atque angues. 10 Scil. vivum. 11 Venia & concessu suorum. 12 Imminere tanquam mox futuras. 13 Intelligebant omnes. 14 Moliebantur oppressionem. 15 Babyloniæ præfectus ac Syriæ. 16 Qui præerat Thraciæ & locis finitimis. 17 Ex Alexandri amicis postea Ægypti imperio celebratus; v. *21, 1.* 18 Jam fere utentes potestate regia. 19 De imperio. Sic. *c. 9, 2.*

erant 1: quod videbant, Eumene recepto 2, omnes præ illo parvi futuros 3. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus 4, ut, nisi magna spe maximarum rerum 5, leniri 6 non posset.

Itaque cum eum in custodiam dedisset 7, & XI. præfectus custodum 8 quæsisset 9, *quemadmodum servari* 10 *vellet*? *ut acerrimum*, inquit, *leonem, aut ferociſſimum elephantum* 11. Nondum enim statuerat 12, servaret eum, nec ne. 2 Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum 13: & qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere 14 vellent: & qui propter veterem amicitiam colloqui, consolarique 15 cuperent: multi etiam, qui ejus formam 16 co-

1 Propinqui, familiares, comites. *οἱ περὶ τινά*. Sic. Liv. 1, 41. de comitatu Tarquinii Regis, *qui circa erant*. conf. 22, 30. pr. v. Casaub. ad Svet. Cæs. c. 27. Ter. Evn. 3, 5, 35. *quæ circum illam essent*. 2 Scil. in amicitiam & partem curarum. 3 Contemnendos, nihil valituros esse; illum prælatum se neglectum iri. 4 Irritatus, infestus. 5 Nisi Eumenes promitteret, se ad res summas perficiendas adjumento fore. 6 Placari, mitigari. 7 In vincula conjecisset. 8 Inspector eorum, qui captivos custodiebant. 9 Ab Antigono. 10 Captivum tractari in vinculis. 11 Addit Plut. mitiorem postea Antigonum graviores catenas detrahi jussisse, puerumque dedisse, qui ministraret. 12 Decreverat. 13 Diversi homines. 14 Sorte misera captivitatis oculos oblectare, delectationem quærere. Simile est *oculos pascere* Tac. H. 3, 39, 2. Contrarium *oculis dolere*, vel *oculos alicui dolere*; de quo Pet. Vict. Var. lect. 2, 5. Turneb. Adv. 12, 17. Taubm. ad Plaut. Asin. 5, 1, 4. & Mustell. 4, 2, 10. 15 Eum usque adeo afflictum. 16 Faciem s. vultum.

cognoscere studebant, qualis esset, quem tamdiu, tamque valde timuissent, cujus in pernicie 1 positam spem habuissent victoriæ 2. At
3 Eumenes cum diutius in vinculis esset 3, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodia 4, *se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur* 5. *Non enim convenire Antigoni prudentiæ* 6, *ut sic deuteretur victo* 7. *Quin* 8 *aut*
4 *interfici aut missum fieri* 9 *juberet.* Hic cum ferocius 10 Onomarcho loqui videretur, *quid? tu*, inquit, *animo si isto eras* 11, *cur non in prælio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires*
5 12? Huic Eumenes, *utinam quidem istud evenisset*, inquit: *sed eo* 13 *non accidit, quod nunquam cum fortiore* 14 *sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli* 15, *quin is mihi succubuerit* 16, *non enim virtute hostium, sed amicorum*
6 *perfidia decidi* 17 Neq; id falsum. Nam & dignitate

1 Exitu & morte. 2 Posuissent victoriam. 3 Captivus esset. 4 Qui erat præfectus custodum §. 1. 5 Scil. in vinculis. 6 Non esse prudentis viri, non decere prudentem. 7 Ut victum diu detineat, & longiores ei afferat cruciatus. *Deuti* est abuti, ut *denasci* mori. Verbum hoc, alioquin ignotum, est omnibus MSS. Lambinum secuti faciunt *sic se uteretur*. 8 Imo potius. 9 Captivum dimitti. 10 Elatius, superbius quam pro fortuna. conf. Tac. A. 12, 21, 1. 11 Si id consilii habebas. 12 Cum tanto captivitatis dedecore, quod videtur esse ignavi. conf. Just. 4, 5, 11. Val. 3, 5, 1. Plaut. Capt. 2, 2, 12. Cordatiores morte tale dedecus effugerunt ap. Flor. 4, 11, 33. & 68. s. 13 Sed ideo. 14 Qui fortitudine sua me superaverit. 15 Conferre arma & congredi sunt Synonyma. 16 Quin is memet ipsum fortiorem expertus sit. 17 Victus sum, in potestatem hostis traditus sum.

tate fuit honesta 1, & viribus ad laborem ferendum firmis 2, neque tam magno corpore, quam figura venusta 3.

De hoc Antigonus cum solus constituere 4 XII. non auderet, ad consilium retulit 5. Hic, cum plerique omnes 6 primo perturbari admirarentur, *non jam de eo sumtum esse supplicium 7, a quo tot annos adeo essent male habiti 8, ut sæpe ad desperationem forent adducti 9; quique maximos duces 10 interfecisset: denique 11 in quo uno esset tantum 12, ut, quoad 13 ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto 14 nihil habituri* 2

1 i. e. Forma masculla & supra vulgarem augusta, quæ pro generosa agnoscitur. conf. Tac. A. 12, 51, 4. 2 Invictus laboris, operis. 3 Totus corporis habitus fuit congruus, pulchritudo membrorum decens & virilis. Faciunt ad mentem hujus loci illa Taciti Agr. 44, 2. *Si habitum ejus posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit.* Venustatem & dignitatem formæ distinguit Cic. off. 1, 30. & 36. 4 Sententiam ferre. 5 Amicis & legatis ac tribunis deliberandum proposuit. v. Gronov. ad Liv. 44, 1, Sic Curt. 4, 11, 10. Consilium sunt homines in consilium adhibiti. v. mox. §. 3. & 19, 3, 4. Sic *de consilii sententia pronunciare* Cic. de clar. or. c. 22. *consilium dimittere* de orat. 1, 26. 6 Maxima pars; non omnes. v. Donat. ad Ter. And. 1, 1, 28. Nonnulli enim, & inter hos Antigoni filii, Eumenem servari cupiebant. 7 Nondum eum esse morte mulctatum. 8 Vexati, detrimentis multis affecti. Sic Cæs. B. C. 1, 63. 9 Ut de summa rerum desperaverint. 10 Neoptolemum & Craterum. v. c. 4. 11 Quasi dicat: *breviter, uno verbo* &c. Sic sæpe alii, v. Freinsh. Ind. ad Flor. & Curt. 12 Qui unus tantum posset. 13 Quamdiu. 14 Si ille interficeretur.

turi negotii essent 1: postremo si illi redderet salutem 2, quærebant, quibus amicis esset usurus 3? sese enim cum Eumene 4 apud eum non 3 futuros 5. Hic cognita consilii 6 voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit 7. Tum autem 8, cum jam vereretur, ne qua seditio 9 exercitus oriretur, vetuit ad eum quenquam admitti 10, & quotidianum 11 victum amoveri jussit 12. Nam negabat se ei vim allaturum 13, qui aliquando fuisset amicus 14. Hic tamen non amplius, quam 4 triduum, fame fatigatus 15, cum castra moverentur, insciente 16 Antigono jugulatus est a custodibus 17.

XIII. Sic Eumenes annorum 18 quinque & quadraginta, cum ab anno vigesimo, ut supra 19 osten-

1 Nihil molestiæ. Omnia parata & facilia tunc futura. 2 Captum conservaret, vitam concederet. 3 Ejusmodi dictis Judæi Pilatum accendebant ad sævitiam Joh. 19, 12. conf. Tac. Agr. 4, 4. 4 Eumene servato & reconciliato. 5 Non mansuros amicos. 6 Cœtus consultantium. 7 Tempus sumsit, servavit. 8 Die septimo. 9 Tumultus. 10 Visendi & colloquendi causa. 11 Vulgo *ordinarium*, in dies singulos præberi solitum. 12 Quam viam ad mortem sibimetipsi fecit Atticus infra c. 22. 13 Quasi vis non esset, inedia ac fame hominem exhaurire. Rittersh. in Novell. 12, 14, 3. nullum violentæ mortis genus fingi posse crudelius ostendit. 14 Sed quæ hæc fides: amicum lenta fame tollere? 15 Cruciatus. Sic Cic. 3 off. *vinculis & carcere & igne fatigare*. Tac. H. 5, 3, 3. *fatigabat inopia aquæ*. 16 Inscio. Sic Cic. ad Fam. 1, 9. ad Att. 7, 2. 17 Imo a ducibus immissus est percussor, ne effugeret. 18 Pro, qui erat tot annorum. 19 Cap. 1, 6.

ostendimus, septem annos Philippo apparuisset 1; & tredecim apud Alexandrum eundem locum 2 obtinuisset, in his 3 uni equitum alæ præfuisset, post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset 4, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset: captus non Antigoni virtute 5, sed Macedonum perjurio 6, talem habuit exitum vitæ. De quo quanta fuerit omnium opinio 7 eorum, qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati 8, ex hoc facillime potest judicari 9, quod nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed præfectus 10. Iidem post hujus occasum 11, statim regium ornatum 12 nomenque sumserunt: neque, quod initio prædicarunt 13, *se Alexandri liberis* 14 *regnum servare*, id præstare

z

1 Ministrasset, ad manum fuisset. Virg. Æn. *12, 849. In limine Regis apparent.* ubi Servius: apparent, i. e. præsto sunt ad obsequium. 2 Idem officium, eandem dignitatem. 3 Scil. tredecim annis & quidem novissimo tempore. Ingeniosa est correctio Freinshemii in not. ad Curt. *7, 1, 40.* in his VIII. (sc. annos) legentis. Verior tamen videtur scriptura cujusdam codicis, *in his unum &c.* 4 Cum ἐφηνέυσει seu copia: fuit Dux exercitus. 5 Fortitudine bellica. 6 Perfidia veteranorum, qui in ejus verba juraverant; v. c. *10, 2.* 7 Sententia, æstimatio; quid de eo judicarint. 8 Seleucus, Ptolemeus, Antigonus, Lysimachus, Cassander. 9 Cognosci, intelligi. 10 Nam ipse Eumenes Rex erat Macedonum, ut vocat Suidas. Just. *15, 2, 14.* verecundiæ tribuit, quod tamdiu regum nominibus caruerint. 11 Mortem, obitum, interitum. 12 Diadema, sceptrum, purpuream stolam. 13 Simularunt, præ se tulerunt. 14 Quamdiu filii regis sui supererent.

re voluerunt: & uno propugnatore 1 sublato, quid sentirent 2, apparuerunt 3. Hujus sceleris 4 principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum 5 tradidit. Hi militari honesto funere, comitante 6 toto exercitu, humaverunt 7: ossaque ejus 8 in Cappadociam ad matrem atque uxorem 9 liberosque ejus deportanda 10 curarunt.

1 Scil. liberorum Alexandri, Eumene. 2 Quantam majestatem sibimetipsis vindicarent. 3 Declaraverunt publice. 4 Perjurii & perfidiæ. Nam licet Cassander maxime solus interemerit omnem Alexandri familiam; tamen & cæteri justis hæredibus præripere gestiebant, quod debuerant vel suo sanguine iisdem conservare. 5 Cum Plutarchus diserte asserat, Eumenis corpus crematum esse, & ipse Nepos testetur, ossa in Cappadociam missa, videmus, quod utrumque verbum *sepelire*, & quod sequitur, *humare*, ponatur pro *cremare*. 6 Est inter voces huic officio proprias, quas Kirchm. de fun. 2, 10. refert; sequi, prosequi, exsequi, comitari funus; ire, venire exequias. 7 In cineres redegerunt, ut terra tegi posset. Consequens pro antecedente ponitur. 8 Ex busto asservata & in urna argentea composita. 9 Barsinem, ex qua Alexander filium susceperat. 10 De more ad propinquos mittendi cadavera v. Kirchm. de fun. append. c. 4.

XIX.

PHOCION.

ARGUMENTUM.

1. Phocion bonus & pauper repudiat munera. 2. Senex in invidiam incurrit ob tradendam Antipatro urbem, exsilium Demosthenis, proditum Piræum. 3. Exsilio multatur, & causam dicit apud Philippum, damnatus & ad supplicium datus sepelitur a servis.

PHocion 1 Atheniensis 2 etsi sæpe 3 exercitibus præfuit, summosque magistratus cepit 4, tamen multo ejus notior integritas est vitæ, quam rei militaris labor 5. Itaque hujus memoria est nulla 6, illius autem magna fama: ex quo, cognomine *Bonus* 7 est appellatus. I.

1 v. Plut. in vita &c. Diodor. 18. Suidas. Æschin. de fals. leg. Athenæus 10. Ælian. 1, 25. 2, 16. & 43. 3, 17. & 47, 4, 16. 7, 9. 11, 9. 12, 43. & 49, 13, 41. Polyæn. 3, 12. 5, 20. Val. Max. 3, 8. ext. 2, 5, 3. ext. 3. Sen. Controv. 9. 2 Filius Phoci cochlearii teste Ælian. 12, 43. conf. ibi not. Schefferi. 3 Quinquies & quadragies. Plut. 4 Adeptus est. Sic Cic. *capere honorem, consulatum.* 5 Studium bellicum, res bello gestæ. idem dici potest de Cicerone. 6 i. e. admodum tenuis respectu laudis ex probitate. Respicit Nepos ætatem suam, qua Phocionis bello parta gloria non fuit celebris. 7 Χρηστὸς Græce, autore Suida, quod omnibus aliis magis quam sibi esset utilis. *Placidos & misericordes & liberales omnique suavitate temperatos mores consensus omnium bonitatis cognomine decorandos censuit*, Val. Max. 3, 8. ext. 2.

2 tus. Fuit enim perpetuo pauper 1, cum divitis-
simus 2 esse posset, propter frequentes delatos
honores potestatesque summas 3, quæ ei a po-
3 pulo dabantur 4. Hic cum a Rege Philippo 5
munera magnæ pecuniæ 6 repudiaret, legati-
que hortarentur accipere 7, simulque admone-
rent, si ipse his facile careret 8, liberis tamen
suis prospiceret 9, quibus difficile esset, in sum-
ma paupertate tantam paternam tueri 10 glo-
4 riam: his ille, *si mei similes erunt, idem hic*,
inquit, *agellus* 11 *illos alet* 12, *qui me ad hanc*
dignitatem perduxit 13: *sin* 14 *dissimiles* 15 *sunt*
futuri, nolo meis impensis illorum ali augeriqæ
luxuriam 16.

Eidem

1 In summa egestate vitam traduxerunt optimi Græcorum; Aristides & Phocion &c. Ælian. 2, 43. 2 Ita est in MSS. vulgo *ditissimus*. Sed *divitissimus* reperitur & apud Cic. de div. 1, 36. Off. 2, 17. Sic *divitior* apud eundem, Plautum, Lucretium, Martialem, Tacitum. 3 Magistratus. 4 Mandabantur, quod Lambinus nimis audacter reposuit. 5 De Alexandro M. potius Philippi filio constat, quod centum talenta & mox unam ex quatuor civitatibus Asiæ ei obtulerit. v. Plut. & Ælian. 11, 9. 6 Pecunias dono missas. 7 Ut acciperet. 8 Non admodum opus haberet. 9 Consuleret, commodis eorum serviret. 10 Conservare, vitam ea gloria dignam agere. Notum illud Horatii Sat. 2, 2, 8. *Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.* conf. Tac. A. 6, 17, 4. 11 Tenuis facultas & possessio. 12 Sumtus illis præbebit necessarios. 13 Provexit. 14 Si autem. 15 Degenerent. 16 Nolo divitias illis esse instrumenta luxuriæ. Habuit autem filium prodigum & luxuriosum, cujus mores tali responso notasse patrem narrat Plutarchus: *Phocio, si respexerit, sufficient paternæ opes: ut vero nunc se gerit, nihil ei satis erit.*

Eidem 1, cum prope ad annum octogesi- II.
mum prospera pervenisset fortuna, extremis
temporibus 2 magnum in odium pervenit suo-
rum civium 3. Primo quod 4 cum Demade 5 2
de urbe tradenda Antipatro 6 consenserat; e-
jusque 7 consilio Demosthenes cum ceteris 8,
qui bene de republ. mereri existimabantur 9,
populiscito 10 in exsilium erant expulsi 11.
Neque in eo solum offenderat 12, quod patriæ
male consuluerat 13, sed etiam, quod amicitiæ
fidem

1 Schoppius Verisim. 4, 13. legit *idem*, ut *prospera fortuna* accipiatur in casu ablativo. Alii pro *pervenisset* substituunt *mansisset* vel *permansisset*. 2 Scil. ætatis in senectute. 3 Athenienssium. 4 Particulam *quod* in MSS. repertam alii omittunt. 5 Oratore æmulo Demosthenis, cui & ipsi denique studium erga Macedones male cessit. Nam reperta epistola, qua vel Perdiccam vel Antigonum ad invadendam Macedoniam instigaverat, supplicium capitis Legatus adiit. v. Plut. Demosth. extr. 6 Qui Græcos ad Cranonem Thessaliæ vicerat & pacem promiserat sub conditione, in quam consensit Phocion, ut Athenienses præsidium Macedonicum in Munychiam acciperent. 7 Phocionis. 8 Pro *Demosthenes & cæteri* per Syllepsin. Ita Cic ad Fam. 14, 7. *me cum similibus nostri remp. defensuros.* Sallust. Jug. c. 101. *Bocchus cum peditibus invadant.* Liv. 21, 60. *Dux cum aliquot principibus capiuntur.* conf. inf. 22, 1, 5. 9 Etsi revera non quærerent salutem reip. 10 Decreto plebis. v. supra 3, 1, 5. 11 Non fuit primum Demosthenis exsilium, de quo Curt. 10, 2, 1. sed alterum, cum post prœlium ad Cranona Demosthenes, Hyperides & alii præsentientes, se pacis causa dedendos esse Antipatro, fugam capessiverunt, damnati idcirco a populo. v. Plut. 12 Offensionem incurrerat. 13 Noxam attulerat.

3 fidem non præstiterat 1. Namque auctus 2 adjutusque a Demosthene, eum, quem tenebat, adscenderat gradum 3, cum adversus Charetem 4 eum subornaret 5: ab eodem 6 in judiciis, cum capitis causam diceret 7, defensus, aliquoties liberatus discesserat 8: hunc 9 non solum in periculis non defendit sed etiam prodidit 10.
4 Concidit 11 autem maxime uno crimine 12: quia, cum apud eum summum esset imperium populi 13, & Nicanorem Cassandri præfectum 14 insidiari Piræeo Atheniensium 15 a Dercyllo 16 mo-

1 Sed hanc ille amicitiam cum Demosthene tanti non fecit, ut boni publici studio præponendam duceret. 2. Scilope; promotus ad majora. 3 Honoris & rei militaris. Aliter ex Plutarcho constat, Phocionem sua virtute ad imperium pervenisse. Interim eodem fato fuit Jul. Cæsar, ut per eos destrueretur, quos nimium auxisset. v. Vellej. 2,56,3. De Divitiaco v. Cæs. B. G. 1,20. conf. Svet. Ner. c. 35. Spartianus Hadriano c. 9. 4 De quo 12, 3, 4. & 13, 1, 3. 5 Occulte ornaret, vel in alterius locum instrueret. 6 Demosthene. 7 Accusatus scil. Phocion. 8 Eadem sors Ciceronis, qui a Popillio Lænate, quem parricidii reum defenderat, interfectus est. v. Val. Max. 5, 3, 4. 9 Suum defensorem. 10 Hæc ex Theopompo aut Timæo maledicentissimis desumsisse creditur Nepos. Apologiam scripturus diceret, quod parendum fuerit necessitati, cum plus potuerit Antipater, quam totæ Athenæ, nedum Phocion. 11 Eversus est, collabefactus est. 12 Delicto. 13 Cum esset domi prætor, foris dux supremus militiæ. 14 Quem Cassander filius mortui Antipatri, regnum occupaturus Macedoniæ & Græciæ, Munychiam successorem Menyllo præfecto ibi præsidii miserat. 15 Portui admodum munito, ex quo totum mare pervagari poterant. 16 Atticæ extra urbem præfecto ab Antipatro relicto.

monerentur: idemque 1 postularet, *ut prohiberet, ne commeatibus civitas privaretur* 2, hic, audiente populo Phocion 3 *negavit esse periculum, seque ejus rei obsidem fore pollicitus est* 4. Neque ita multo post Nicanor Piræo est potitus 5. Ad quem recuperandum 6 cum populus armatus concurrisset: ille 7 non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem præesse voluit 8. Sine quo 9 Athenæ omnino esse non possunt.

Erant eo tempore Athenis duæ factiones 10: III. quarum una populi causam agebat, altera optimatum 11. In hac erat Phocion & Demetrius Phalereus 12. Harum utraque Macedonum patrociniis nitebatur 13. Nam populares 14 Polyper-

1 Dercyllus. 2 Id quod fieri posset, si interciperetur portus & subvehendi facultas. 3 Qui plus amicitiæ Nicanoris quam commodis patriæ dedisse dicitur. 4 Temere obligavit fidem suam, nullum adesse periculum. 5 Ex Munychia, quod castrum imminet Piræo, portum capere facile fuit. 6 Nicanori eripiendum. 7 Phocion. 8 Plutarchus sibilis & strepitu exceptum ait, cum Athenienses educere vellet. 9 Portu Piræo; conf. 2, 6, 1. Hæc verba nonnullis trajecta videntur. Difficultas cessat, si præcedentem paragraphum Parenthesi inclusum existimes. 10 De hujusmodi factionum radice & remediis Machiavellus Dissert. ad Liv. 1, 2. sqq. & 3, 27. Forstner. in not. Polit. ad Tac. 11, 16. & 13, 48. 11 Illa erat factio Democratica, hæc Aristocratica. 12 De quo supra 1, 6, 4. 13 Alii *utebatur*. 14 Qui populo studebant, quos Plutarchus in Arato φιλοπολίτας vocat.

perchonti 1 favebant: optimates cum Cassan-
2 dro sentiebant 2. Interim a Polyperchonte
Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto
populus superior factus 3, statim duces adver-
sariæ factionis 4 capitis damnatos patria pepu-
lit 5: in his Phocionem & Demetrium Phalere-
um: deque ea re 6 legatos ad Polyperchon-
tem misit, qui ab eo peterent, ut sua decreta 7
3 confirmaret 8. Huc eodem profectus est Pho-
cion. Quo ut venit, causam apud Philippum
regem 9 verbo 10, re ipsa quidem apud Polyper-
chontem jussus est dicere. Namque 11 tum re-
4 gis rebus præerat 12. Hic cum ab Agnonide 13
accusatus esset, quod Pyræum Nicanori prodi-
disset: ex consilii sententia 14 in custodiam
con-

1 Erat & hic ex claris ducibus Alexandri. v. Curt. 3, 5, 20. Hunc Antipater moriens summum ducem, & filium suum Cassandrum Chiliarchum constituerat. Sed Cassander & exercitum & regnum habere volens bello eum petierat. 2 Ejusdem cum eo factionis erant. 3 Dum factio popularis prævaluit. 4 Plutarchus etiam Callimedontem & Periclem vocat, populi opibus & potentiæ tum adversatos. 5 Alii *propulit*. 6 Hujus rei causa. 7 Sententiam populi Iaram de exsulibus. 8 Approbaret, rata haberet. 9 Philippum Aridæum fratrem Alexandri M. Eurydicæ uxori & aliis monitoribus obnoxium. v. Just. 14, 5. 10 Quia penes eum tantum umbra nominis regii erat. *Verbo* opponitur *res ipsa*, cum aliud simulatur, aliud fit. 11 Curator regni & administrator, a quo omnia gerebantur. 12 Penes eum & Eurydicen erat vis & imperium. 13 Rhetore & Sycophanta accusandi gratia misso. 14 h. e. ex decreto eorum, qui erant in consilio & cœtu judicum. Alii *ex consimili sententia*, scil. ei, quæ antea lata fuerat Athenis.

conjectus 1, Athenas deductus est 2, ut ibi de eo legibus 3 fieret 4 judicium 5.

Huc ubi perventum est, cum propter ætatem pedibus jam non valeret 6, vehiculoque portaretur, magni concursus 7 sunt facti: cum alii 8 reminiscentes veteris famæ, ætatis 9 miserarentur; plurimi vero ita exacuerentur 10, propter proditionis suspicionem Piræei: maximeque, quod adversus populi commoda 11 in senectute steterat 12. Qua de re ne perorandi 13 quidem ei data est facultas, & dicendi causam 14. Inde judicio legitimis quibusdam confectis 15 damnatus, traditus est undecim vi- IV. 2

1 Vinculis constrictus. 2 Postulantibus ita moribus, ut ibi coram magistratu causam capitis diceret. 3 Secundum leges. 4 Haberetur. 5 Ut legitimis confectis aut absolveretur, aut addiceretur supplicio. 6 Non ingredi posset, male affectus esset pedibus. 7 Scil. populi spectaturi, cujus lætitia connotatur. conf. *14, 3, 3.* Sic ap. Vellej. *2, 103, 4. concursus civitatis.* 8 In ejusmodi casibus semper varium est hominum genus, hinc miserantium, inde insultantium. conf. *18, 11, 2.* & Tac. A. *12, 47, 5.* 9 Senectutis. Subintelligitur vox *causa*, ut docet Voss. de Constr. c. *27.* 10 Irritarentur, exasperentur. 11 Id quod pro crimine majestatis erat in Democratia. Sic apud Vellej. *2, 13, 3. commoda plebis.* 12 Adversatus fuerat commodis, jam senex factus populum supprimere ausus. 13 Se defendendi. 14 Bis apologiam orsus est, bis reclamante populo turbatus & impeditus. 15 Aliis *legitimi confecti* sunt judices certi & delegati, s. extra ordinem constituti. Aliis *legitima confecta* sunt res lege ad accusandum & audiendum reum, nec non ad reliquum judicii ordinem constitutæ. Quomodo Ciceroni Phil. 1, 10. *legitima* sunt res solennes, quæ in publicis actibus observantur. Phocion peracta tantum accusationis ceremonia damnatus est.

viris 1, quibus ad supplicium, more Athenien-
2 sium, publice damnati tradi solent. Hic cum ad mortem 2 duceretur, obvius ei fuit Emphyletus 3, quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrymans dixisset: *ὁ quam indigna 4 perpeteris Phocion!* huic ille, *at non inopinata* 5, inquit, *hunc enim exitum 6 plerique clari viri habuerunt Athenienses* 7. In hoc 8 tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire 9. Itaque a servis sepultus est 10.

1 Judicibus, quibus cura carceris & supplicium demandata, ut in capitalibus rebus adessent, judiciumque an legitime exsequerentur carnifices, viderent. v. Sigon. de rep. Athen. 4. 3. add. Ubb. Emmii Græciæ Vet. T. 3. p. 40. s. 2 In carcerem ad supplicium cicutæ haustu subeundum. v. Diod. 18, 67. 3 Longolius suspicatus est, autorem hic lapsum esse, quod minus curiose Græcos codices inspexerit vertentque. Nam ex Aristide patere, in Græcis autoribus scriptum fuisse ἐκ φυλέτης i. e. *ex sua tribu aliquis*, vel *tribulis*. Hinc proprium nomen factum pro communi. Schottus tentabat *Euippus*, qui etiam capitis damnatus apud Plut. in Phoc. & Apophth. ac Ælian. 13, 42. quanquam apud hunc Εὐδίππου legatur. 4 Iniqua, miseranda. 5 *Præcogitata mali mollis ictus venit &c.* Sen. Ep. 76. *Nulli sit malo turo.* Id. Ep. 107. 6 Finem vitæ. 7 Socrates, Miltiades, Themistocles &c. Horum catalogus apud Dionem Orat. 73. 8 Adversus hunc. 9 Non odium modo, sed & lex proditionis damnatos vetabat sepeliri in Attica. conf. Val. Max. 5, 3 ext. 3. & supra 3, 10, 5. 10 Ultra Eleusinen corpus a vespillone portatum crematumque esse, Plutarchus autor est. Sed pœnitentia actos Athenienses ossa reducta publice extulisse & ex ære statuam posuisse defuncto.

XX.

TIMOLEON.

ARGUMENTUM.

1. *Timoleon patria liberata fratrem sustulit tyrannum. 2. Dionysium depulsum Sicilia Corinthum misit, Hicetam vicit, Pœnos fudit, Mamercum cepit. 3. Instauratis insulæ rebus imperium deponit. 4. Oculis captus, vehiculo fertur, Fortunæ sacellum constituit. 5. Convitiorum patientia; Natalis; Sepultura.*

TImoleon 1 Corinthius. Sine dubio magnus 2 omnium judicio hic vir exstitit. Namque huic uni contigit, quod nescio an ulli 3, ut & patriam 4, in qua erat natus, oppressam a tyranno 5 liberaret; & a Syracusis 6, quibus auxilio erat missus, inveteratam 7 servitutem depelleret: totamque Siciliam multos annos bello & ve-

1 v. Plutarch. in vit. &c. Diod. 16. Suidas, Polyæn. 5, 12. Imprimis a Timæo, qui intersidit, scriptus. v. Cic. ad fam. 5, 12. Apud Aristoph. Ranis, Suidam & in plerisque MSS. *Thymoleon* legitur quasi Θυμῶ λέων. 2 Illustris, excellens. 3 Quod arbitror raro præterea contigisse. Similiter autor loquitur 5, 1, 1. f. 4 Corinthum. 5 Fratre majore natu Timophane. 6 Urbe Siciliæ potentissima. 7 A Tyrannis longo tempore usurpatum. 8 Tum externo Carthaginensium, tum intestino tyrannorum. v. Just. 19, 1. & 20, 5.

vexatam 1, barbarisque 2 oppressam, suo adventu in pristinum 3 restitueret. Sed in his rebus 4 non simplici 5 fortuna conflictatus est 6; & id, quod 7 difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam, quam adversam fortunam 8. Nam cum frater ejus Timophanes, dux a Corinthiis delectus 9, tyrannidem per milites mercenarios 10 occupasset, particepsque regni 11 posset esse 12: tantum abfuit a societate 13 sceleris 14, ut anteverterit suorum civium libertatem 15 fratris saluti 16: & patriæ legibus 17 obtemperare satius 18 duxerit, quam imperare patriæ. Hac mente 19 per haruspicem 20, communemque adfinem 21, cui soror ex eisdem parentibus nata 22, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit 23. Ipse non modo ma-

1 Duriter afflictam. 2 Intelligit Carthaginenses, qui partem insulæ tenebant, a Romanis tandem ejecti. 3 In priorem & veterem statum. 4 Dum has res gereret. 5 Utraque, bona & adversa, varia. 6 Jactatus & afflictus est. 7 *Id quod* eleganter pro *quod* vel *quod etiam*. 8 Cæteri mortales inconsideratiores in secunda quam in adversa fortuna, v. supra 9, 5, 1. 9 Bello adversus Argivos & Cleonæos. 10 Quadringentos numero, quos Corinthii alebant. 11 Tyrannidis. 12 Scil. Timoleon. 13 Participatione 5 usque adeo socius esse noluit. 14 Occupatæ tyrannidis. 15 Unius tyrannidi oppositam. 16 Vitæ 17 Formæ libertatis. 18 Alii *sanctius*. 19 Hoc consilio. 20 Μάντιν Plutarchus vocat, Satyrum vel Orthagoram nomine. 21 Æschylum, sed fratrem uxoris Timophanis, si Plutarcho credimus. 22 i. e. germana proprie. conf. 5, 1, 2. 23 Autor fuit cædis seu fratricidii, libertatis publicæ vindicandæ ergo.

manus non attulit 1, sed ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit. nam dum res conficeretur 2, procul in præsidio fuit 3, ne quis satelles posset succurrere 4. Hoc præclarissimum ejus factum 5 non pari modo probatum est ab omnibus 6. nonnulli enim læsam ab eo pietatem 7 putabant, & invidia laudem virtutis obterebant 8. Mater vero post id factum, neque domum ad se filium admisit 9, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret 10. Quibus rebus 11 ille adeo est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere 12 voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere 13. 5 6

II. In-

1 Vim non adhibuit, neque se cæde commaculavit. 2 Tantisper dum cædes perageretur. 3 Plutarchus ait recessisse paulo & obvoluto capite stetisse lacrymantem. 4 Ne quis percussores impediret. 5 Alii *facinus*. sic pulcherrimum Ter. Ph. 5, 6, 31. Sallust. Cat. 20. rarum Tac. A. 3, 21, 1. conf. idem 15, 49, 4. 6 Justa putabatur injuste Tyranni dem occupantis interfectio ex veteri lege Rhadamanti & pluribus Græcorum. v. Grot. I. B & P. 1, 4, 17. Clapm. arc. 4, 20. Recte Politici scutum subditis ex necessitate in tyrannum, non gladium commendant. v. Lipsi. Pol. 6, 5, 50. seqq. Barclaj. de regn. potest. 3, 8. & 16. Arnisæ. de autor. princ. c 4 &c. 7 Affectum fratri debitum: unde qui violavit, mox impius dicitur. conf. 21, 1, 4. 25, 5, 1. & c. 17, 1. 8 Obterere includit significatum contemtus ac suppressionis. Similiter Curt. 8, 1, 23. & 31. 9 Cum purgare se vellet de isto crimine, quod patriam præposuisset privato amori. 10 h. e. detestaretur, increparet, convicio objurgaret. 11 Cum jam illis opprobriis lacesseretur. 12 Inedia se exstinguere. 13 Absentem fieri per mortem. Significanter de morte voluntaria & accersita.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0300
DFG

II. Interim Dione Syracusis interfecto 1, Dionysius rursus Syracusarum potitus est 2: cujus adversarii opem 3 a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. 2 Huc 4 Timoleon missus incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit, cum interficere posset, noluit 5: tutoque ut Corinthum perveniret, effecit 6: quod utrorumque Dionysiorum 7 opibus Corinthii sæpe adjuti fuerant, cujus benignitatis 8 memoriam volebat exstare 9; eamque præclaram victoriam ducebat, in qua plus esset clementiæ, quam crudelitatis 10: postremo, ut non solum auribus acciperetur 11, sed etiam oculis cerneretur, quem 12 & ex quanto regno ad quam fortunam 13 de- 3 trusisset 14. Post Dionysii decessum 15 cum Hiceta 16 bellavit, qui adversatus fuerat Dionysio, quem

1 Fraude ac scelere Calippi. v. 10, 8, 1. sqq. 2 Decimo ex filii anno ejecto Nisæo, qui tunc Syracusas tenebat. 3 Auxilium. 4 Pro eo, nempe in Sicilia. 5 Pepercit ejus vitæ, quæ habetur rerum omnium pretiosissima. 6 *Dionysius Tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse.* Cic. ad fam. 9, 18. 7 Pro *utriusque Dionysii.* 8 Auxilii præstiti. 9 Durare, conservari, manere, non interire. 10 In qua nemo vitam amitteret, nisi qui in acie cecidisset. v. Lips. Pol. 4, 20, 24. Cic. off. 1, 11, & 24. 11 Fama innotesceret. Cic. Phil. 8. *mandata auribus accipere.* 12 Quantum virum. 13 Ad quam humilem conditionem. 14 Dejecisset; significanti & ordinaria metaphora, qua fastigium, adscensio, dejectio de magnatum fortuna usurpantur. 15 Postquam Dionysius e regno & Sicilia decessit. 16 Uno de amicis Dionis, Leontinorum Dynasta.

quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate 1, indicio fuit 2, quod ipse expulso Dionysio imperium dimittere 3 noluit 4. Hoc superato Timoleon maximas copias Carthaginiensium 5 apud Crimissum 6 flumen fugavit, ac satis habere 7 coegit, si liceret 8 Africam obtinere, qui jam complures annos possessionem Siciliæ tenebant 9. Cepit etiam Mamercum 10, Italicum ducem, hominem bellicosum & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat 11. 4

Quibus rebus confectis 12, cum propter diu- III.
turnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret 13, conquisivit, quos po-

1 Scil. imperii, ambitione. 2 Apparuit, manifestum fuit. 3 Deponere. 4 Libertatem ipsam aggressus est. conf. dictum Cossutiani apud Tac. A. 16, 22, 3. & Cerealis H. 4, 73, 3. 5 Quorum LXX. millia Hicetæ subsidio venerant, ut hac occasione magnam Siciliæ partem sibi vindicarent. 6 Varie hoc nomen Latinis juxta & Græcis scribitur. Plut. χρίμησος; Diod. χρημισσός; Lycophr. χριμισσός; Dionys. Hal. χρημισός; Virg. Æn. 5, 8. Crimissum; Facello de reb. Sic. p. 140, Crimisum. v. Bochart. Canaan, 1, 29. & Cluverii Sic. ant. 2, 2. 7 Contentos esse. 8 Scil. eis. 9 Partem ejus insulæ occupaverant dudum, & imperium ibi obtinuerant. 10 Tyrannum Catanæ, urbis milliari distantis a monte Ætna. 11 Lucanos concitavit contra Syracusanos & Timoleontem, qui mox se dedidit desertus a suis & supplicio a Syracusanis adfectus. Plut. f. 252. 12 Peractis, feliciter gestis. 13 Tanta erat solitudo, ut equi pascerentur in foro Syracusano, & venationes essent circa mœnia, pleraque oppida cervis & apris latibula præbebant. Plut. f. 256.

potuit 1, primum Siculos 2; deinde Corintho arcessivit colonos, quod ab his 3 initio Syracusæ erant conditæ. Civibus veteribus sua 4 restituit, novis bello vacuefactas 5 possessiones divisit 6, urbium mœnia disjecta 7, fanaque deserta 8 refecit, civitatibus leges libertatemque 9 reddidit ex maximo bello 10 tantum otium 11 toti 12 insulæ conciliavit 13, ut hic conditor 14 urbium earum, non illi, qui initio deduxerant 15, videretur. Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam 16, a fundamentis 17 disjecit: cetera tyrannidis pro-

1 Omnis generis homines, novos colonos. 2 Exsules, quos revocavit. 3 Colonis Corintho deductis. 4 Bello amissa; de horum restitutione accurate Grot. J. B. & P. 3, 9, & 10. 5 Vastatas, desertas, derelictas. 6 Distribuit. 7 Destructa, diruta. Sic eodem demoliendi significatu Liv. 24, 2. 8 Vulgo *deleta*, quæ vox a Lambino est, quia *deserta* dure dicantur refici. Sed Savaro *deserta* tuetur, quia & 18, 8, 5. *deserta loca* &c. 9 Δημοκρατίαν. Conjunguntur hic recte leges cum libertate, quæ ademtis legibus tollitur, relictis remanere videtur. Quo sensu Rhodii apud Liv. 32. *Carthago libera cum suis legibus est.* 10 Eleganter pro *post max. bellum*; rebus post bellum compositis. 11 Pacem, quietem. Similiter Cæs. B. C. 1, 5. & 2, 36. Val. Max. 1, 7. ext. 6. Tac. A. 15, 6, 2. Just. 6, 9, 6. &c. 12 Vet. Cod. *tota.* v. not. ad 18, 1, 6. 13 Paravit, acquisivit. 14 Ob industriam restaurationis. 15 Coloniam scil. cujusmodi proprie hoc *deducendi* verbo mitti & constitui dicitur. Conf. Cic. Phil. 2, 40. 16 *Qua urbem premat & compressam regibus populum suis habeat sub ictu.* v. Sen. Thyest. v. 639. seqq. 17 i. e. funditus; solo æquavit.

propugnacula 1 demolitus est, dedit que operam, ut quam minime multa vestigia 2 servitutis manerent. Cum tantis esset opibus 3, 4
ut etiam invitis imperare 4 posset, tantum autem haberet amorem 5 omnium Siculorum, ut nullo recusante 6 regnum 7 obtineret & maluit se diligi, quam metui 9. Itaque cum primum potuit 10, imperium deposuit, & privatus Syracusis, quod reliquum vitæ fuit 11, vixit. neque vero id imperite fecit 12. nam quod ce- 5
teri reges imperio 13 potuerunt, hic benevolentia tenuit 14. Nullus honos huic defuit 15, neq; postea Syracusis res ulla gesta est publica, de qua prius sit decretum, quam Timoleontis sen-

1 Quæ diversis locis tyrannidis causa tanquam instrumenta coercendorum Siculorum exstructa erant. Hoc sensu dicuntur frena, *imposita cervicibus*, Curt. 7, 7, 1. *claustra perdomitorum*, Ibid. c. 6, 13. *compedes oppressorum*, Liv. 32, 37. *Sedes servitutis*, Tac. Agr. 16, 1. conf. Aristot. Pol. 7, 11. Bodin. de rep. 5, 5. 2 Indicia, monumenta. 3 Cum tanta ejus esset potentia. 4 Coactis imperitare & timeri, Tyrannorum est. 5 Benevolentiam: cum usque adeo amaretur ab omnibus. 6 Volentibus civibus. 7 Monarchiam, imperium unius. 8 Administrare posset. 9 *Omnium rerum nec aptius est quidquam ad opes iuendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.* Cic. Off. 2, 7. De Philippo & Alexandro Just. 9, 8, 18. *amari pater malle, hic metui.* 10 Siculae ordinavit reip. statum. 11 Reliquam vitam. 12 Sapienter & præclare fecit. 13 Vi & pot. state. 14 Ejus imperium fuit tutum benevolentia munitum, 10, 1, 3. 15 i. e. honoratissimus fuit. Acclamabant illi obvii: Vivat Timoleon.

6 sententia cognita 1. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem est. neque id magis benevolentia 2 factum est, quam prudentia 3.

IV. Hic cum ætate jam provectus 4 esset, sine ullo morbo lumina oculorum 5 amisit 6. quam calamitatem 7 ita moderate tulit 8, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit 9. Veniebat autem in theatrum 10, cum ibi concilium 11 populi haberetur, propter valetudinem 12 vectus jumentis 13 junctis, atque ita de vehiculo 14, quæ videbantur 15, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat superbiæ 16: ni-

1 Adfuit in omnibus negotiis publicis. Sic nulla res major sine Themistocle gerebatur; 2, 1, 3. 2 Qua favebant ei cives. 3 Ipsius scil. Timoleontis. 4 Senex. 5 i. e. Oculos. Ita Lucret. 4, 823. 6 Cœcus factus est. 7 Cœcitatem. 8 Æquo animo sustinuit, non impatienter toleravit. conf. Camer. Hor. Succ. cent. 1. c. 37. 9 *Multum animo vidit, lumine captus erat.* uti de Appio Claudio cœco Ovid. Fast. 6. v. 203. conf. Cic. de Sen. c. 6. & 11. 10 Græcis theatra etiam pro curiis fuerunt, ubi illis consultare mos fuit. v. Tac. H. 2, 80, 4. cum not. Lipsii; Bernegg. ad Just. 22, 2, 10. 11 Concio, conventus. Similiter Liv. 24, 27. v. Gronov. ad Liv. 44, 2. ubi ostendit, quomodo differant consilium & concilium, quæ sæpe confunduntur. 12 Infirmitatem. Sic passim veteres. de morbo oculorum & 23, 4, 3. 13 Equis. Sic Phocion propter ætatem vehiculo portabatur 19, 4, 1. 14 Id est, ex vehiculo, cui insidebat. 15 Quæ sentiebat. 16 Nemo superbiam interpretabatur; ut *dare laudi, crimini.*

nihil enim unquam, neque 1 insolens 2, neque glorioſum 3, ex ore ejus exiit 4: qui quidem, 3 cum ſuas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam ſe in ea re maximas diis gratias agere 5 atque habere 6, quod cum Siciliam recreare 7 conſtituiſſent, tum ſe potiſſimum ducem eſſe 8 voluiſſent: Nihil enim rerum humanarum 9 fine deorum numine 10 agi putabat. Itaque ſuæ domi ſacellum αὐτοματίας 11 conſtituerat, idque ſanctiſſime colebat 12.

Ad hanc hominis excellentem bonitatem 13 V. mirabiles acceſſerunt caſus 14. Nam prælia maxima natali die ſuo fecit omnia 15. Quo factum

1 Duplex negatio, uti apud Græcos, pro *nihil vel inſolens ὐτ.* 2 Ferox verbum, clarus ſermo. 3 In malam partem, ἀλαζονικόν, ut apud Plautum *glorioſus miles.* 4 Sic locutus Cicero de clar. orat c. 76. & in Vatin. c. 2. 5 Dicto & facto. 6 Animo. 7 Reficere, ſcil. depulſa ſervitute. 8 Præeſſe, officio imperatoris fungi. 9 Actionum non modo ſpiritualium, ſed & civilium. 10 Notat hic auſpicium, curam, nutum, providentiam. 11 i. e. caſus fortuiti, uti nonnulli vertunt, quia Ariſtoteles Phyſ. 1, 6. τύχη & αὐτοματίαν diſtinguit: Sed coluit haud dubie cum Siculis hoc numen Timoleon, eo reſpectu, quo *fortuna* omnium ſucceſſuum domina & moderatrix credita eſt, ut ſit illa ipſa ἀγαθὴ τύχη, cui multa Græci Romanique monumenta conſecrarunt. v. Seld. de Diis Syris 1, 3. 12 Cultus religioſus Deæ in ſacello fieri ſolitus. 13 Virtutem ac moderationem animi. 14 Eventus memorabilis obſervationis. 15 De certorum dierum eventibus v. Forſt. not. ad Tac. I, 4.

ctum est, ut ejus diem natalem, festum habe-
2 ret 1 universa Sicilia. Huic quidam 2 Lame-
stius, homo petulans 3 & ingratus, vadimoni-
um cum vellet imponere 4, quod eum illo se
lege agere 5 diceret; & complures concurris-
sent, qui procacitatem 6 hominis manibus co-
ercere 7 conarentur: Timoleon oravit omnes,
ne id facerent 8. *Namque id ut Lamestio ceteris-
que liceret, se maximos labores summaque adi-
isse pericula* 9. *Hanc enim speciem* 10 *libertatis
esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus* 11 *ex-*
3 *periri liceret.* Idem, cum quidam Lamestii si-
milis 12, nomine Demænetus, in concione po-
puli 13, de rebus gestis ejus detrahere 14 cœpis-
set, ac nonnulla inveherentur 15 in Timoleonta:
dixit,

1 Solenni instituta illo die festivitate, quod felix & victoriis nobilitatus esset. v. Alex. ab Alex. *4, 20.* conf. de Caroli V. Imp. natali Thuan. *1.* 2 Additur hoc Pronomen contemtim. v. *4, 4, 1.* 3 Immodestus, procax. 4 Id est, adigere eum, ut vadibus datis vel se vel vades in judicio certo die affuturos promitteret. Vadimonium enim est sponsio per vades, sistendi se ad certum diem. v. Pollet. Hist. for. Rom. *5, 1.* & Sigon. de judic. *1, 20.* conf. infra *25, 9, 4.* 5 Actionem intendere & jus suum experiri apud Prætorem. v. Sigon. *1, 7.* 6 Audacem petulantiam in incessendo. 7 Punire pariter ac inhibere. 8 Ne prohiberent eum. 9 Cum expelleret Tyrannos. 10 Partem, indicium, signum. 11 Quas ideo civitatibus reddidit c. *3, 2.* 12 Æque petulans. 13 In judicio publico, quod in concione habebatur. 14 Obtrectando eas imminuere, ut ap. Cic. ad fam. *3, 8. si de tua fama detrahere cogitassem.* 15 Exagitandi ergo probra spargeret, maledicta ingereret.

dixit, *nunc demum se voti esse damnatum* 1. *namque hæc a diis immortalibus* 2 *semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in qua cuibis liceret, de quo vellet, impune dicere* 3. Hic cum diem supremum obiisset; publice 4 a 4 Syracusanis, in gymnasio, quod Timoleonteum 5 appellatur, tota celebrante 6 Sicilia, sepultus est.

1 Id est, voti compotem factum, necessitate voti persolvendi obligatum. Liv. 7, 28. *eidem Junoni Monetæ vovit, cujus damnatus voti &c.* subintellige *obligatione* vel persolutione. Voss. de Constr. c. 26. Sic Virg. *reus voti.* Æn. 5, 237. v. Macrob. Sat. 3, 2. 2 Epitheton Deorum solenne apud profanos. 3 Quod ubi licet, abest servilis status & dominatio. Hinc Tac. H. 1, 1, 6. *Rara temporum felicitas, ubi sentire quæ velis, & quæ sentias dicere licet.* 4 Sumtu ducentarum minarum; & facto decreto, ut quotannis in ejus honorem ludi equestres, Gymnici & Musici instituerentur. 5 Meminit ejus Polyæn. 5, 3, 8. Plutarchus in foro sepultum adserit, & Gymnasium postea hoc nomine cum porticibus & palæstris juventutis exercendæ causa sepulcro inædificatum. 6 Funus, scil. sive exsequias.

XXI.

DE REGIBUS.

ARGUMENTUM.

1. Reges nomine Spartani; potestate clariores Cyrus, Darius, Xerxes, duo Antaxerxes. 2. Phi-

Philippus, Alexander, Pyrrhus Dionysius 3: ex Alexandri amicis Antigonus, Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus &c.

I. HI fere 1 fuerunt Græciæ gentis 2 duces, qui memoria digni videbantur, præter reges 3, namque eos attingere 4 noluimus, quod omnium res gestæ separatim 5 sunt relictæ 6: neque tamen hi 7 admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus, nomine non potestate 8 fuit rex: sicut ceteri Spartani 9. Ex his vero qui dominatum 10 imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut 11 nos judicamus) Persarum Cyrus 12 & Darius, Hystaspis filius 13: quorum uterque privatus, virtute 14 regnum est adeptus. Prior horum 15 apud Massagetas 16 prœlio cecidit 17. Darius senectute 18 diem 3 obiit supremum. Tres sunt præterea ejusdem ge-

1 Quos hactenus recensuimus. 2 Pro *Græcæ gentis*, i. e. Græcorum. Sic *Græciæ civitas 7, 7, 4. interra Græciæ* Cell. 7, 5. 3 Nempe majorum gentium. 4 Exponendo scil. 5 Aliis libris & scriptis. Lambinus & Voss. de Hist. Lat. 1, 14. peculiarem Nepotis librum de vitis Regum innui volunt; sed is libros suos aliter indicat 10, 3, 2. & 24, 3, 5. 6 Expositæ opere historico. 7 Reges. 8 Nomine magis quam imperio. 17, 1, 2. 9 Scil. Reges. 10 Monarchiam, potestatem absolutam in nolentes volentes. 11 Pro *sicut*. 12 Cambysis & Mandanes filius inter pastores educatus. 13 Qui equi hinnitu rex creatus. 14 Diligentia, studio, arte. 15 Cyrus. 16 Scythicam gentem. 17 Idem scribunt Herodotus, Polyænus, Justinus 1, 8. Sed Xenophon tradit, placide in lecto obdormisse. 18 Cum regnasset annos 36. v. Herod. 7, 4.

generis 1, Xerxes, & duo Artaxerxes, Macrochir 2 & Mnemon 3. Xerxi maxime est illustre 4, quod maximis post hominum memoriam exercitibus 5 terra marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ 6: quam incredibili ornavit virtute belli 7. Namque illo Persarum nemo fuit manu fortior. Mnemon autem justitiæ fama floruit. Nam cum matris suæ 8 scelere amississet uxorem 9, tantum indulsit 10 dolori, ut eum 11 pietas 12 vinceret 13. Ex his 14 duo eodem 5 nomine 15 morbo naturæ debitum reddiderunt 16: tertius 17 ab Artabano præfecto ferro 18 interfectus est. Ex

1 Ex natione Persica Reges. 2 Seu *Longimanus*, quod manum dexteram leva haberet longiorem, Xerxis filius. 3 i. e. Memor, filius Darii Nothi. 4 Insigne ad famam. 5 Conf. 2, 2, 4. & 2, 5, 3. 6 Ut major solito manus non obfuit formæ, ita forma nil obfuit virtuti & fortitudini. 7 *Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.* Virg. Æn. 5, 3, 44. 8 Parysatidis, quæ Statiram uxorem ejus veneno necavit. 9 Cui illa aviculam cultelli parte venenati dissectam comedendam dederat. 10 Obsecutus est; ejus impetum ita secutus est. 11 Scil. dolorem. 12 Affectus parenti debitus. 13 Sensus: indignatione in scelus matris & vindictam ita exarsit, ut ne oblivisceretur interim, matrem esse, super cujus facinore doleret. Igitur filii officio animoque dolor irritati conjugis est coercitus. 14 De quibus diximus. 15 Duo Artaxerxes, Macrochir & Mnemon. 16 Mortui sunt. Pari elegantia Curt. 10, 4, 3. *Velut omni vitæ debito liberatus.* Scil. fatum, natura & mors subinde creditori aut depositori comparantur, ac vitam tanquam debitum reposcere dicuntur. Cic. Tusc. 1, 39. *Natura dedit usuram vitæ.* Similia passim apud Senecam & alios invenies. 17 Xerxes, de quo Just. 3, 1. 18 Gladio.

II. Ex Macedonum autem genere 1 duo multo ceteros anteceſſerunt 2 rerum geſtarum gloria: Philippus Amyntæ filius, & Alexander Magnus 3. Horum alter 4 Babylone morbo 5, conſumtus eſt 6. Philippus Ægis 7 a Pauſania 8, cum ſpectatum ludos iret, juxta theatrum 2 occiſus eſt 9. Unus Epirothes Pyrrhus 10, qui cum populo Rom. bellavit. Is cum Argos oppidum 11 oppugnaret in Peloponneſo, lapide ictus interiit 12. Unus item Siculus Dionyſius prior. Nam & manu fortis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facile reperitur 13, minime libidinoſus, non luxurioſus, non avarus, nullius rei denique cupidus, niſi ſingularis perpetuique imperii 14, ob eam que

1 Gente, natione. 2 Superarunt. 3 Philippi filius. 4 Alexander. 5 Ex ebrietate contracto. Alii veneno periiſſe volunt. v. Curt. 10, 10, 14. Plut. in Alex. & Arrian. 7. 6 Interiit. 7 Macedoniæ oppido, de cujus Etymo Bochart. Canaan 1, 13. Plinius 4, 10. *Ægen* vocat, ibique regum ſepulcra, ut Diodorus regiam quoque ſedem ponit. 8 Suo percuſſore, a quo differt Pauſanias Dux Lacedæmoniorum ſupra deſcriptus. 9 Conf. de ejus morte Juſt. 9, 6. Ælian. 3, 45. Cic. de facto c. 3. Valer. 1, 8. ext. 9. 10 Scil. Rex claruit. 11 Adſerit Liv. 31, 7. *Argos non vetere fama magis, quam morte Pyrrhi nobilitatos.* 12 Et quidem a fœmina, (v. Zonar. T. 5.) non ſecus ac Abimelechus Jud. 6, 53. conf. de morte Pyrrhi Plut. in vit. Polyæn. 8, 68. Juſt. 25, 5, 1. Aur. Vict. vir. ill. c. 35. &c. Ovid. in Ibin. v. 302. *opprimat hoſtili tegula jacta manu.* 13 Rarum eſt. Ejusdem hominis malefici natura & injuſti ſummam fuiſſe temperantiam memorat Cic. Tuſc. 5, 20. conf. Curt. 9, 10, 29. 14 Monarchiæ, dominatus. Hinc ejus vox: *pedibus tractum, non inſidentem equo relinquere Tyrannidem debere.* v. Liv. 24, 25.

que rem crudelis. nam dum id studuit munire 1, nullius pepercit vitæ, quem ejus 2 insidiatorem putaret. Hic cum virtute 3 tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate 4, majorque annis sexaginta natus 5 decessit 6 florente regno 7: neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe 8 funus 9 vidit 10, cum ex tribus uxoribus 11 liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

Fuerunt præterea multi 12 reges ex amicis 13 III. Alexandri Magni, qui post obitum ejus imperia ceperant. In his Antigonus 14, & hujus filius Demetrius 15, Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus. Ex his Antigonus, cum adversus 2 Se-

1 Dum voluit vim dominationis firmare. 2 Imperii. 3 Consilio, vigilantia, industria. 4 Quod longe difficilius quam acquirere. conf. 4, 11, 9. Just. 25, 4, 3. & prolixe Camer. Hor. succ. 2, 50. 5 Similiter locutus inf. 23, 3, 2. Lambinus reposuit, *natu*; qua forma Cic. Acad. qu. 4, 19. *aliquot annis minorem natu non dubitabo monere.* De ætate Dionysii idem Tusc. 5, 20. *Duo de quadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit, cum quinque & viginti annos natus dominatum occupavisset.* 6 Mortuus est. 7 Cur non omnes Tyranni violenta morte pereant, v. Aristot. Pol. 5. & Forstn. ad An. 1. Tac. p. 52. f. 8 Sobole, domo, familia. 9 Mortem. 10 Expertus est. 11 Prima Hermocratis Syracusii filia fuit, quæ impatienter ferens contumelias ob mariti tyrannidem sibi adspersas, mortem sibi conscivit. Hinc uno die duxit duas, Locrensem & Syracusanam, quæ posterior Dionis soror fuit; v. 10, 1, 1. 12 Alii *magni*. 13 Præfectis, proceribus, sociis. v. 18, 2, 4. 14 De quo 18, 5, 5. Just. 13, 4, 4. &c. 15 Qui Poliorcetes cognominatus Rex Macedoniæ fuit, nec cæteri ignoti primi Reges Thraciæ, Syriæ, Ægypti.

Seleucum, Lysimachumque dimicaret, in prœlio occisus est 1. Pari leto adfectus est 2 Lysimachus a Seleuco. Nam societate disso-
3 luta 3, bellum inter se gesserunt 4. At Demetrius cum filiam suam 5 Seleuco in matrimonium dedisset, neque eo magis fida inter eos amicitia manere 6 potuisset: captus bello 7, in custo-
4 dia socer 8 generi periit morbo. Neque ita multo post Seleucus a Ptolemæo Cerauno 9 dolo interfectus est 10: quem 11 ille 12 a patre 13 expulsum Alexandria, alienarum opum indigentem receperat 14. Ipse autem Ptolemæus 15 cum vivus filio 16 regnum tradidisset 17, ab illo
5 eodem vita privatus dicitur 18. De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum 19 videtur, non præterire 20 Hamilcarem

1 De quo prolixe Plut. in Demetrio f. 902. Just. 15, 4, 22. 2 In prœlio itidem occubuit. v. Just. 17, 2, 1. 3 Fide & amicitia inter hos Alexandri socios sublata. 4 Bella ad internecionem gesta sunt. v. 18, 3, 1. 5 Stratonicen. 6 Durare, constare. 7 Imo fugiens suadentibus amicis se Seleuco dediderat. v. Just. 16, 2, 6. 8 *Nec socer a genero tutus.* Ovid. Met. 1, 145. 9 Cognomen istud ideo nactus est, quod in bello quasi fulminaret. 10 Vid. Just. 17, 2, 4. 11 Ptolemæum Ceraunum. 12 Seleucus. 13 Ptolemæo Lagi filio, qui & Soter. 14 Ut hospitem. 15 Pater ille Cerauni. 16 Minimo natu ex filiis, Ptolemæo Philadelpho. 17 Qui & officium regi inter satellites fecit, omnique regno pulcrius regis esse patrem duxit. Just. 16, 2, 7. sqq. 18 Hic quoque Nepos per errorem Lagidæ tribuit, quod est Evergetæ: Nam hic demum a filio Philopatore interfectus fuit. v. Just. 29, 1, 1. 19 Alibi: non alienum. 1, 6, 1. 20 Prætermittere.

rem & Hannibalem: quos & animi magnitudine & calliditate 1, omnes in Africa natos 2 præstitisse 3 constat.

XXII.

HAMILCAR.

ARGUMENTUM.

1. Hamilcar fortunam Carthaginensium in melius convertit. 2. Pace facta ferro rebelles adflixit, & otium patriæ restituit. 3. In Hispaniam missus Hannibalem filium secum duxit, & formosum Hasdrubalem, cui filiam despondit. 4. In Hispania exstinguitur, infensus Romanis & prima fax belli Punici II.

HAmilcar 4 Hannibalis filius, cognomine Barcas 5 Carthaginiensis 6, primo Punico bel-

1 Militiæ laudibus. 2 Afros. 3 Superasse. 4 v. Polyb. 1, 2. & 3. p. 79. sqq. Appian. in Hisp. p. 257. Diod. 25. Plut. in Hannib. & Cat. Maj. Porphyr. περὶ ἀποχῆς 2, 57. Liv. 21, 1. & 10. Just. 44, 5, 4. Aurel. Vict. vir. ill. c. 39. & 40. Frontin. 3, 10, 9. & 3, 16, 2. Silius Ital. Plures alii, ita dicti vid. in Freinsh. ind. in Justinum. De nomine Selden. de Dis Syris 1, 6. & Voss. de Idolol. 2, 11. Scribitur & *Amilcar* absque aspiratione. 5 Alii *Barcha* vel *Barca*. 6 Per K. hoc nomen scribi cupiunt veteres Grammatici: membranæ, lapides & nummi C. habent. Præfertur & scriptio illa per sex syllabas alteri, qua per quinque dicitur *Carthaginensis*.

bello 1, sed temporibus extremis 2, admodum adolescentulus in Sicilia præesse cœpit exercitui. Cum ante ejus adventum & mari & terra male res gererentur Carthaginiensium 3, ipse ubi adfuit, nunquam hosti cessit 4, neque locum nocendi dedit: sæpeque e contrario occasione data lacessivit 6, semperque superior discessit 7. Quo facto, cum pæne omnia in Sicilia Pœni amisissent 8, ille Erycem sic defendit 9, ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim Carthaginienses 10 classe apud insulas Ægates 11 a C. Lutatio consule Romanorum 12 superati, statuerunt belli finem facere, eamque rem

1 Quod Pœni gesserunt cum Romanis per 24. annos; de quo Polyb. Appian. Liv. Epit. 16. sqq. Flor. 2, 2. Aur. Vict. c. 37. sqq. Eutrop. 23. Sil. Ital. 1. &c. Tria enim numerantur bella punica; Gifanius mallet dicere pœnica. 2 Scil. ejusdem belli ab anno decimo octavo. 3 Hos Romani jam aliquot præliis superaverant, urbes multas ceperant, & magnam prædam fecerant. 4 Nunquam dedit terga 5 Occasionem, facultatem. conf. supra 16, 2, 1. 6 Scil. hostes. Cic. pro Mil. c. 31. irritare ferroque lacessere. 7 Vicit præludiis bellicis. 8 Nempe paulo ante, cum adhuc res improspere gererentur. 9 Medium montem occupavit, & obsedit arcem, quam cum infimis montis tenebant Romani. Est Eryx mons Siciliæ post Ætnam altissimus, inter Drepanum & Panormum; in cujus vertice Veneris templum fuit. v. Polyb. l. c. 55. 10 Duce Hannone. 11 Ita has insulas inter Lilybæum Siciliæ promontorium & Carthaginem vocant Liv. 21, 10. Flor. 2, 2, 33. Silius 1, 59. Aur. Vict. c. 41. Mela 2, 7. Sed Aguşas Polyb. 1, 44. & 60. 12 De quo Aur. Vict. Vir. ill. c. 41.

rem arbitrio permiserunt Hamilcaris 1. Ille 4
etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci
serviendum 2 putavit, quod patriam exhau-
stam sumtibus 3 diutius calamitates belli 4
ferre non posse intelligebat: sed ita, ut statim
mente agitaret 5, si paulum modo res essent re-
fectæ 6, bellum renovare 7, Romanosq; armis 8
persequi, donicum 9 aut certe vicissent, aut vi-
cti manus dedissent 10. Hoc consilio pacem 5
conciliavit 11: in qua tanta fuit ferocia 12, ut
cum Catulus 13 *negaret se bellum compositurum*
14, *nisi ille cum suis* 15, *qui Erycem tenuerunt*,
ar-

1 Tractationem rei ei penitus commiserunt. 2 Eleganter pro *pacem amplectendam, faciendæ paci operam dandam.* 3 *Exhaustis patriæ facultatibus, 23, 6, 2.* pecunia deerat. 4 Quas bellum secum vehit; τὰ δεινὰ πολέμου. 5 Cogitaret, deliberaret. Sic unde Just. *agitare. 2, 12, 3.* & *agitare animo, 8, 3, 4.* 6 Ex damnis belli scil. ita *17, 7, 1.* 7 Id agebat ergo, ut tempore ad reficiendum dato majore impetu insurgeret, & aboleret clades & damna priora. 8 Bello. 9 Pro *donec*; qua voce & Cato, Plautus, Cicero, Lucretius, alii usi. v. Sosp. Charis. l. 2. Instit. Grammat. p. *178.* & Gifan. Ind. Lucret. 10 Victos se confessi essent, cessissent. Ita boni scriptores sæpe. Cic. Att. *16, 3.* Cæs. B. G. *5, 31.* Plaut. Pers. *5, 2, 72.* Horat. Epod. *17, 1.* Lucret. *2, 10, 41.* Metaphora sumta a gladiatoribus, qui victi manus porrigebant aut tollebant. v. Eras. Adag. Chil. *1, 9, 79.* & Pet. Fabri Agonist. *1, 8.* 11 Fecit, negotium tractavit. 12 Animosa elatione. 13 Hoc cognomen Lutatii. 14 Conf. *7, 8, 3.* 15 Talis Syllepsis casuum, quam sequitur pluralis *decederent*, & supra *19, 2, 2.*

armis relictis 1, *Sicilia* decederent 2: *succumbente* 3 *patria*, *ipse periturum se potius* dixerit,
6 *quam tum tanto flagitio* 4 *domum rediret: non enim suæ esse virtutis* 5, *arma a patria accepta adversus hostes*, *adversariis tradere* 6. Hujus pertinaciæ 7 cessit Catulus 8.

II. At ille, ut Carthaginem venit, multo aliter, ac sperabat, Rempublicam se habentem cognovit 9. Namque diuturnitate externi mali 10 tantum exarsit 11 intestinum bellum, at nunquam
2 pari periculo 12 fuerit Carthago, nisi cum delata est 13. Primo mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant 14, desciverunt 15: quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt 16 Africam, ipsam Carthaginem op-

1 Ex consuetudine Romanorum, de pace agentes non audientium, nisi inermes. v. Liv. 38, 8. Cæs. B. G. 5, 41. quam vero ab hoc postulato abhorreant barbari, disce ex Flori 2, 18, 4. & Not. Bernegg. ad Just. 31, 2, 3. & 44, 2, 5. 2 Arma ponerent, & regionem liberam relinquerent. 3 Usque adeo oppressa. 4 Turpitudine & dedecore ex armis relictis. Proprie vox militaris est. v. Donat. ad Ter. Evn. 2, 3. 5 Subaudi *rem*, *negotium*, *opus*. non convenire sibi. 6 Id quod ignominiosissimum in bello. 7 Non recedentis scil. a sententia. 8 Ne durioribus conditionibus ad desperationem redigeret hostem. v. Lipsi. Pol. 5, 20, 27, seqq. 9 Præter spem statum reip. turbatum offendit. 10 Diuturno bello cum exteris gesto. 11 Ortum est. Sic Tac. H. 2, 38, 2. 12 Pro *in periculo*. 13 Excisa a Romanis. 14 Pugnaverant. 15 Causa tumultus & inde subsecuti majoris mali ex non soluto stipendio. v. Polyb. 1, 66. f. 16 Fecerunt, ut deficeret Africa, quæ sub Carthaginensium imperio fuerat.

oppugnarunt 1. Quibus malis adeo sunt Pœni 3
2 perterriti, ut auxilia 3 etiam a Romanis pe-
tiverint, eaque impetrarint 4. Sed extremo 5,
cum prope jam ad desperationem pervenis-
sent, Hamilcarem imperatorem fecerunt 6. Is 4
non solum hostes a muris Carthaginis removit
7, cum amplius centum millia facta essent ar-
matorum 8, sed etiam eo compulit, ut locorum
angustiis clausi 9, plures fame quam ferro in-
terirent. Omnia oppida alienata 10, in his Uti-
cam atque Hipponem, valentissima totius Afri-
cæ 11, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, 5
sed etiam fines imperii propagavit 12, tota Afri-
ca 13 tantum otium 14 reddidit 15, ut nullum in
ea bellum videretur multis annis fuisse 16.

Rebus his ex sententia 17 peractis fidenti a- III.
nimo 18 atque infesto 19 Romanis, quo facilius
can-

1 Hi sunt fructus militum externorum. 2 Carthaginienses. 3 Copias auxiliares. 4 Concesserunt mercede militem in Italia conducere, & arbitros miserunt, qui dissidentes conciliarent. 5 Post aliquot annos. 6 Crearunt, elegerunt, ad unum retulerunt belli summam, cum antea Hanno simul præesset. 7 Repulit. 8 Militum. 9 Expeditissima ratio conficiendi numerosas hostis copias. conf. Vellej. 2, 112, 4. & c. 112. Flor. 3, 3, 5. Claudian. de Stil. laud. 1. v. 106. s. 10 Quæ defecerant ad alios, aut rebellaverant. 11 Inter Carthaginem & Numidiam ad mare sita, & a rebellibus occupata. 12 Protulit, auxit. 13 In Africa. 14 Quietem, statum & faciem pacis. 15 Effecit. 16 Gestum esse, conf. c. 1, 2. 17 Ex voto feliciter. 18 Qui ex successu animosior factus, post victos mercenarios & Libycum bellum, quod Liv. 21, 1. Africum vocat. 19 Ob hostile odium, *ut appareret, majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum*, Liv. 21, 2.

causam 1 bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit 2 filium Hannibalem, annorum novem. Erat praeterea cum eo 3 adolescens illustris 4, formosus Hasdrubal: quem nonnulli diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare loquebantur 5. Non enim maledici 6 tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a praefecto morum 7 Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille 8 filiam suam in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici socero gener 9. De hoc ideo mentionem fecimus, quod Hamilcare occiso 10 illo exercitui praefuit 11, resque magnas gessit 12: & primus 13 largitione vetustos pervertit 14 mores Carthaginiensium: ejusdemque post mortem Hannibal 15 ab exercitu accepit imperium.

At

1 Praetextum. 2 Contubernalem habuit. conf. 23, 2, 3. 3 In eodem convictu. 4 Respectu generis. 5 Ferebant rumoribus. 6 Calumniatores. 7 Talis fere apud Carthaginienses, quales Romae censores; hodie tales appellari amant a nostris *Hofmeister*. 8 Hamilcar; ut justiorem contubernii causam haberet. Liv. 21, 2. factum ait *ob altam indolem*. 9 i. e. contubernium & convictus generi. Utrumque latinum: *interdicitur mihi hac res, & hac re*. 10 In praelio adversus Vettones c. 4, 2. 11 Octo ferme annos imperium obtinuit, cui filii Hannibalis quatuor tum immaturi erant. Hinc dicere solitus, totidem catulos leoninos in perniciem Romanorum ab se educari. 12 Plura consilio quam vi. v. Liv. l. c. 13 Primus. 14 Corrupit, suam i. e. Barcinam factionem corroboraturus. 15 Hamilcaris filius, armorum socius.

At Hamilcar posteaquam mare transiit 1 in IV. Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna 2: maximas bellicosissimasque gentes 3 subegit: equis, armis, viris, pecunia 4, totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre 5 meditaretur, nono anno, postquam in Hispaniam venerat, in prœlio pugnans adversus Vettones 6 occisus est 7. Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Punicum 8. Namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus 9 eo est perductus 10, ut interire, quam Romanos non experiri 11, mallet. 2

1 Juxta Herculis columnas. *Transire* simpliciter est 2, 9, 1. 2 Effecit feliciter. 3 Hispanicas, seu Ibericas. 4 Quia Hispanis *ferri materia præcipua & equorum pernices greges, & abstrusorum metallorum felices divitiæ.* Just. 44, 1, 5. f. 5 Bello Italiam petere, vel eam sedem bello legere post Siciliæ & Sardiniæ amissionem. 6 Hisp. populos circa Tagum. Plin. 4, 22. Appianus generali nomine Iberos vocat. 7 Ita & Appian. p. 314. Sed Polybius 2, 1. refert eum in fuga flumen transeuntem periisse, excussum ab equo. 8 Maxime memorabile omnium, quæ unquam gesta sunt, dicente Livio 21, 1. de causis belli v. Polyb. 3. p. 162. seqq. 9 Postulationibus, precibus, obstringentibus verbis. 10 Commotus, persuasus. 11 Romanorum potentiam tentare, cum Romanis de imperio certare. Tali locutione Poeta dixit Æn. 7, 434. *Tandem Turnum experiatur in armis.*

XXIII.

XXIII.

HANNIBAL.

ARGUMENTUM.

1. Hannibal omnibus ducibus major, suorum debilitatur invidia. 2. Contra Romanos concitat Philippum & Antiochum, ob hereditarium in eos odium. 3. Imperator Hispaniam subigit, Saguntum expugnat, per Pyrenæum saltum & Alpes in Italiam transit. 4. Apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Trasimenum & Cannas Romanos vincit. 5. Fabio verba dat: Rufum, Grachum, Marcellum superat. 6. In patria vincitur a Scipione. 7. Pace facta metuens tradi Romanis, ad Antiochum profugit. 8. Frustra Pœnos tentat, fratrem amittit, adversus Rhodios pugnat. 9. Antiocho fugato Cretenses avaros eludit. 10. Prusiam concitat adversus Romanos. 11. Contra Eumenem pugnans serpentes navibus immittit. 12. Repetitus ab Romanis & circumsessus veneno vitam finit. 13. Bellis distractus literis operam dedit.

HAnnibal 1 Hamilcaris filius Carthaginien- I.
sis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut 2
populus Romanus omnes gentes virtute 3 su-
perarit, non est inficiandum, Hannibalem tanto
præstitisse 4 ceteros imperatores prudentia 5,
quanto populus Romanus antecedat fortitudi-
ne cunctas nationes. Nam quotiescunque cum 2
eo 6 congressus est in Italia, semper discessit su-
pe-

1 v. Polybius, Appianus, Plut. in vit. Diod. 25. Polyæn. 7, 48. Strabo 3. Liv. a 21. ad 40. Flor. 2. c. 6, 7. & 8. Iust. 29. & 31. S. Aur. Vict. Vir. ill. c. 42. Eutrop. 3, 7. Sil. Ital. libris 17. Multa de eo Val. Max. Cicero, Seneca, Frontinus passim. conf. Sallust. B. Iug. c. 5. Vellej. 2, 27, 2. Plin. 7, 3. Iuven. Sat. 10. Agell. 2, 6, 5. 4. & 7, 18. & alii. Scribitur. & Annibal, quia græce ἀννίβας Recte cum adspiratione. Est enim a חנן & בעל quam derivationem dum agnoscit Duesquius ad Sil. Ital. p. 23. & contra adspirat. affert, plane ridiculus est. 2 Pro *quod*, locutio primo adspectu insolentior; cujus tamen ratio considerandi apparere potest. Ita Cic. pro S. Rosc. 41. *Non est verisimile, ut Chrysogonus horum literas adamarit.* Plin. Paneg. c. 8. *An dubium est, ut dare non posset imperium.* Varro R. R. 1, 1. *Verum dicit, ut hoc scripserit in agricultura.* 3 Fortitudine bellica. 4 Superasse. 5 Artibus imperatoriis in universum. Idem judicium Pescennii Nigri v. apud Æl. Spartian. c. 11. Ipse Hannibal maximum Imp. Alexandrum M. Pyrrhum secundum, tertium se ipsum esse dixit ap. Liv. 35, 14. in Luciani Dialogis mortuorum p. 246. sqq. de præstantia bellica Alexander, Hannibal & Scipio inter se contendunt. Conf. de Hannib. laude Liv. 21, 4. & 38, 12. 6 Populo Rom.

perior 1. Quod nisi 2 domi civium suorum invidia debilitatus esset 3; Romanos videtur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio de-
3 vicit 4 unius virtutem. Hic autem velut 5 hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic confirmavit 6, ut prius animam 7, quam id deposuerit 8: qui quidem cum patria pulsus esset, & alienarum opum 9 indigeret, nunquam destiterit animo 10 bellare cum Romanis.

III. Nam ut omittam 11 Philippum 12, quem absens hostem reddidit 13 Romanis: omnium his temporibus potentissimus Rex Antiochus 14 fuit. Hunc tanta cupiditate incendit 15 bellandi, ut usque a rubro 16 mari arma 17 conatus sit in-

1 Vicit Hannibal; excepto prœlio ad Nolam. v. Flor. 2, 6, 29. Cic. de cl. orat. c. 3. 2 *Quod* adjunctum est τῶ *nisi*, cum aliquo fulcro veluti indigeret, pro quo & diceretur: *Sane nisi; Equidem nisi &c.* 3 Victus, pressus, collabefactus. conf. Liv. 30, 21. Just. 38. 4. 6. 4 Depressit, inutilem reddidit; & ut Tac. A. 2, 26, 8. de Germanico ait, parto jam decori abstraxit. 5 Additur hæc particula metaphoris & sententiis ex translato orientibus. 6 Auxit vehementius exercendo. Similia de heredibus odii Vellej. 1, 1, 2. Tac. A. 16, 28, 2. 7 Vitam. 8 Inexpiabile fuisse odium significatur. 9 Potentiæ, patrocinii apud alios, Antiochum, Prusiam. 10 Animo & inimica mente magis quam corpore, uti est 38, 4, 2. 11 Præterea. nihil dicam de eo. rejectionis & præteritionis formula. 12 Demetrii Maced. Regis filium, de quo Just. 29. Epit. Livii 29, & 31. 13 Effecit. 14 Magnus ille dictus rex Syriæ, de quo Aur. Vict. Vir ill. c. 54. Liv. Epit. 33. s. Just. 29. sqq. Flor. 2, 8, &c. 15 Inflammavit. Hæc vasidissimam concitationem denotant. 16 Erythræo. v. Curt. 8, 9, 14. cum not. Freinsh. 17 Bellum.

inferre Italiæ. Ad quem 1 cum legati veniſſent 2
Romani, qui de ejus voluntate 2 explorarent 3,
darentque operam conſiliis clandeſtinis 4, ut
Hannibalem in ſuſpicionem regi adducerent 5,
tanquam ab ipſis corruptum, alia atque antea
ſentire 6: neque id fruſtra feciſſent 7, idque Han-
nibal comperiſſet, ſeque ab interioribus 8 con-
ſiliis ſegregari vidiſſet 9: tempore dato 10 adiit 3
regem, eique cum multa de fide ſua & odio in
Romanos commemoraſſet, hoc adjunxit 11:
pater, inquit, *meus Hamilcar* 12 *puerulo me, ut-*
pote non amplius novem annorum, in Hiſpani-
am imperator proficiſcens Carthagine 13 *Jovi opti-*
mo maximo 14 *hoſtias immolabit* 15. *Quæ divina* 4
res dum conficiebatur 16, *quæſivit a me, vellemne*
ſecum in caſtra proficiſci 17? *id cum libenter*
accepiſſem 18, *atque ab eo, petere cœpiſſem, ne*
du-

1 Antiochum. 2 Conſilio, propoſito. 3 Et apparatum Regis ſpecularentur, ut eſt apud Polyb. & Iuſt. 31,4,4. Apparet hinc, quid per legatos callide agatur. conf. Iuſt. 21, 6, 1. Front. 1, 1, 3. & c. 2, 4. 4 Occultæ molitioni. 5 Ut eum Regi ſuſpectum redderent, propter colloquia cum P. Villio Legato. v. Liv. 35, 13, 14. & 19. Front. 1, 8, 7. 6 Non amplius pro Rege ſtare, fidem mutaſſe. 7 Conatus eventum habuiſſet optatum. 8 Secretioribus. 9 Miratus ſe non adhiberi amplius. 10 Arrepta occaſione. 11 Addidit iis, quæ jam dixerat. 12 De quo 22, 3. 1. 13 Ubi juraſſe Hannibalem in Eliſæ templo media urbe ſito, narrat Silius. aliter tamen Polyb. & alii. 14 Epitheta Iovis ſolennia. 15 Briſſon. form. 1. non eſt hoc victimarii aut popæ, ſed ſacerdotis aut magiſtratus. 16 Dum ſacrificabatur, dum immolatio hoſtiarum cum ſacris reliquis fiebat. 17 In militiam ire. 18 Scil. auribus i. e. audiviſſem.

dubitaret ducere 1: cum ille, *faciam*, inquit, *si fidem* 2 *mihi, quam postulo, dederis* 3, *simulque ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat* 4: *eamque ceteris remotis, tenentem* 5, *jurare jussit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore* 6. *Id ego jusjurandum patri datum* 7 *usque ad hanc diem* 8 *ita servabi, ut nemini dubium esse debeat* 9, *quin reliquo tempore* 10 *eadem mente sim futurus. Quare si quid amice de Romanis cogitabis* 11; *non imprudenter feceris, si me celaris* 12. *Cum quidem* 13 *bellum parabis, te ipsum frustraberis* 14, *si non me in eo principem posueris* 15.

III. Hac igitur 16 ætate cum patre in Hispaniam profectus est, cujus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto 17, equitatui omni præfuit, hoc quoque interfecto exercitus summam imperii ad eum detulit 18. Id Carthaginem de-

1 Id est, ut omnino duceret. conf. 17, 4, 1. 2 Iusjurandum. 3 Id est, si juraveris. 4 Hostias immolare cœperat. 5 Ita Livius ait 21, 1. Hannibalem factis sacris jurejurando adactum esse. Ritus satis notus sumtis in manus altaribus jurare. v. Bernegg. ad Iust. 24, 2, 8. Turneb. Adv. 16, 10. & 19, 19. Item 26, 2, & 5. 6 Me inimicum fore perpetuum. 7 Dare jusjurandum idem est ac jurare. Sic Plaut. Most. 5, 1, 36. & Ter. Hec. 4, 4, 75. 8 Alii *ad hanc ætatem*. 9 Ut nemo dubitare aut timere possit. 10 In posterum. 11 Si grata illis inis consilia. 12 Cogitata scil. vel id, quod paratur. 13 Pro *vero*, uti supra 9, 2, 2. 14 Falles, tibimet ipsi nocebis. Sic sæpe Cæs. B. G. 3, 15. 4, 14. B. C. 2, 32. & 42, 3, 17. &c. 15 Primum omnium feceris; mea opera consilioque plurimum usus fueris. 16 Inferunt alii: *qua diximus*. 17 In demortui locum, ut addunt Liv. 2, 8. Iust. 22, 1, 12. 18 Idem dictum est supra 22, 3, 3.

latum 1, publice comprobatum est 2. Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natus, imperator factus 3 proximo triennio 4 omnes gentes Hispaniæ bello subegit. Saguntum 5, fœderatam civitatem 6, vi expugnavit. 7 Tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam 8 misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyræneum 9 transit. Quacunque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit 10: Neminem, nisi victum, dimisit 11. Ad Alpes 12 postea quam venit, quæ Italiam a Gallia sejungunt, quos nemo unquam cum exercitu ante 2 3 4

1 Nunciatum. 2 Frustra dissentiente Hannone, alterius factionis principe. v. Liv. 21, 3. & 4. 3 Adeoque immatura ætate dux constitutus, non penuria senjorum, sed odio Romanorum, quo imbutum eum a pueritia sciebant. Iust. 29, 1, 7. 4 Scil. quod insecutum est. potest enim vox *proximi* de secutis æque ac antegressis intelligi. 5 Quæ ultra Iberum sita prope Valentiam & Turium flumen. Plin. 3, 3. 6 Octo mensis obsessam. de fœdere cum Romanis in utramque partem ap. Polyb. 3, 21. sqq. disputatur. conf. Liv. 21, 18. 7 Interitum hujus urbis luget Augustinus de C. D. 3, 20. adde Val. Max. 6, 6. ext. 1. Flor. 2, 6, 3. sqq. 8 Patriam suam. 9 Iuga seu montes Pyrenæos, qui Hispanias & Gallias disterminant, porrectis in diversa maria promontoriis. v. Plin. 3, 4. qui & saltum vocat 4, 19. 10 Si qui transitum negarunt. Nam multos etiam metu aut pretio paravit. Liv. 21, 26. 11 Elegans formula, qua felix ubique victoria de omnibus notatur. 12 De quibus Pœninis seu Penninis vocatis v. Plin. 3, 17. & Liv. 21, 38.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0326
DFG

ante eum 1, præter Herculem Grajum 2, transierat: quo facto is hodie Grajus 3 appellatur: Alpicos 4 conantes prohibere, transitu concidit 5, loca patefacit, itinera muniit 6, effecitque, ut ea elephantus ornatus 7 ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere 8. Hac copias traduxit 9, in Italiamque pervenit 10.

IV. Conflixerat 11 apud Rhodanum 12 cum Corne-

1 Mendacium id rejicit Polybius 3, 48. cum Galli sæpe ante transierint, & a multis gentibus ipsæ Alpes inhabitentur. Sic Hannibal apud Liv. 21, 30. ait, *advenas Italiæ cultores has Alpes ingentibus sæpe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantum modo, transmisisse.* 2 *Si de Hercule fabulis credere libet*, uti loquitur Liv. 5, 34. conf. Plin. l. c. 3 Ab Hercule Grajo. A tertio Cæsaris transitu etiam Iulias Alpes vocatas memorant. 4 Alpium inhabitatores. Alii malunt *Alpinos*. 5 Interfecit, delevit. 6 Vias fecit, itineraque aptavit. 7 Schottus ex membranis præfert *oneratus*. accipitque pro onustus. Sed hic *ornare* est armare, uti Lambinus & Gifan exponunt, de quo instructu v. Herm. Hug. de milit. equest. 1, 5. Sic Gellius 5, 2. *ornatus, armatusque ad prælium equus*; apud Tac. H. 3, 63, 2. *exercitus ornatus*. conf. supra 14, 9, 3. Cic. pro Leg. Manil. c. 4. *ornare classem*. Gebh. huc etiam refert *asinos ornatos* apud Cat. de re rust. 10. 8 Manibus pedibusque perreptare propter viarum angustias & montes. 9 Scil. trans Alpes. 10 Quinto mense. 11 Hac verbi constructione significat, ante transitum Alpium commissum esse hoc prælium, de quo tacent Livius & Polybius; Imo juxta hos Scipio primum obvius fuit in Italiam transgresso Hannibali, victus & vulneratus non ad Rhodanum sed Ticinum amnem. v. Liv. 21, 39. & 45. sq. Flor. 2, 6, 10. 12 Fluvium Galliæ Narbonensis. *Profectus Hannibal adversa ripa Rhodani, mediterranea Galliæ petiit* &c. v. Liv. 21, 31.

nelio Scipione Cos. 1. eumque pepulerat 2. Cum hoc eodem de Claſtidio 3 apud Padum 4 decernit 5: ſaucium inde ac fugatum dimittit 6. Tertio idem Scipio cum collega Tiberio 7 a Longo apud Trebiam 8 adverſus eum venit 9. cum his manum conſeruit 10: utrosque 11 profligavit 12. Inde per Ligures 13 Apenninum 14 tranſit, petens 15 Etruriam 16. Hoc itinere adeo gra-

1 *Conſule*, ita abbreviatur. 2 At pulſi Numidæ ab Hannibale ſpeculatum miſſi a trecentis equitibus Romanis a Scipione emiſſis ab oſtio Rhodani, ſi fors Nepos illam pugnam intelligit, de qua Polyb. 3. p. 198. & Liv. 21, 29. Videtur & ſermo eſſe de pugna, qua Galli pro Romanis ad Rhodanum depugnantes pulſi. v. Polyb. p. 196. & Liv. 21, 28. Et poſt hæc initia Scipio in Italiam regreſſus eſt, tutius faciliusque deſcendenti ab Alpibus Hannibali occurſurus, conf. 2, 32. 3 Id eſt propter Claſtidium vicum, quo magnum frumenti numerum congeſſerant Romani. v. Liv. 21, 48. Puteani hæc lectio eſt; Alias præpoſitio deſuit. 4 Ubi Padus amnis Ticino jungitur; quare Aur. Victor. c. 42. *ad Ticinum* pugnatum ait. Florus l. c. *inter Padum & Ticinum*. 5 Confligit, prœlio concurrit, v. ſupra 18, 9, 6. & Curt. 3, 2, 1. 6 Actum de eo foret, niſi filius periclitantem ſervaſſet. v. Rupert ad Flor. p. 345. 7 *Sempronius* dicitur Liv. 21, 52. ſqq. Flor. 2, 6, 12. Aur. Vict. c. 42, 4. 8 Amnem Ciſpadanum, qui ex Apennino ad Placentiam in Padum fluit. 9 Ita mox §. 4. *obviam venit*. 10 Dimicavit, prœlio contendit. 11 Pro *utrumque*. Sic quoque alii veterum. Liv. 23, 21, 4. Flor. 3, 6, 8. & 4, 12, 9. Iuſt. 41, 2, 3. 12 Ad interitum fere dedit. 13 Populos Italiæ ſeptentrionales. 14 Mons ille Livio aliisque Penninus. De origine nominis poſt alios Bochart. Canaan 1, 11. 15 Proficiſcens eo. 16 Hæc regio Thuſcia quoque & Tyrrhenia dicta. Ital. Toſcana.

gravi morbo adficitur oculorum, ut postea nunquam dextero æque bene usus sit 1. Qua valetudine cum etiam tum premeretur 2, lecticaque ferretur 3, C. Flaminium cos. apud Trasimenum 4 cum exercitu insidiis circumventum occidit 5. Neque multo post C. Centenium proprætorem 6, cum delecta manu saltus occupantem. Hinc in Apuliam 7 pervenit. Ibi obviam ei venerunt 8 duo Consules: C. Terentius & L. Paulus Æmilius. Utriusque exercitus uno prœlio 9 fugavit: Paulum consulem occidit 10, & aliquot præterea consulares 11. In his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore 12 fuerat consul 13.

Hæc

1 Scil. ac sinistro; vel ac antea. Liv. 22, 2. *altero oculo captus.* quod oris dehonestamentum simile Civilis sibi gloriæ duxit apud Tac. H. 4, 13, 3. conf. A. 2, 9, 2. & 3, 20, 40. de Decrio. de Sertorio Gell. 2, 27. ubi & de Philippo Macedone. 2 Cum adhuc ægrotaret. 3 Scil. militari, sicut apud Curt. 7, 6, 8. Alexander, apud Liv. 24. 42. Scipio gestati sunt. adde Donat. in Svet. Aug. 78. Val. Max. 2, 8, 2. 4 Nempe lacum in Etruria ad Perusiam. 5 De hac clade Liv. 22, 4. sqq. Flor. §. 13. nec non Cic. de nat. D. 2, 3. de div. 1, 35. Val. Max. 1, 6, 6. Sen. de ira 2, 5. Ovid. Fast. 6, 761. 6 Loco prætoris missum a Servilio altero Consule. v. Liv. 22, 8. 7 Quæ Italiæ extremæ regio ad mare Adriaticum extenditur. 8 Scil. cum exercitu. 9 Memorabili admodum apud Cannas, de quo Liv. 22, 45. sqq. Flor. §. 15. Vellej. 1, 9, 3. Val. Max. 1, 1, 16. 3, 4, 4. 4, 5, 2. 7, 4. ext. 2. 7, 6, 1. Cic. Off. 3, 32. Front. 2, 2, 7. Silius toto 9. 10 Alter Ter. Varro Venusiam profugit: Et huic cladis auctori gratiæ postea actæ a senatu. 11 Viri, qui jam gesserant honorem consulatus. 12 Præcedente. 13 Tres modii annulorum aureorum ab Hannibale tunc collecti. v. Liv. 23, 12. Flor. §. 18. Plin. 33, 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0329
DFG

Hac pugna pugnata 1, Romam profectus 2 V. nullo resistente. In propinquis urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset 3, & reverteretur Capuam 4: Q. Fabius Maximus dictator 5 Rom. in agro Falerno 6 se ei objecit 7. Hic clausus locorum an- 2 gustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit 8. Fabio callidissimo imperatori verba dedit 9. Namque obducta 10 nocte, sarmenta 11 in cornibus jumentorum 12 deligata in-

1 Est Græcismus. v. Vossius de Const. c. 22. Sic Cic. pro Mur. c. 22. 2 Cum jam in Campaniæ deliciis elanguisset, victoria uti nescius. v. Flor. §. 19. sqq. Liv. 23. 45. Val. Max. 9, 1. ext. 1. 3 Ad flumen Anienem, ad tertium ab urbe lapidem. v. Aur. Vict. & Liv. 26, 10. §. Hinc provolvium: *Hannibal ad portas*. Cic. Philip. 1, 5. & de fin. 4, 9. 4 Quam Campaniæ urbem Hannibali Cannas fuisse dictum est apud Flor. §. 21. 5 Liv. 22, 8. eum *Prodictatorem* a populo creatum dicit. Dictaturæ ad tempus sumebantur. v. Tac. A. 1, 1, 1. Grot. J. B. & P. 1, 3, 12. *ultimum rebus trepidis consilium*, Liv. 4, 56. quo Romani ad vindicandam maximis periculis remp. usi. Vellej. 2, 28, 2. Idem Fabius *Cunctator* dictus. v. Flor. §. 27. Aur. Vict. Vir. ill. c. 43. 6 Id est regione Falerna, in mediterraneis Campaniæ. v. Cluver. Ital. Antiq. 4, 5. 7 Ei oppositus fuit; ibi eum, *qui frangi virtute non poterat, mora comminuit*. Flor. §. 28. 8 Salvis & integris omnibus rebus evasit, ut nullam inde cladem acciperet. 9 Re & facto eum elusit. Hæc formula alias verborum fallacias, hic ipsam fraudem & stratagema notat. 10 i. e. Obscura, nebulosa, minimeque serena. Sive potius obduci hic nox dicitur, ut in Virg. Georg. I. 248. obtendi. Curt. 8, 13, 25. *obducta nox cælo*. 11 Appianus faces fuisse dicit. 12 Alii *juvencorum*. Polybius & Liv. 22, 16. boves vocant.

incendit, ejusque generis 1 multitudinem magnam dispalatam 2 immisit 3. Quo repentino objectu viso 4, tantum terrorem injecit 5 exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum 6 ne-
3 mo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita 7 multis diebus, M. Minucium Rufum magistrum equitum, pari ac dictatorem imperio 8 dolo productum 9 in prœlium 10, fugavit. T. Sempronium Gracchum iterum 11 consulem, in Lucanis 12 absens 13 insidias inductum 14 sustalit. M. Claudium Marcellum quinquies 15 con-

1 Jumentorum in terribilem speciem adornatorum. 2 Palabundam & dispersam passim vagantemque. v. 6, 1, 2. 3 Scil. ad hostium castra. 4 Id est, repentina specie oculis objecta. 5 Fecit, excitavit. 6 Scil. castrorum; de quo v. Lips. Mil. Rom. 5, 5. 7 Pro *adeo*. 8 Scil. existentem, id quod per tumultuentas rogationes ita acciderat. Alias Magister equitum Dictatoris imperio parebat, de cujus officio H. Hug. mil. equ. 5, 2. 9 Illectum. Sic Cæs. B. C. 3, 100. *elicuit naves atque ex his longius productam unam cepit.* Hirt. B. G. 8, 48. *cum fuga vehementi Voluseni eum longius produxisset*; alii *perductum*. 10 De quo Liv. 22, 28. f. Male re gesta Minucius ipsi imperii exæquationem abrogavit, c. 30. 11 Id est, secundum. Ita Cic. sæpe: primum, iterum, tertio. conf. mox c. 6, 1. 12 Gens ponitur pro regione, Lucania. 13 Res per Magonem gesta absente Hannibale, ad quem ille exanimem consulem extemplo misit. Liv. 25, 16. 14 Per Flavium Lucanum. fidem habuit Gracchus, cum diceret primores Italorum ad Romanos redituros. 15 Non solum *quartum*, *quintum* dicitur, quod Gellius 10, 11. commendat, verum etiam *quater quinquies*. Sic *ter Consul* Plin. 13, 13. & 16, 40. Tac. A. 14, 36, 1. *Sexies consul Marius* Eutrop. 5, 2, 4.

consulem 1, apud Venusiam 2 pari modo 3 interfecit. Longum est 4 enumerare prœlia. Quare hoc unum satis erit dictum 5, ex quo intelligi possit, quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia 4 fuit 6, nemo ei in acie 7 restitit 8, nemo adversus eum post Cannensem 9 pugnam in campo castra posuit.

Hic invictus 10 patriam defensum revoca- VI. tus 11, bellum gessit adversus P. Scipionis filium, quem 12 ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat 13. Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus 14, cupivit in præsentiarum 15 bellum componere, quo

1 Qui victum aliquoties Hannibalem docuerat superari posse. 2 Urbs est in Apulorum & Lucanorum confinio sita, Horatii Poetæ patria. 3 Nempe per insidias, de quibus Liv. 27, 26. f. 4 Formula præcisionis. 5 Hoc unum si dixero, satis dictum est. 6 Fuit autem annos quindecim. 7 Aperto in prœlio. 8 Nemo eum sustinuit: nemo non discessit victus. 9 Apud Cannas pugnatum. 10 *At qui primum a Fabio Maximo fractus, deinde a Valerio Flacco repulsus a Graccho & Marcello fugatus*, dicente Aur. Victore l. c. 11 A Carthaginensibus, quos Scipio Africanus ex Hispania in Africam profectus pluribus prœliis vicerat. 12 Scipionem patrem. 13 De his locis conf. paulo ante c. 4, 1. 14 Opibus imminutis & consumtis diuturno bello. 15 Hoc est, *in præsentia rerum*; ita composita & contracta mihi videtur vox, quam inde corruptam censet Voss. in Latino barbarism. 1, 25. pro qua nude noster *in præsentia* 2, 8, 4. 7, 10, 5. & in MSS. 1, 7, 6. Voss. ibid. 4, 33. non audet vocem damnare cum Schoppio, adversus quem eandem tuetur & Elmenhorst. in ind. Apulei. Defenditur præterea autoritate Catonis R. R. c. 144. Tac. A. 4, 59, 4. &c.

quo valentior 1 postea congrederetur 2. In colloquium convenit 3, conditiones non conve-
3 nerunt 4. Post id factum paucis diebus apud Zamam 5 cum eodem conflixit 6: pulsus (incredibile dictu 7) biduo & duabus noctibus Adrumetum 8 pervenit, quod abest a Zama
4 circiter millia passuum trecenta 9. In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie excesserant 10, insidiati sunt ei: quos 11 non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit 12. Adrumeti reliquos ex fuga collegit. Novis delectibus 13 paucis diebus multos contraxit.

VII. Cum in apparando 14 acerrime 15 esset occu-

1 Instructior, si paulum modo res essent refectæ; quæ & Hamilcar mente agitabat, cum paci serviendum esset, 22, 1, 4. 2 Bellum resumeret, renovaret. 3 Comparuit ad colloquium. 4 Pro *non convenit de conditionibus.* Sic solent veteres Liv. 30, 40. *Si conditiones convenirent pacis.* Just. 30, 3, 13. pax non convenit. Adde Gronov. not. ad Statii Theb. 6, 630. 5 Quæ Numidiæ urbs Arx regni est. Sallust. Jug. 56. postea Jubæ regia. Hirt. Afr. 91. a Carthagine distat quinque dierum itinere. Liv. 30, 29. 6 Pugnam Zamensem describit Liv. 30, 32. Polyb. 15, 9. s. 7 Formula ἀυξητικὴ, quæ vim narrationis intendit. 8 Phœnicum in Byzacio coloniam. v. Reinesii Hist. linguæ Punicæ c. 8, 15. Bocharti Canaan 1, 24. de fuga Hannibalis v. Liv. 30, 35. 9 Tria millia stadiorum. Appian. p. 41. 10 Fugæ comites. 11 Numidias. 12 Qui opprimere conabantur Hannibalem. 13 Delectus est proprie selectio optimorum militum: sed generatim, quod & hic obtinet, pro conquisitione usurpatur. delectibus militem contrahere, idem est ac conscribere. 14 Scil. bello. 15 Summo studio.

cupatus, Carthaginienſes 1 bellum cum Romanis compoſuerunt 2. Ille nihilo ſecius exercitui poſtea præfuit 3, resque in Africa geſſit 4: itemque 5 Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium & C. Aurelium conſules 6. His enim magiſtratibus 7 legati Carthaginienſes Romam venerunt, qui ſenatui populoque Romano gratias agerent, quod cum his 8 pacem feciſſent, ob eamque rem corona aurea 9 eos 10 donarent, ſimulque peterent, *ut obſides eorum* 11 *Fregellis* 12 *eſſent, captivique redderentur.* His 13 ex ſenatus conſulto reſponſum eſt: *munus* 14 *eorum gratum acceptumque eſſe: obſides* 15, *quo loco rogarent* 16 *futuros: captivos non remiſſuros, quod Han-* 2 3

1 Fracti jam adverſis rebus. 2 De conditionibus pacis v. Liv. 30, 37. qui ipſo Hannibale conſentiente pacem hanc factam dicit. 3 Nihilominus imperator manſit. 4 Publice adminiſtravit; bellum duxit. 5 Hæc particula copulat & comparat ſimul. conf. §. 3. 6 Eo anno, quo bellum contra Philippum Macedoniæ Regem initum. 7 Horum conſulatu. 8 Carthaginienſibus. 9 Inter dona victoribus aut præpotentibus cultus & gratulationis cauſa mitti ſolita per legatos, *coronæ aureæ* memorantur apud Curt. 4, 2, 2. & 4, 5, 11. Liv. 31, 15. v. Bernegg. ad Juſt. 11, 10, 10. cum Ind. Freinsh. 10 Romanos. 11 Carthaginienſium, quorum centum poſtulaverat Scipio. Liv. 30, 37. Legati ergo petunt, ut a Norba, ubi cuſtodiebantur, alio traducerentur, (Liv. 32, 2.) & nominatim, uti ex noſtro apparet, Fregellas. 12 In oppido Campaniæ ſive novi Latii inter Sinueſſam & Formias. v. Cluver. Ital. 3, 8. 13 Legatis ſcil. 14 Donum. 15 Viros pacis firmandæ cauſa relictos & traditos. 16 Ubi commodius fore dixiſſent.

Hannibalem, cujus opera 1 *susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano* 2, *& nunc* 3 *cum imperio apud exercitum haberent* 4, *itemq.* 4 *fratrem ejus Magonem* 5. Hoc responso Carthaginienses cognito 6, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Hic, ut rediit 7, prætor factus est 8, postquam rex 9 fuerat, anno secundo & vigesimo 10. Ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini 5 reges creabantur 11. In eo magistratu 12 pari diligentia se Hannibal præbuit 13, ac 14 fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non solum ut esset pecunia 15, quæ Romanis ex fœdere penderetur 16, sed etiam supereſſet 17, quæ

1 Consilio, instinctu, imperio. 2 Infensum maxime Romanis totique populo. 3 Adhuc. 4 Præfecissent exercitui. 5 Livio *30,18.* s. Mago frater Hannibalis in Insubria vulneratus, & ex vulnere prope Sardiniam mortuus. Sed nostro superstes ille est hic & c. *8.* Ergo puto, vel circa nomen alicubi erratum, vel duos fratres idem habuisse nomen. 6 Audito intellectoque. 7 Postquam Hannibal reversus est. 8 Hoc loco *prætor* civilis magistratus est. 9 *Sufes* lingua Pœnorum. i. e. consul; uti & Justinus principem civitatis ac tum temporis consulem vocat *31,3,6.* v. Festus voce *Sufes*, cum cattig. Scaligeri. 10 Scil. ætatis suæ. 11 Fere easdem dignitates eosdemque magistratus Pœni habuerunt ac Romani. *Suffetes velut consulare imperium apud eos erat.* Liv. *30,7.* v. Berneg. not. ad Just. *31,2,6.* conf. Grot. J. B. & P. *1,3,9.* βασιλέας etiam dixit Aristot. Polit. *2,9.* 12 Potestate. 13 Se gessit. 14 Pro *sicut.* 15 Quam Scipio imperaverat. v. Liv. *3,16.* 16 Solverctur. Pendebant veteres moneras, quas nunc numeramus. Inde tot vocabula ponderum in re monetaria manserunt. 17 Abundaret, restaret.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0335
DFG

quæ in ærario poneretur 1. Deinde, anno post 6
præturam, Marco Claudio, Lucio Furio coss.
Romani legati Carthaginem venerunt. Hos
Hannibal sui exposcendi gratia missos 2 ratus,
priusquam his senatus daretur 3, navem con-
scendit clam, atque in Syriam ad Antiochum
profugit 4. Hac re palam facta, Pœni naves 7
duas, quæ eum comprehenderent, si possent
consequi 5, miserunt: bona 6 ejus publicarunt:
domum a fundamentis 7 disjecerunt 8, ipsum
exsulem judicarunt 9.

At Hannibal anno tertio, postquam 10 do- IIX
mo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio
coss. cum quinque navibus Africam accessit,
in finibus Cyrenæorum 11, si forte 12 Carthagi-
nien-

1 Alii: reponeretur. 2 Ideo venisse legatos, ut poscerent a senatu, ut Hannibal ipsis tradatur. v. supra 2, 8, 5. 3 Id est, dies assignaretur, ut Legati senatum adire, mandataque sua & postulata exponere possent. 4 v. prolixe Liv. 33, 47. s. ubi scribit, Hannibalem velut Deorum munus fuisse exceptum. 5 Fugientem assequi. 6 Possessiones. 7 Id est, funditus, uti 20, 3, 3. 8 Tanquam proditoris & majestatis rei. Sic Romani etiam solebant. Notum est Æquimelium apud Liv. 4, 16. Sic M. Flacci & Saturnini penates ab imis fundamentis eruti sunt. v. Val. Max. 6, 3. & Piccarti Observ. Dec. 3, 1. 9 Judicio exsilium ejus decreverunt, eum proscripserunt. 10 Similis locutio 3, 1, 5. 11 Cyrenæ, unde Cyrenæi, insigne Lybiæ oppidum, unde totus tractus inter Africam proprie dictam & Lybiam Marmoricam seu Maritidem, Cyrenaica dicitur. 12 Consilii & causæ finalis respectu.

nienſes ad bellum, Antiochi ſpe fiduciaque 1, inducere 2 poſſet: cui 3 jam perſuaſerat, ut cum exercitibus in Italiam proficiſceretur. Huc 4 2 Magonem fratrem excivit 5. Id ubi Pœni reſciverunt, Magonem eadem, qua fratrem 6, pœna adfecerunt. Illi deſperatis rebus 7 cum ſolviſſent naves 8, ac vela ventis dediſſent 9, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria 10 prodita eſt. Namq; alii naufragio, alii a ſervis ipſius inter- 3 fectum eum, ſcriptum reliquerunt 11. Antiochus autem, ſi tam in agendo bello 12 parere voluiſſet conſiliis ejus 13, quam in ſuſcipiendo inſtituerat 14, propius Tiberi 15 quam Thermopylis 16, de ſumma imperii 17 dimicaſſet. Quem etſi

1 Oſtenſa ex Antiochi armis & ſocietate. 2 Permovere per Ariſtonem Tyrium quendam Carthaginem miſſum, ut ea clam expediret. v. Liv. 34, 60. 3 Antiocho. 4 Eo loci, ubi tuncipſe erat Hannibal. 5 Ad ſe revocavit. 6 Alii addunt, abſentem. 7 Cum jam deſperaſſent, Carthaginienſes rurſus bellum ſuſcepturos. 8 Eportu ſcil. 9 Provecti in altum. 10 Fama. Imo plane alia de Magone Livius. v. paulo ante c. 7, 4. 11 Scripſerunt. 12 Agere bellum eſt adminiſtrare. Sic apud Ovid. Art. am. 1. v. 182. Eutrop. 2, 5. & 6, 7. v. Gronovii Obſ. 1, 3. & not ad Liv. 28. 46. agere & gerere ſæpe eadem eſſe oſtendit idem prolixe obſerv. 4, 14. 13 Cur autem illis non obedierit, oſtendit Juſt. 31, 6, 1. ſqq. 14 Id eſt, cœperat. 15 Qui Romam præterfluit in Italia, ubi bellum gerendum eſſe conſtans Hannibalis ſententia fuerat. v. Liv. 34, 60. 16 Ad quas victus eſt Antiochus. Cum Græciam belli ſedem eligeret. v. Liv. 36, 15. & 18. Flor. 2, 8, 11. 17 De imperio.

etsi multa stulte conari 1 videbat, tamen nulla deseruit in re 2. Præfuit paucis navibus, quas 4
ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque adversus Rhodiorum 3 classem in Pamphylio 4 mari conflixit. Quo 5 cum multitudine adversariorum sui superarentur: ipse, quo cornu rem gessit 6, fuit superior.

Antiocho fugato 7, verens ne dederetur 8, IX.
quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem 9, Cretam ad Gortynios 10 venit, ut ibi, quo se conferret, consideraret 11. Vidit 12 au- 2
tem vir omnium callidissimus 13, magno se fore periculo 14, nisi quid providisset 15, propter ava-

1 Suscipere, factitare. Regis stultitiam facetè irrisit ipse Hannibal, ut refert Gellius 5, 5. 2 Fidelem ubique constantemque operam præstitit. 3 Rhodii incolæ re navali celebres insulæ, quæ dicitur Rhodos in mari mediterraneo. 4 A regione minoris Asiæ, Pamphylia, quæ a meridie habet hoc mare. 5 Scil. mari. alii *in quo*. 6 Qua parte præfuit pugnæ. dextero cornu Apollonius præerat de toto conflictu; Liv. 37, 23. 7 Id est, Asia multato & in Syriam rejecto. Hinc dicere solitus, *benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur*. Cic. pro Dejot. c. 13. Val. Max. 4, 1. ext. 9. 8 Scilicet Romanis, qui conditionibus pacis Antiocho datæ hanc adjecerant, ut Hannibalem, concitatorem belli dederet. v. Liv. 38, 38. 9 Si se præsentem stitisset. opponitur fugæ & demigrationi. 10 Incolas Gortynæ urbis in meditullio fere Cretæ olim sitæ. 11 Amplius deliberaret. 12 Prævidit, sensit. 13 Νουνεχὴς καὶ πολύβουλος. 14 Alii *in periculo*. 15 Excogitasset, reperisset consilium, cavisset. Ita Ter. *Quæ si non astu providentur*. And. 1, 3, 3. & Phor. 1, 4, 5.

avaritiam Cretensium 1. Magnam enim secum pecuniam 2 portabat, de qua sciebat exisse fa-
3 mam 3. Itaque capit tale consilium 4. Amphoras 5 complures complet plumbo: summas 6 operit 7 auro & argento. Has præsentibus principibus 8 deponit in templo Dianæ 9, simulans 10, se suas fortunas 11 illorum fidei credere 12. His in errorem ductis 13, statuas æneas 14, quas secum portabat, omnes sua pecunia complet, easque in propatulo 15 domi abjicit.
4 Gortynii templum magna cura custodiunt 16, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne quid

1 Famosi ejus insulæ incolæ variis vitiis: tribuitur ipsis, quod sint perfidi, mendaces, ignavi, rapaces &c. de quibus & Paulus ad Tit. *1, 12.* 2 Pecuniæ summam; aurum & argentum. 3 Palam factum. Sic *17, 2, 1.* 4 Præter Polyænum & Frontinum narrat Just. *32, 4.* 5 Vasa sic dicta, quod duas ansas habeant, quibus comprehendantur. 6 Ora amphorarum intelligit. 7 Obtegit. 8 Intellige civitatis Gortynæ. Ita est in MSS. vulgo legitur, *has Gortynia præsentibus deponit &c.* 9 Scil. custodiæ & securitatis causa. Mos iste in sacellis templisque adservandi pecunias passim obvius: v. *3, 3, 1.* Cæs. B. C. *1, 6. 2, 18, 3, 23. 3, 105.* Sic Cic. de leg. *2, 16. Athenienses Clisthenes Junoni Samiæ, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit.* 10 Causam interponens. 11 Pluraliter opes, facultates, divitias significat. 12 Se committere illis bona tanquam hominibus bonæ fidei, aut bona fide servanda. 13 Inductis, falsa opinione delusis. 14 Idola. 15 In loco aperto & ad conspectum expositio. Sic Plin. Epist. *1, 8.* integre Cic. *4.* Verr. c. *49. in propatulo loco.* 16 Attente servant per vigiles.

quid ille, inscientibus his 1, tolleret, secumque portaret 2.

Sic conservatis suis rebus Pœnus 3, illusis 4 X.
Cretensibus omnibus, ad Prusiam 5 in Pontum 6 pervenit. Apud quem eodem animo fuit 7 erga Italiam, neque aliud quidquam egit 8, quam regem armavit 9 & exercuit 10 adversus Romanos. Quem cum videret domesticis rebus 2
minus esse robustum 11, conciliabat ceteros reges, adjungebatque 12 bellicosas nationes. Diffidebat ab eo 13 Pergamenus rex Eumenes 14, Romanis amicissimus, bellumque inter eos 15 gerebatur & mari & terra. Quo magis cupiebat eum 16 Hannibal opprimi 17. Sed utrobique 18 Eumenes plus valebat 19 propter Romano- 3

1 Se ignorantibus. 2 Auferret; alii *asportaret*. 3 i. e. Hannibal, per Metonymiam nominis gentilis pro proprio. 4 Callido invento deceptis. 5 Regem Bithyniæ, quæ Ponto Euxino adjacet. de hoc rege v. Cic. de divin. 2, 24. Just. 32, 4, 5. 6 Regionem minoris Asiæ, sic dictam a vicino mari, cujus metropolis Trapezus. 7 Scil. hostili. nil quidquam de odio suo remisit. 8 Periphrasis hæc est magnæ contentionis ac studii. 9 Instigavit ad arma. 10 A longo otio ad exercitium bellicum reduxit. Ita meliores libri; alii *excitavit*. 11 Regem non satis adversus Romanos valere viribus propriis & intestinis. 12 Scil. ad amicitiam, uti additur 7, 6, 6. 13 Erat hostis Prusiæ. 14 Attali senioris filius, regnans in citeriore Asia, in Lydia maxime & Ionia, cujus regia sedes Pergami fuit, ubi charta inventa, quæ & hodie Pergamena dicitur. 15 Prusiam & Eumenem. 16 Amicum Romanorum. 17 Sperans fore, ut hoc superato Prusias fieret potentior. 18 Et terra & mari. 19 Superior erat, potentior, robustior.

norum societatem 1: quem si removisset 2, faciliora sibi cetera fore 3 arbitrabatur. Ad hunc
4 interficiendum talem iniit rationem 4. Classe paucis diebus 5 erant decreturi 6. Superabatur navium multitudine 7. Dolo erat pugnandum 8, cum par non esset armis 9. Imperavit quam plurimas venenatas serpentes 10 vivas colligi,
5 easque in vasa fictilia 11 conjici. Harum cum confeciisset 12 magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prœlium, classiarios 13 convocat, hisque præcipit, *omnes ut in unam Eumenis regis concurrant* 14 *navem, a cæteris* 15 *tantum satis habeant se defendere* 16. *Id facile*

1 Hinc Eumenes in senatu: *vetustissima*, inquit, *domus nostræ vobiscum amicitia*, Liv. 36, 53. 2 Oppressisset, debellasset. 3 Ut & alii vicini Reges communia arma adversus Romanos stringerent. 4 Tale cepit consilium. 5 Post pancos dies. 6 Ita codices plerique. Vulgo *decertaturi*, de prœlii notione in verbo *decernere* v. c. 4, 1. & 1, 4, 4. ubi *contendere* substituitur. 7 Inferior erat navibus Hannibal. 8 Si Marte aperto diffidimus, arte & consilio nitendum. *Dolus an virtus, quis in hoste requirat.* Virg. Æn. 2, 390. v. Grot. J. B. & P. 3, 1, 6. 9 Vi armata & aperta. 10 Serpens plerumque est generis Masculini. Noster in Fœminino ponit. 11 *Fictiles lagenas* vocat Just. 32, 4, 6. Frontinus 4, 7, 10. *vascula viveris plena.* Generosius autem est, justis armis pugnare, quam rebus venenatis. v. Clapmar. arc. rerump. 5, 7. Piccarti observ. Dec. 10. c. 10. p. 265. 12 Collegisset, conquisivisset. v. Gronov. ad Liv. 29, 35. alii legunt *fecisset.* Sic Sallust. *exercitum facere*; supra 15, 3, 6. 13 Scil. milites. 14 Veluti agmine facto involent. 15 Scil. navibus facile confundendis ac turbandis, Rege ipso oppresso. 16 Non ultra defensionem nitantur.

cile illos ſerpentium multitudine conſecuturos 1. *Rex autem* 2 *qua nave veheretur, ut ſcirent,* 6 *ſe facturum; quem ſi aut cepiſſent, aut interfeciſſent, magno his pollicetur præmio fore* 3.

Tali cohortatione militum 4 facta claſſis ab XI. utrisque 5 in prœlium deducitur. Quarum 6 acie conſtituta 7, priusquam ſignum pugnæ daretur 8, Hannibal, ut palam faceret 9 ſuis, quo loco Eumenes eſſet, tabellarium 10 in ſcapha cum caduceo 11 mittit: qui ubi ad naves adverſariorum pervenit, epiſtolam oſtendens, ſe regem profeſſus eſt 12 quærere. Statim ad Eumenem deductus eſt 13, quod nemo dubitabat 2 aliquid de pace eſſe ſcriptum 14. Tabellarius ducis nave declarata 15 ſuis 16, eodem unde ierat, ſe recipit 17. At Eumenes ſoluta epiſtola 18 3 nihil in ea reperit, niſi quod ad irridendum eum 19 pertineret. Cujus etſi cauſam mirabatur,

1 Effecturos. 2 Eumenes. 3 Promittit magnum præmium ſe daturum. Ita *4, 4, 6.* 4 Ad milites. 5 Hannibale & Eumene. 6 Navium, quibus claſſis conſtat. 7 Inſtructa. 8 Quo conſpecto etiam in navali pugna dimicandi initium fieret. v. Lipſ. mil. Rom. *4, 12.* 9 Indicaret, planum faceret. 10 Caduceatorem. 11 Signo legationis, in prora navis defixo. Plin. *29, 3. Exteræ gentes caduseum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerunt.* v. Scheffer. de mil. nav. in addendis p. *337.* 12 Palam faſſus eſt, præ ſe tulit, dixit. 13 Admiſſionis cauſa. 14 Hac forma ſæpe noſter uſus eſt, pro *quin aliquid eſſet* ſcriptum. 15 Oſtenſa quæ ſit. 16 Militibus Bithynicis. 17 Reverſus eſt. 18 Cum eam aperiret inciſo lino, quo colligata erat. v. Salmaſ. Specim. Confut. Herald. c. *19.* 19 Poterat dicere *ad irridendum ſe:* ſed ſæpe Nepos pronomen reciprocum commutat in demonſtrativum.

tur, neque reperiebatur 1, tamen prœlium sta-
4 tim committere non dubitavit 2. Horum
in concursu 3 Bithyni, Hannibalis præcepto 4,
universi navem Eumenis adoriuntur: quo-
rum vim 5 cum rex sustinere non posset, fuga
salutem petiit 6: quam consecutus non esset,
nisi intra sua præsidia 7 se recepisset 8, quæ in
5 proximo littore erant collocata. Reliquæ
Pergamenæ naves cum adversarios premerent
acrius 9, repente in eas vasa fictilia, de quibus
supra 10 mentionem fecimus, conjici cœpta
sunt 11: quæ jacta initio risum pugnantibus ex-
citarunt 12, neque quare id fieret, poterat intel-
6 ligi. Postquam autem naves completas conspe-
xerunt serpentibus, nova re 13 perterriti, cum
quid potissimum vitarent, non viderent 14, pup-
pes adverterunt 15, seq; ad sua castra nautica re-
7 tulerunt 16. Sic Hannibal consilio 17 arma Per-
gamenorum superavit: neque tum solum, sed
sæpe

1 Vel causa, vel tabellarius. 2 Conflictus admodum fuit cupidus. 3 Initio prœlii navalis, quod cursu fere fieri solebat. 4 Secuti ejus jussum, imperium. 5 Impetum, vehementiam. 6 Quærit. 7 Intelliguntur dispositi tutando receptui suorum milites. 8 Perfugisset. 9 Cum instarent perculsis. 10 Cap. *10, 4.* 11 Idem sensus, atque eadem latinitas, si dicas *conjici cœperunt.* 12 Cum vasa frangi conspicerent, sibi a risu non potuerunt temperare. 13 Invento singulari. 14 Incerti essent. 15 Studio recedendi. v. Gronov. Observ. *4, 25.* 16 Receperunt se ad præsidia, quæ modo dixerat. 17 Per callidum stratagema.

sæpe alias pedestribus 1 copiis pari prudentia 2 pepulit 3 adversarios.

Quæ dum in Asia geruntur 4, accidit casu, ut XII. legati Prusiæ Romæ apud L. Quintium Flaminium 5 consularem 6 cœnarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, *eum in Prusiæ regno 7 esse.* Id postero die 2 Flaminius senatui 8 detulit 9. Patres conscripti 10, qui Hannibale vivo nunquam se fine insidiis 11 futuros existimabant 12, legatos in Bythyniam miserunt, in his Flaminium 13, qui a rege peterent, *ne inimicissimum suum secum haberet* 14, *sibique ut dederet* 15. His Prusias ne- 3 ga-

1 Terrestribus, peditatu & equitatu. conf. 9, 1, 1. 2 Armis fortiori. 3 Fugavit. 4 Consueta formula transeundi ad novam narrationem. 5 Ita præstat scribere, quam *Flaminium*, quod plebejæ gentis nomen. Cæterum non is *Lucius*, qui circa eadem tempora Romæ a Catone senatu motus est, ut e Livio 39, 42. constat, sed *Titus* legatus ad Prusiam missus, de quo mox sequitur. 6 Ita & Livius l. c. Lucium vocat, qui A. V. C. 561. consul fuit, sicuti Titius A. 555. sed hæc gesta circa A. 570. 7 Territorio. 8 Id est, *ad senatum.* Eadem constructione *deferri regi querelam* dixit Just. 1, 5, 2. conf. 9, 6, 7. & Tac. A. 13, 43, 1. 9 Exposuit, retulit. 10 Id est, Senatus Romanus, qui tanquam solenni titulo ita compellari vocarique consuevit. Ita primos illos ab Romulo institutos centum senatores Halicarnasseus dicit πατέρας ἐγγεγράφας. Ita etiam ii dicebantur, qui a Bruto lecti in senatum expulso regno. Liv. 2, 1. 11 Tutos. 12 Nam eum etsi annis & exsilio fractum pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum excitaret. Plut. Flaminino c. 37. 13 *Titum* eundem legatum appellant Plut. l. c. p. 380. Liv. 39, 51. Aur. Vict. Vir. ill. c. 51. Eutrop. 4, 4. 14 Receptaret. 15 Traderet in suam potestatem.

gare ausus non est 1. Illud 2 recusavit, *ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii 3 esset: ipsi si possent, comprehenderent: locum, ubi esset 4, facile inventuros.* Hannibal enim uno loco se tenebat in castello 5, quod ei ab rege datum erat muneri: idque sic ædificarat, ut in omnibus partibus ædificii exitus 6 haberet, semper verens, ne usu eveniret 7, quod accidit.
4 Huc 8 cum legati Romanorum venissent, ac multitudine 9 domum ejus circumdedissent, puer ab janua 10 prospiciens Hannibali dixit, plures præter consuetudinem armatos apparere 11. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere sibi renunciaret, num
5 eodem modo undique obsideretur 12. Puer cum celeriter, quid esset 13, renuntiasset, omnesque

1 Propter potentiam Romanorum, quos perfuga defenso offendere tuto non poterat. conf. similem casum in Tac. H. 3, 48, 3. potuisset tamen Admeti exemplum sequi supra 2, 8, 5. 2 Apparet emphasis in rei excipienda distinguendave gravitate, paulo aliter Liv. 39, 51. 3 Sanctum illud & inviolabile. v. autores citati ad 2, 8, 3. Hujus amicitiæ tutores apud Liv. l. c. credebantur Dii vocati hospitales. conf. Tac. A. 15, 52, 2. 4 Ubi degeret. 5 Quod in finibus Nicomediensium. v. Eutrop. 4, 2. nomen loci aut regionis fuit Libyssa. v. Plut. l. c. Appian. Syr. p. 150. Aur. Vict. 51. 6 Fores, portas. 7 Ne sibi accideret. 8 Eum in locum. 9 Armatorum scil. sive militum regiorum. 10 Nonnullis idem est ac *per januam.* Sed Pignorius de servis p. 214. & alii existimant per *puerum ab janua*, servulum significari, qui claustris januæ præesset, janitorem, sive, ut Lævius apud Gell. 12, 10. vocat, clausritumum. 11 Conspici. 12 An exitus omnes custodirentur. 13 Quid ageretur.

que exitus occupatos 1 ostendisset 2, sensit, id non fortuito factum, sed se peti 3, neque sibi diutius vitam esse retinendam 4. Quam ne alieno arbitrio dimitteret 5, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consueverat 6, sumsit 7.

Sic vir fortissimus, multis variisque perXIII functus laboribus 8, anno adquievit 9 septuagesimo 10. Quibus consulibus 11 interierit, non convenit 12. Nam Atticus 13 Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in an-

1 Obseptos; omnia circa clausa custodiis dispositis. v. Liv. 39, 51. 2 Narrasset, exposuisset. 3 Sibi parari hoc exitium. Sic 2, 2, 6. 4 Potius consilium αὐτοχειρίας arripiendum. 5 Amitteret, deponeret. P. Syrus: *Bis emori est, alterius arbitrio mori.* conf. de Sexto Pompejo Flor. 4, 8, 4. 6 Ad similes casus præparatum, sub annuli gemma, uti habet Aur. Vict. c. 51. adde Liv. l. c. Appian. Val. Max. 9, 2. ext. 2. Just. 32, 4, 8. Juvenal. Sat. 10. Plutarchus vero plures opiniones de morte ejus refert. 7 Hausit. 8 In Italia, domi & in exsilio; maxime *tum, cum Romano tonantem bello Italia contremuit*, ut loquitur Just. 32, 4, 10. 9 Significanter de morte tanquam portu vitæ laboriosæ. Sic & alii gentiles: Val. Max. 9, 12. ext. 1. *exoptata securitate adquievit.* Herodianus 1, 4. de Marco: νυκτός τε ἤδη καὶ ἡμέρας ἐπιδιώσας, μικῆς, ἀνεπαύσατο. 10 Quia ex computo rerum ubique gestarum numerus annorum minor septuagenario emergit. Sunt, qui LXV. pro LXX. reponi cupiant. 11 Solennis ea consuetudo designandi temporis Romanis scriptoribus, quibus Consulibus aliquid sit factum. 12 Non constat inter Historicos. 13 T. Pomponii Attici annalem etiam allegat & commendat Cicero ad eundem 12, 23. & in orat. c. 34. conf. Voss. de Hist. Lat. 1, 11.

annali suo scriptum reliquit. At Polybius 1 L. Æmilio Paulo & Cn. Bæbio Tamphilo: Sulpicius 2 autem, P. Cornelio Cethego, M. Bæbio
2 Tamphilo. Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus 3, nonnihil temporis tribuit literis 4. Namque aliquot ejus libri sunt, Græco sermone confecti 5. In his ad Rhodios *de Cn. Manlii Vulsonis in Asia rebus gestis.* 6
3 Hujus bella gesta multi memoriæ prodiderunt 7: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt 8, simulque vixerunt 9, quamdiu fortuna passa est, Silenus 10, & Sosilus Lacedæmonius 11. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum
4 Græcarum 12 usus est doctore 13. Sed nunc tem-

1 Historicus Græcus longe optimus, de cujus quadraginta libris *16.* hodie supersunt. 2 Vossius de Hist. lat. *1, 18.* avum Imp. Galbæ signari putat, memoratum Suet. Galb. c. *3.* 3 Varie occupatus. 4 Impendit studiis, sine quibus etiam magnos viros esse posse disputat Alberic. Gentil. de legat. *3, 9.* Sed literas & doctrinam rerum summarum rectoribus nemo alius veterum magis inculcat, quam Aur. Victor. 5 Græce scripti. 6 Namque is missus ad ordinandam Scipionis Asiatici provinciam, Pisidas vicit & Galligræcos. v. Aur. Vict. Vir. ill. c. *55.* Liv. *38, 12.* & *20.* f. 7 Scripserunt. 8 In castra cum eo profecti, uti dixerat modo c. *2, 4.* 9 Conservati cum eo. 10 Alias *Philænus*, ignoto nomine. Itaque Voss. Hist. Gr. *1, 17.* legit *Philinus*, motus nomine isto ex Polyb. *1, 14.* f. & Diodori l. *23.* Sed Bœclerus eruit è MS. *Silenus*, de quo & Cic. divin *1, 24. eum diligentissime res Hannibalis persecutum esse.* Meminit ejusdem Liv. *26, 49.* v. Voss. H. Gr. p. *413.* 11 Iliensem vocat Diodorus l. *26.* plebejum & sine judicio Polybius *2, 20.* v. Voss. H. Gr. *17.* 12 Linguæ Græcæ. 13 Habuit præceptorem.

tempus est hujus libri facere finem 1, & *Romanorum* explicare 2 *imperatores* 3: quo facilius, collatis utrorumque factis 4, qui viri 5 præferendi sint, possit judicari 6.

---

1 Hic autor voluminis finem constituit. *Cato* ergo ex libro παραλήλῳ de Romanis Impp. non tam transsumtus, quam excerptus breviatusque. *Atticus* autem peculiari opere memoratus. 2 Historice enarrare. 3 Alii *labores* i. e. varios casus. 4 Comparatione adhibita inter utrorumque facta. 5 Inter Græcos & Romanos. 6 Sed alterum illud volumen hodie non extat.

XXIV.

M. PORCIUS CATO.

EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS.

ARGUMENTUM.

1. *Cato adolescens, miles, quæstor, ædilis, prætor, Ennii Romam promotor.* 2. *Consul Hispaniam sortitus est: censor inimicitias reip. causa suscepit.* 3. *Ejus elogium, studia, scripta.*

Cato

I. CAto 1 ortus municipio 2 Tusculo 3, adolescentulus, priusquam honoribus operam daret 4, versatus est 5 in Sabinis 6, quod ibi heredium 7 a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci 8, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna Censorinus 9 narrare solitus est, Romam demigravit: in fo-
2 roque esse 10 cœpit. Primum stipendium 11 anno

1 v. Plut. in vita & Apophth. Polybius. Appianus. Liv. 33, 42. &c. inprimis 39, 40. Flor. 2, 15, 4. & 2, 17, 9. Aur. Vict. Vir. ill. c. 47. Vellej. 1, 13, 1. c. 17, 2, 2, 35, 2. c. 36, 2. c. 128, 2. Tac. A. 4, 34. 7, 16. 22, 4. &c. Val. Max. 2, 9, 3. 3, 7, 7. 4. 3, 11. 8, 7, 1. 8, 15, 2. Polyæn. 8, 17. Cicero, (qui & librum de senectute ejus nomini inscripsit) Seneca, Plinius, Frontinus passim. Virg. Æn. 6, 841. Horat. Epist. 1, 19, 13. Lucanus 6, 788. Martial. 1, 3. &c. conf. Voss. de Hist. Lat. 1, 5. *Cato* dictus est ob prudentiam. *catus* enim est prudens. v. Cic. de Sen. c. 2. 2 Oppido Latii. v. Gell. 16, 13. & Sigon. de ant. jur. Ital. 2, 6. 3 Tusculum, hodie Frescatti, non modo Catonem dedit, sed & Ciceroni Tusculanas quæstiones elicuit. conf. Vellej. 2, 128, 2. cum not. Bœcl. 4 Honores capesseret, accederet ad remp. 5 Fuit, commoratus est. 6 Gens ponitur pro regione. Sic *in Lucanis* 23, 5, 3. *in Hirpinis* Vellej. 2, 68, 3. 7 Prædium parvulum. Festus. conf. Varro R. R. 1, 10. pro quo Gell. 19, 7. dicitur de Julio Paulo, eum herediolum tenue possedisse. 8 Hic habuit prædia vicina Catonianis, unde occasio sollicitandi Romam. de hoc v. Liv. 39, 41. 9 Alii *Censorius*, & pro *Perpenna* alii *Perperna*. v. Freinsh. ad Flor. 2, 20, 6. 10 Commendatus a Flacco optimis oratoribus & Jurisconsultis fori studiis & civilis actus rudimentis operam dedit. Utebantur enim Romani foro tanquam schola omnium pacis artium, civitatisque disciplinam ibi & discere & tractare moris erat. conf Tac. Agr. 29, 3. 11 Militavit, militiæ initium fecit, numero stipendiorum Romani annos militiæ signabant, conf, Tac, A. 1, 36, 4.

norum decem septemque 1. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. tribunus militum 2 in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est 3 C. Claudii Neronis 4, magnique ejus opera 5 æstimata est in prœlio apud Senam 6, quo cecidit Hasdrubal frater Hannibalis. Quæstor 7 obtigit 8 P. Cornelio Scipioni 3 Africano 9, consuli: cum quo non pro fortis necessitudine vixit 10. Namque ab eo perpetua

1 Hæc militaris ætas fuit. ab ea Servius Tullius, quod idoneos jam esse reip. arbitraretur, milites scripsit. v. Gell. *10, 28.* conf. Liv. *25, 5.* Ita Scipio annorum decem septemque militare cœpit. v. Thysii not. ad Sallust. p. *12.* 2 Cujusmodi sex fuerunt in qualibet legione imperantes ordine per vices. v. Lipsi. Mil. Rom. *2, 9.* Turneb. Adv. *30, 24.* 3 Id est, miles fuit. 4 Qui cum Livio Salinatore Hasdrubalem oppressit. v. Liv. *27, 48.* s. conf. Horat. Od. *4, 4.* 5 Militaris: fortitudo. 6 Oppidum Hetruriæ seu Umbriæ ad Metaurum fluv. unde apud Cic. de cl. orat. c. *18. prælium Senense.* 7 Ærarii scil. Consulibus & Prætoribus exeuntibus in bellum & provincias tales quæstores additi plerumque sorte, cum juberet senatus, ut in sortem provincias conjicerent. v. Sigon. de ant. jur. prov. *2, 3.* Rosin. Antiq. *7, 45.* 8 Ita sæpe Romani autores de magistratibus sorte datis. v. Cæs. B. C. *1, 30.* &c. 9 Cognomen hoc impositum a rebus gestis in Africa. 10 Id est, non ita amice, ut requirebat collegarum sorte lectorum vinculum, conjunctio & publica munerum societas. Hujus necessitudinis meminit Cic. div. in Cœcil. c. *14.* & *19* in Verr. *1.* c. 14. s. or. post red. in sen. c. *14.* pro Planc. c. *11.* ad fam. *7, 10.*

4 tua 1 dissensit vita 2. Ædilis pl. 3 factus est cum C. Helvio. Prætor provinciam obtinuit 4 Sardiniam 5, ex qua quæstor superiore 6 tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poetam 7 deduxerat 8: quod non minoris existimamus 9, quam quemlibet amplissimum Sardinienſem triumphum 10.

II. Consulatum gessit 11 cum L. Valerio Flacco, sorte 12 provinciam 13 nactus Hispaniam citeriorem 14, exque ea triumphum deportavit 15. ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus con-

1 Tota vita, quamdiu viveret. 2 Parcus ille ausus Scipionem increpare ob ludorum & conviviorum apparatum, quod non exercitum duceret, sed festos dies ageret; cui Scipio respondit, se non egere quæstore nimis accurato. Hæc origo dissensionis. 3 *Plebis* additur ad differentiam ædilium cural. & cerealium. 4 Habuit, rexit, administravit. 5 Quæ inter maximas maris mediterranei insulas refertur. 6 Priore, præterito. 7 De quo Ovid. Trist. 2, 423. Stat. 2, 7, 79. Sil. Ital. 12, 394. sqq. Cic. pro Arch. 9. f. &c. Gell. 17, 17. Crinit. de poet. 1, 2. 8 Comitem habuerat, a quo & senex in Græcis est institutus. v. c. 3, 2. 9 Quia hoc elegantiorum literarum Romanis initium fuit. 10 Si devincenda fuisset Sardinia. Triumpho autem comparatur Ennii possessio, sicuti eadem figura apud Cic. in Brut. c. 72. illata Romæ eloquentiæ copia triumphis & autor ejus triumphalibus viris præfertur. 11 Administravit. 12 Nominibus prætorum in urnam conjectis. Talis sortitio provinciarum describitur a Livio 34, 43. 13 Provinciæ administrationem in Hisp. 14 Tarraconensem. Cum antiquitus in tres partes divisa esset Hispania, a Romanis in duas, *citeriorem & ulteriorem* (quæ Bæticam & Lusitaniam veterum complexa) distingui cœpit. v. Cluver. introd. Geogr. 2, 3. 15 Domitis Celtiberis, v. Liv. 34, 46.

consul iterum 1, cujus in priore consulatu quæstor fuerat 2, voluit eum de provincia depellere, & ipse ei succedere 3. Neque hoc per senatum 4 efficere potuit, cum quidem 5 Scipio in civitate 6 principatum obtineret 7. Quod tum non potentia, sed jure respubl. administrabatur 8. Qua ex re iratus 9, consulatu 10 peracto 11, privatus in urbe mansit 12. At Cato, 2 censor cum eodem Flacco factus, severe præfuit ei potestati 13. Nam & in complures nobiles animadvertit 14, & multas res novas in edictum addidit 15, quare luxuria reprimeretur 16, quæ jam tum incipiebat pullulare 17.

Cir-

1 Secundum. Sic. 23, 5, 3. 2 Uti modo dictum est c. 1, 3. 3 Loco ejus præesse in Hispania. 4 Id est, propter Senatum, Senatus causa; Senatus illi obstitit. 5 Pro *& quidem cum*; etiamsi tum. *quidem* asseveratius rem exprimit. 6 Romana. 7 Quem censores semel iterumque principem senatus legerant. v. Liv. 34, 44. 8 Nondum *jus vi obtutum potentiorque habitus prior*, uti sequentia civilis discordiæ tempora notat Vellej. 2, 3, 3. 9 *Senatui* sc. Scipio, & ita fors scripserat Nepos. 10 Ita rescribi voluit Pighius, cum esset *Senatu*. 11 Finito. 12 Postea tamen in voluntarium exsilium concessit Liternum. v. Liv. 38, 50. s. Aur. Vict. c. 49. Gell. 4, 18. Sen. Epist. 86. 13 Censuræ, magistratui. 14 De censore propria hæc vox. Cato autem septem senatu movit & in his L. Quintium Flamininum consularem, quod in Gallia ad scorti spectaculum captivum jugulari jussisset. v. Aur. Vict. 47. Liv. 39, 42. Val. Max. 2, 9, 3. Hinc ipse vulgo *Censorius* cognominatus. 15 Edicta nova publicavit. 16 In germine quasi & herba; quæ tamen deleta Carthagine in segetem excrevit. v. Vellej. 2, 1, 1. & Livil Præf. 17 Crescere; Metaphora a pullis animalium & novis arborum ramis.

3 Circiter annos octoginta 1, usque ad extremam ætatem 2 ab adolescentia, reip. causa 3 suscipere inimicitias 4 non destitit. A multis tentatus 5 non modo nullum detrimentum existimationis fecit 6, sed quoad 7 vixit, virtutum laude 8 crevit 9.

III. In omnibus rebus singulari fuit prudentia & industria. Nam & agricola solers 10, & reipubl. peritus 11, & jurisconsultus, & magnus imperator, & probabilis 12 orator, & cupidissimus literarum 13 fuit. Quarum studium etsi senior

---

1 Pighius supplet: *vixit & usque &c.* Secundum Aur. Vict. *Galbam octogenarius accusavit, post octoginta annos filium genuit.* conf. Plin. 7, 13. 2 Sic vocatur senectus. 3 Ejus indigentia, ejus nomine, pro rep. 4 Offensiones pro utilitate publica non expavescendas v. Tac. A. 3, 55, 10. 4, 38, 2. 6, 15, 5. innocentes pro rep. cum inimicis contentiones Vellej. 2, 11, 6. 5 Vexatus, accusatus. Plut. eum quinquagies, Aur. Vict. quadragies quater accusatum & gloriose absolutum ait. 6 Subiit, passus est. 7 Quamdiu. 8 Gloria ex virtutibus parta. 9 Major factus est & illustrior. *crescere* proprie de plantis dicitur & de corporibus. 10 Tenuit non solum artem agriculturæ, sed & ipse manum admovit. Liv. 39, 40. *Urbanas rusticasque res pariter callebat.* Hinc liber ejus de re rustica. 11 Politicus. 12 Civili captui accommodatus, & cujus oratio facile fidem apud omnes inveniret. Nam Ciceroni id est *probabile*, si oratio non sit nimis comta, si auctoritas & pondus in verbis, si sententiæ vel graves, vel aptæ opinionibus hominum & moribus. v. Part. orat. c. 6. & 9. & Quintil. 8, 13. 13 Linguæ Græcæ & Historiæ.

senior arripuerat 1, tamen tantum in eis progressum fecit 2, ut non facile reperire possit, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum 3. Ab adolescen- 3
tia confecit 4 orationes. Senex scribere historias instituit 5, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas Regum 6 pop. Rom. Secundus & tertius, unde quæque civitas orta sit Italica 7. Ob quam rem omnes Origines 8 videtur appellasse. In quarto autem bellum Punicum primum 9: in quinto secundum 10. Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta 11. 4
Reliquaque bella 12 pari modo persecutus est 13, usque ad prætu ram Ser. Galbæ, qui diripuit 14 Lu-

1 Jam senex literas Græcas didicit ab Ennio. v. Aur. Vict. c. 4, 7. Val. Max. 8, 7, 1. Plin 7, 30. Cic. de Sen. c. 1. & 8. & Acad. Qu. 4, 2. 2 Adeo profecit. 3 Omnia habuit explorata & probe perspecta. 4 Conscripsit. Ciceronis ævo orationes ejus exstabant 150. v. de clar. orat. c. 17. quarum ut & reliquorum operum fragmenta collegit Ausonius Popma & notis illustravit. 5 Cœpit, habuit consilium. 6 Septem numero a Romulo usque ad Tarquinium Superbum. 7 Quis fuerit conditor, qui populi primo incoluerint, & quæ alia ad ortus & antiquarum rerum cognitionem facere videntur. 8 Laudatas Ciceroni in Brut. c. 17. v. de iisdem Voss. de Hist. Gr. 1, 5. Fœtus Anni Viterbiensis spurius est. 9 De quo & Flor. 2, 2. 10 Bellum Punicum, de quo idem Flor. 2, 6. 11 Perstricta breviter, summatim per capita. *Capitulatim attingere* dixit & Plinius major 2, 12. Plinius minor Epist. 6, 22. explicat *captim & κατὰ κεφάλαια*. 12 Romanorum. 13 Scil. narratione, sermone, expositione. 14 Contra interpositam fidem interfecit. v. Liv. Epit. 49. & Cic. de clar. orat. c. 23.

Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit 1. In iisdem 2 exposuit, quæ in Italia Hispaniisque viderentur admiranda 3. In quibus multa industria & diligentia comparet 4, multa doctrina 5. Hujus de vita & moribus plura in eo libro 6 persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus 7, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis 8 ad illud volumen delegamus 9.

1 Facta saltem scripsit adduxitque suppressis Ducum nominibus. 2 Originibus, s. libris. 3 Quales antiquitates ibi conspiciantur. 4 Apparet, deprehenditur. 5 Eruditionis apparatus. 6 Qui cum aliis multis interiit. Inde Savaro desumtum censet, quod legitur apud Gell. *11, 28.* 7 Composuimus. 8 Qui tenentur cupiditate notitiæ catonianæ. 9 Remittimus, ablegamus.

XXV.

T. POMPONII ATTICI VITA EX CORNELIO NEPOTE.

ARGUMENTUM.

1. Atticus clarus parente, ingenio & studio. 2. Sulpitii causa & Cinnano tumultu Athenas delatus pecunia juvit Marium & Athenienses. 3. Ha-

3. Honoratus ibi. 4. Sullæ carus, Romam remigrat. 5. Asperi Cæcilii heres: Ciceronis & Hortensii copula. 6. Honoribus, litibus, præfecturis abstinet. 7. Bello Cæsariano neque Pompejum offendit neque Cæsarem. 8. M. Bruto, occiso Cæsare, amicus, etiam abjecto & fugienti. 9. Nec Antonio hosti judicato inimicus: Fulviæ opitulator. 10. Antonii proscriptionem evasit. 11. Proscriptis fidelis, & utrique fortunæ. 12. Vipsanio & Antonio solum usus in deprecandis amicorum periculis. 13. Paterfamilias; elegans, non sumtuosus. 14. Nunquam sine lectione cœnat: pecunia recte utitur. 15. Verax in verbis, in negotiis laborioſus. 16. Humanus, Ciceroni perfamiliaris. 17. Pius & doctus. 18. Peritus antiquitatis, genealogiæ, poëtices. 19. Morum elegantia Octavianı Cæsaris adfinitatem consecutus. 20. Cum quo & antea familiaritas non collisa dissensu illius ab Antonio. 21. Senex ægrotus moriendi consilium aperit. 22. Inedia moritur, & sepelitur.

POmponius Atticus 1 ab origine ultima 2 I. stir-

1 Hoc cognomen Athenis deportavit, uti indicat Cic. initio libelli de Senect. & de finib. 5, 2. conf. infra c. 4, 1.
2 Id est, prima. Sic Liv. 40, 6. *omnes ab ultimo origine Macedoniæ Reges.* Virg. Æn. 7, 49. *tu sanguinis ultimus auctor.*

stirpis Romanæ 1 generatus 2, perpetuo 3 a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem 2 4. Patre usus est 5 diligente, indulgente 6, & tum ut erant tempora 7, diti, imprimisque studioso literarum. Hic prout 8 ipse amabat literas 9, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas 3 impertiri debet 10, filium erudivit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii 11, summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter arriperet 12, quæ tradebantur 13, sed etiam excellenter pronunciaret 14. Qua ex re in pueritia no-

1 Regiam videtur indigitare. Nam a Pompone Numæ Pompilii filio Pomponii appellati sunt. v. Plut. in Numa f. 73. Hinc Barthio Adverf. 42, 29. *regia* magis placet quam *Romana*. 2 Oriundus. Manutius suspicatur *τὸ generatus* glossema esse. Lambinus mallet *generosus*; Rutgers. var. lect. 2, 8. *Roma generatus* vel *Romano genere natus*. Schotto vulgata placet lectio. 3 Quamdiu vita fuit. 4 Loquitur de ordine & nobilitate equitum Rom. qui ordo medius tertiusque Romæ plebi & patribus insertas, ut loquitur Plin. 33, 1. 5 Id est habuit talem. 6 In laude ponitur, ut apud Tac. Agr. 4, 3. *indulgentia matris* de materna cura circa educationem: alia, de qua Mantuan. Parthen. 1, 164. *Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.* conf. Quintil. inst. or. 1, 2. 7 Pro conditione temporum illorum. 8 Pro eo ut, sicut; causam & comparationem notat. 9 Artes & disciplinas liberales. 10 Quæ tradi solent pueris, quibus animi pueriles innutriuntur. Sic Tac. A. 14, 16, 3. *Sapientiæ doctoribus tempus impertiebat.* & c. 21, 6. *aures studiis honestis impertire.* 11 Aptitudinem & facilitatem discendi. 12 Per felicem naturam & memoriam. 13 Scil. institutione. 14 De elegantia pronunciationis v. Voss. Inst. or. 6, 3. & conf. infra c. 4, 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0357
DFG

nobilis 1 inter æquales ferebatur 2, clariusque exſplendeſcebat 3, quam generoſi 4 condiſcipuli animo æquo ferre poſſent 5. Itaque incitabat omnes ſtudio ſuo 6: quo in numero fuerunt L. Torquatus 7, C. Marius C. filius 8, M. Cicero 9: quos conſuetudine 10 ſua ſic ſibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior. 4

Pater mature 11 deceſſit. Ipſe adoleſcentulus, propter adfinitatem P. Sulpicii, qui tribunus pleb. interfectus eſt 12, non expers 13 fuit illius periculi 14. Namque Anicia Pomponii conſobrina nupſerat M. Servio 15, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, poſtea- II. quam 2

1 Clarus, celebris. 2 Omnes laudabant fortunam patris, qui filium haberet tali ingenio præditum. 3 Vox hæc valida & efficax ad radios ingenii & præcellentiam erumpentem. Similiter Suet. Tit. 3. 4 Animo erecto excelſoque præditi. 5 Turpe dicebant cedere pari. 6 Vellej. 1, 17, 6. *alit æmulatio ingenia, & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit.* Quintil. 1, 2. *excitabitur laude æmulatio &c.* 7 Laudatus a Cic. de clar. or. c. 68. & 76. Cur Manliæ gentis *Torquatus* cognominetur, docet Gellius 9, 13. 8 Marii ſepties Conſulis filius, cujus meminit Aur. Vict. Vir. ill. c. 68. & Vellej. 2, 27. 9 Ille eloquentiæ Romanæ princeps. 10 Ratione vitæ ac morum ſimilitudine. 11 Cito & ante tempus. 12 Quia imperium Sullæ transtulerat ad Marium, ipſe a vincente Sulla proſcriptus. v. Liv. Epit. 77. Vellej. 2, 18. & 19. Flor. 3, 21, 6. Cic. Cat. 3, 6. 13 Non immunis. 14 Qua poſtea in omnes Sulpitii cognatos ſævitum eſt. 15 Huic duplex prænomen tribuitur, peculiari quodam gentis Sulpiciæ privilegio, ſi credimus Urſino de fam. Rom. p. 251. diſſentit tamen Gronov. ad Liv. 9, 36. in addendis.

quam vidit 1, Cinnano tumultu 2 civitatem esse perturbatam 3, neque sibi dari facultatem 4 pro dignitate 5 vivendi, quin alterutram partem 6 offenderet; dissociatis 7 animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus 8: idoneum 9 tempus ratus studiis obsequendi 10 suis, Athenas se contulit 11. Neq; eo secius adolescentem 12 Marium, hostem judicatum 13, juvit opibus suis: cujus fugam 14 pecunia
3 sublevavit. Ac ne illa peregrinatio 15 detrimentum aliquod adferret rei familiari 16, eodem 17 magnam partem fortunarum trajecit 18 suarum. Hic ita vixit 19, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam præter
4 gratiam, quæ jam in adolescentulo 20 magna erat 21, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam 22 levavit 23. Quum enim versuram fa-

1 Atticus. 2 Civili bello, quo Cinna Consul expulsus cum Mario rediit & in Sullanos sæviit. Flor. 4, 2, 2. *Cinnanam rabiem* vocat. conf. Vellej. 2, 20. f. 3 Cædibus & flagitiis fœdatam. 4 Copiam, potestatem, occasionem. 5 Secundum dignitatem status equestris & vitæ honestæ. 6 Vel Cinnam, vel Sullam, qui duces & principes erant partium. 7 Discordibus. 8 Conf. Flor. 3, 21. & Liv. Epit. 83. 9 Opportunam. 10 Serviendi. 11 Profectus est. 12 Juniorem. 13 A Sulla vindicaturo Marii patris sævitiam. 14 Id est, quem fugientem & expulsum. 15 Illa demigratio, dum domo abesset. 16 Ne ipse propterea damnum facultatum pateretur. 17 Athenas. 18 Transtulit eo res suas & divitias. 19 Talem se exhibuit. 20 Juvene tum XXII. annorum. 21 Qua apud omnes valebat plurimum. 22 Totius civitatis. 23 Sublevavit; subvenit illis, quorum thesauri exhausti erant bellis atque aliis incommodis.

facere 1 publice necesse esset, neque ejus conditionem æquam haberent 2: semper se interposuit 3, atque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit 4, neq; longius 5, quam dictum esset, eos debere 6 passus sit 7. Quod utrumque erat iis 8 salutare. Nam neque indulgendo 9 inveterascere 10 eorum æs alienum 11 patiebatur, neque multiplicandis usuris 12 crescere. Auxit hoc officium 13 alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis septem modii tritici darentur: qui

5

6

1 Hoc est mutare creditores, &, ut Donatus ad Ter. Phor. 5, 2, 15. explicat, *æs alienum ex ære alieno solvere*; sæpe nihil aliud est, quam mutuum sumere. v. Salmasii Comment. de usuris c. 7. p. 100. sqq. 2 Neque legitimam pactionem ac conventionem consequi possent, fœneratoribus iniqua postulantibus. 3 Ope sua intervenit, pecuniam obtulit. 4 Contra officium esse ratus, pro eo, quod gratis erat præstandum, mercedem exigere. 5 Diutius. 6 Scil. *debitum*. quod in Mediceæ Membrana additur. 7 Solvere cogebantur tempore dicto; tempus æris solvendi stricte observabat. 8 Debitoribus. 9 Ad moram connivendo, solutionem debiti non urgendo. v. Casaub. ad Pers. Sat. 5, 5, 7. 10 Per *extingui* potest exponi. Loccen. in ind. Phil. vult, eo significatu tantum accipi, quo Cic. de rep. 3. apud August. de C. D. 22, 6. Cæs. B. G. 1, 44. 2. 1. & B. C. 3, 110. Tac. A. 11, 25, 10. usurpant pro *vetus fieri*. 11 Debitum, pecuniam mutuo acceptam. 12 Si ipse ex aliorum creditorum more tales quoque usuras poscceret, quod ipse facere noluit. 13 Operam præstitam per opes mutuo datas.

qui modus 1 mensuræ, medimnus 2 Athenis appellatur.

III. Hic autem sic se gerebat 3, ut communis 4 infimis 5, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent, civemque facere 6 studerent. Quo beneficio 7 ille uti noluit. Quod nonnulli ita interpretantur 8, amitti civitatem 2 9 Romanam alia adscita 10. Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit 11: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, & Phi-

1 Vulgo quantitas. Sic apud Gell. *1,1. modus plantæ, Herculis*; apud alios *modus jugeri, agri &c.* 2 Romanos sex vel septem modios capiens. Sane Alex. ab Alex. *2, 20.* ita distinguit, ut juxta Suidam medimnus quidem alias sex modios faciat, Athenienſis autem contineat septem. v. quæ disputant ea de re Fannius de Amphora, Budæus de asse lib. *5.* G. Agricola de mens. Græcorum l. *2.* & C. Waserus antiq. mens. *2,7,3.* 3 Sic se aliis probavit. 4 Civilis, popularis, facilis, familiaris. v. Gronov. observ. *2,12.* Sic Cic. ad fam. *4,9.* talis Miltiades *1,8,4.* Cic. pro L. Manl. *c.14. qui dignitate*, inquit, *principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur.* 5 Infimæ conditionis hominibus. 6 Id est, adscisere. Qui singularis honor tantum de rep. præclare meritis exhibitus. v. Meurs. fort. Att. *c.5.* 7 Civitatis scil. Recusarunt idem Zeno ac Cleanthes, ne patriæ suæ injuriam facere viderentur. v. Plut. de Stoicor. repugnantiis f. *1034.* 8 Accipiunt. *9* Jus Civitatis. Civitas non tantum locum notat & hominum multitudinem, sed & jus civium. v. Gell. *18,7.* 10 Si alibi civis fieret. Cic. pro Cæcin. *c.34. Cum ex nostro jure duarum civitatum nemo esse possit, tum omittitur hæc civitas, cum is receptus est in aliam.* conf. idem pro Balbo c. *12.* & Arnisæus de Rep. *1,5,7.* 11 Intercessit, impedivit.

Phidiæ 1, locis sanctissimis posuerunt. Hunc 2 enim in omni procuratione reipubl. 3 actorem auctoremque 4 habebant. Igitur primum il- 3 lud munus fortunæ 5, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii 6, ut eandem & patriam haberet & dominam 7. Hoc specimen prudentiæ, quod cum in eam civitatem 8se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omnes 9, unus ante alios 10 fuerit carissimus.

Huc

1 Qui cæsis tyrannis magnum decus Athenis suo nomini peperit; de quo Pausan. & Plut. v. Barthii Adversar. 43, 2. ubi scribi mavult *ipsi ut Phidiæ*. sed 39, 12. *ipsi & uxori*. sicuti Meurs. Athen. Att. 3, 3. cum multis *ipsi & Piliæ*, conjugi scil. Attici, de qua Cic. ad Att. 4, 4. 14, 20. & 16, 6. & ad Q. frat. 2, 3. Ursinus & Schoppius Versi. 3, 8. reponunt *ipsi & filiæ*. Rutgers. Var. lect. 2, 8. *Pnyce & Pœcile*, quæ sanctissima sunt loca Athenis. Lipsi. Elect. 1, 14. *ipsi & fidei*. Ernst. invenit in MS. Medicæo: *ipsi & Pilio*, qui Cic. fam. 8, 8. Attici necessarius vocatur. conf. Manut. Comm. ad Cic. 2, 3. ad Q. frat. 2 Vel Atticum, vel Pilium, vel Phidiam. 3 In rerum actu & administratione civili. 4 *Auctor* est, qui suadet præcipitve rem, & rationem gerendi monstrat: *actor*, qui administrat & curat. Cic. pro Sext. c. 28. *Dux & auctor & actor illarum rerum fuit*. 5 Opponitur prudentiæ. 6 Loquitur de urbe Roma, quasi fortuna imperii ibi habitet. Tac. A. 1, 47, 1. vocat *caput rerum*. A. 3, 47, 2. *urbs unde in omnia regimen*. Cic. de orat. 1, 23. *domicilium imperii atque gloriæ*. Flor. 1, 13, 18. *destinata hominum ac deorum domicilio civitas*. Id. 1, 7, 8. *imperii sedes caputque terrarum*. v. Clapm. de arcan. 2, 20. 7 Unde Romani *rerum Domini*; alii *domum*. 8 Athenas. 9 Supra laudatur 2, 7, 5. quod fuerit ut propugnaculum oppositum barbaris. conf. Cic. pro Flacc. c. 26. Just. 2, 6. 10 Item hoc loco ac *præ aliis*.

IV. Huc ex Asia Sulla decedens 1 cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit 2 Pomponium, captus 3 adolescentis & humanitate, & doctrina 4. Sic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur 5. Tanta autem suavitas 6 erat sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem 7 esse, non adscitum. Idem poëmata pronunciabat & græce & latine, sic ut supra nihil posset 8. Quibus rebus factum est, ut Sulla nusquam eum ab se dimitteret 9, cupe-
2 retque secum deducere 10. Cui cum persuadere tentaret 11, *noli*, *oro te* 12, inquit Pomponius, *adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem* 13, *Italiam reliqui*. At Sulla, adolescentis officio 14 collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, profici-

1 Ex bello Mithridatico contra Marium in Italiam iturus. 2 In convictu ac conversatione. 3 Delectatus & admodum affectus. 4 Quæ duo ornamenta modo urbi etiam tribuerat, & quibus adolescens facile amicos parat & fortunam. 5 Hinc nomen Attici, & hinc Cicero eum *Græcum* vocat ad Att. 4, 4. Eandem laudem Antonio tribuit Plin. Epist. 4, 3. & Blæsillæ Hieronymus Epist. 25. c. 1. ad Paulam. 6 Dulcis sonus, quem in Catulis prædicat Cic. Off. 1, 37. 7 Puram & inaffectatam gratiam. Petronio *naturalis pulcritudo*, Gell. 10, 3. *nativa suavitas* dicitur. 8 Scil. *addi*, quod in MSS. expressum. Ellipsis verbi venusta in eadem formula apud Cic. ad Att. 13, 19. Ter. Evn. 3, 1. 9 Retinebat eum secum assidue, & eo libenter fruebatur. 10 Sibi comitem adsciscere. 11 Ut secum iret. 12 Interpositum sermoni, ut alias *quæso*, *amabo*. 13 Ne essem in diversis partibus. 14 Virtute, quo sensu Cicero libros de officiis inscripsit.

ficiscens 1 jussit deferri 2. Hic complures annos moratus, cum & rei familiari 3 tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias 4, & omnia reliqua tempora aut literis aut Athenienſium reipubl. tribueret 5, nihilominus amicis urbana officia 6 præstitit. Nam & ad comitia eorum 7 ventitavit 8, & si qua res major acta est, non defuit. Sicut Ciceroni in omnibus ejus periculis singularem 9 fidem præbuit 10: cui ex patria fugienti 11 LLS. ducenta & quinquaginta millia 12 donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis 13, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta & L. Tor- 3 4 5

1 Cum abiret. 2 Afferri. Jussit autem, quia Athenas a Mithridatis copiis & ducibus occupatas ceperat. v. Plut. in Sulla. 3 Scil. tuendæ augendæque. 4 Id est, diligentissime. 5 Impenderet. 6 Solennibus negotiis in urbe præstari solita. Quo sensu apud Suet. Aug. 53. *officia cum multis mutuo exercuit.* Martial. Epigr. 1, 56. *Vivat & urbanis albus in officiis.* conf. supra 1, 2, 3. 7 In quibus agebatur de amicorum suorum dignitatibus, quorum petitionem autoritate & suffragio juvare, officii esse putabat. 8 Assidue venit. 9 Eximiam. 10 Præstitit, exhibuit. 11 Non ob exsilium a Clodio imperatum, sed spontanea fuga ob Chrysogonum Sullæ libertum & ipsum Sullam, quos orat. pro S. Roscio offenderat. 12 Sestertium antiqui his modis exprimunt IIS. HS. LLS. duarum librarum & semissis charactere: Est autem quarta pars Denarii. & denarius fere octava nummi imperialis s. thaleri. Hinc ergo Manutius conficit 7500. scutatorum. v. Gronov. de pec. vetere. 13 Sopitis dissidiis civilibus.

L. Torquato Coss. 1 quem diem 2 sic universa civitas Athenienſium proſecuta eſt 3, ut lacrymis deſiderii futuri 4 dolorem indicaret.

V. Habebat avunculum Q. Cæcilium 5, equitem Rom. familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura 6. Cujus ſic aſperitatem 7 veritus eſt 8, ut, quem nemo ferre poſſet 9, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam. Quo facto 10, tulit 11 2 pietatis fructum 12. Cæcilius enim moriens, teſtamento adoptavit eum 13, heredemq; fecit 14 ex dodrante 15. Ex qua hereditate accepit circiter

1 Conf. not. ad 23, 13, 1. 2 Pro eo quod per diem accidit, i. e. quem diſceſſum, ſive quod diſceſſus ejus tempus, aliqui ſubſtituunt *diſcedentem*, aliqui *abeuntem*. 3 Tanto nimirum affectu. 4 Ex deſiderio futuro conceptum. ita fieri amat in ſeparationibus iſtiusmodi. v. Pricæus ad Act. 20, 37. ſ. 5 Meminit ejus Cic. ad Att. 1, 1. & 2, 19. &c. 6 Qua præditi vocantur moroſi, δύσκολοι, δυσέριδες. Talem repræſentat Terentius in ſuo Demea. 7 Quæ diſtinguitur a ſeveritate, cujus exceſſus eſt aſperitas. conf. Vellej. 2, 89, 4. 8 Honore & obſequio mitigavit. recondita ineſt ſignificandi venuſtas. 9 Eſt iterum deſcriptio admodum moroſi atque intolerabilis. 10 Qua ex cauſa. 11 Reportavit, adeptus eſt. 12 Præmium obſequii & reverentiæ in avunculum. 13 Conf. de hac teſtamentaria adoptione Val. Max. 7, 8, 5. & hinc adoptatus a Cicerone ad Att. 3, 20. *Q. Cæcilius Q. F. Pomponianus Atticus*, & a Suetonio Tib. c. 7. *Cæcilius Atticus eques Romanus* vocatur. 14 Inſtituit, ſcripſit. 15 Id eſt, tribus quartis partibus bonorum, ſive novem unciis aſſis ex 12. Nam *aſſis* vocabulo tota hereditas, & *unciis* 12. partes aſſis appellantur. *Dodrans* novem partes ſignificat. v. Budæus de aſſe; Donat. ad Svet. Jul. 83. &c.

citer centies LLS 1. Erat nupta soror Attici 3 Q. Tullio Ciceroni: easque nuptias M. Cicero 2 conciliarat; cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime 3, multo etiam familiarius, quam cum Quinto 4, ut judicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum 5, quam adfinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio 6, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat 7, ut intelligi 8 non posset, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tanta laudis esset æmulatio 9, nulla intercederet 10 obtrectatio, esset que talium 11 virorum copula 12. 4

In republ. ita versatus est 13, ut semper opti- VI. ma-

1 Propter adverbialem locutionem subaudi *centena millia*; aut juxta Gronov. de pec. vet. *1,1.* sqq. & in addendis p. *899.* sqq. *centies* aut *centenum pondus argenti.* hinc conficiuntur trecenta millia scutatorum, sive Philippicorum ducenta quinquaginta millia. 2 Quinti frater. 3 In summa familiaritate. conf. de isto inter adolescentulos cœpto amore infra c. *10, 3.* Quintil. inst. or. *1, 2.* Plin. Epist. *6, 8.* 4 Cicero ipse ejus rei testis fam. *1, 13.* ad Att. *4, 16.* & *16, 16.* add. c. *10, 3.* 5 Conf. Prov. *18, 24.* Cic. Off. *1, 17.* 6 Quem & Cic. familiarem Attici appellat ad Att. *2, 25,* & *4, 3.* 7 *Diu princeps oratorum, aliquanto æmulus Ciceronis existimatus est.* Quintil. *11, 3.* v. ipse Cic. de clar. or. c. *1.* 8 Dignosci. 9 v. Vellej. *1, 17, 6.* cum insigni excursu Bœcleri; & Voss. Comm. Rhet. 2, 4, 4. 10 Nulla esset inter eos. 11 Cum nota excellentiæ *tales* dicuntur. 12 Conciliator æmulorum, qui interceſſit veluti medius, ne æmulatio in obtrectationem erumperet. Sic Julia Pompeji & Cæsaris copula fuit; *male cohærentis pignus concordiæ* Vellejo ob id dicitur 2, 47, 2. 13 Ita se gessit inter cives.

marum partium 1 & esset & existimaretur [2, neque tamen se civilibus fluctibus 3 committeret, quod non magis eos in sua potestate 4 existimabat esse, qui se iis dedissent 5, quam qui 2 maritimis jactarentur 6. Honores non petiit 7, cum ei paterent propter vel gratiam 8 vel dignitatem 9: quod neque peti more majorum 10, neque capi possent conservatis 11 legibus, in tam effusis 12 ambitus largitionibus 13, neque geri è republ. 14 sine periculo, corruptis civitatis moriri-

1 Scil. homo, vel assecla, vel sectator. 2 Cum bonis faciebat, cum bonis viris jungi volebat. 3 i. e. bellis. c. 10, 16. procellas vocat, quia civilibus turbis & prosterni multa, sicut procellis ac tempestate, & jactari omnia, sicut fluctibus, & implicari sicut circulo perniciei videmus. v. Quintil. inst. or. 8, 6. Sic Cicero pro Mur. comitia freto & Euripo, Phil. 2. bella civ. oceano comparat; ad Att. 2, 7. remp. navi, damna naufragiis, conf Horat. od. 1, 14. 4 Arbitrio opponitur, libertati actionum & consiliorum. 5 Commisissent, ad remp. se accommodassent. 6 Scil. fluctibus. 7 Honestam quietem præferens, ut Minutius Macrinus apud Plin. Epist. 1, 14. & L. Piso apud Tac. A. 2, 34, 1. conf. Cic. off. 1, 21. ad fam. 1, 9. Sen. Epist. 39. 8 Quia gratus fuit apud homines. 9 Equestrem. 10 Scil. sine fuco & fallaciis. Provocabatur autem in plerisque rebus cum pondere & proverbiali veluti formula ad morem majorum. i. e. institutа, inde a majoribus propagata. 11 Observatis. 12 Immodicis. 13 i. e. Captatoriis donationibus & magistratuum nundinationibus, & honoribus per malas artes ambiendis. 14 Cum bono & commodo reip.

ribus 1. Ad haſtam publicam 2 nunquam accesſit 3. Nullius rei neque præs 4, neque manceps 5 factus eſt. Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens 6, accuſavit. In jus de ſua re nunquam iit 7: judicium nullum habuit 8. Multorum conſulum prætorumque præfecturas delatas 9 ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus 10: honore 11 fuerit contentus, rei familiaris deſpexerit fructum 12. Qui ne 4 cum

1 De corruptela illorum temporum v. Cic. ad Att. 4, 6. Salluſt. Jug. c. 8. Horat. Sat. 2, 3. Lucan. 1, 178. ſqq. 2 Signum & locum venditionis, cum jam non tantum hoſtium manubiæ, ſed & bona proſcriptorum haſta poſita eſſent venalia. v. Alex. ab Alex. 3, 16. & Coquæi Comm. ad Auguſt. C. D. 3, 28. 3 Id eſt, non emit in auctione bona publicata. v. Cic. Phil. 2, 26. 4 Qui populo ſe obligat, & a magiſtratu interrogatus, in publicum ut præſtet, inde cum reſpondet, dicitur præs. v. Varro, Feſtus & Pollet Hiſt. fori Rom. 5, 1. 5 Qui a populo aliquid emit aut conducit, dictus ita ab indicio *ſublatæ manus*, quo ſe auctorem profitebatur. v. Sigon. de Antiq. jur. Rom 2, 4. 6 Juvans alterius accuſationem ſubſcriptione. v. Sigon. de Jud. 2, 9. Scip. Gentil. in Apul. Apolog. p. 17. ſ. 7 Nota ſunt verba ſolennia, quibus experiundi juris cauſa veteres ad prætorem ſe mutuo evocabant: *In jus eamus: in jus ambula.* v. Briſſon. form. 5. pr. Sed Atticus lites forenſes non ſecutus eſt. de Guil. Cecilio v. Camdenus p. 722. Martial. 10, 47. inter illa, *vitam quæ faciant beatiorem* etiam ponit: *Lis nunquam, toga rara, mens quieta.* 8 Inter litigantes nunquam judicem eum fuiſſe Manutius inde exiſtimat. 9 Id eſt, deferri ſolitas a conſulibus, prætoribus & ab Imperatore in exercitu. v. Sigon. de ant. jur. prov. 2, 2. 10 Neminem provincia voluit expellere, nemini ſuccedere. 11 Oblati muneris. 12 Lucrum, commodum, quo res fam. augeri poteſt.

cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam 1, cum apud eum legati locum 2 obtinere 5 posset. Non enim decere se arbitrabatur 3, cum praeturam gerere noluisset, asseclam 4 esse praetoris. Qua in re non solum dignitati serviebat 5, sed etiam tranquillitati 6, cum suspiciones quoque vitaret criminum 7. Quo fiebat, ut ejus observantia 8 omnibus esset carior, cum eam officio 9, non timori neque spei tribui viderent.

VII. Incidit 10 Caesarianum civile bellum 11, cum haberet annos circiter sexaginta. Usus est aetatis vacatione 12, neque se quoquam movit ex urbe 13. Quae amicis suis opus fuerant ad Pompejum proficiscentibus 14, omnia ex sua re fami-

1 Quae tum erat provincia praetoria. 2 Dignitatem, conditionem, gradum. v. omnino Sigon. l. c. 3 Ne ab equis ad asinos, ex adagio. conf. Cic. ad Att 1, 14. 4 Legatum. 5 Consulebat existimationi & honori suo. 6 Obtinendae servandaeque ejus causa multa faciebat. intelligitur autem vita sine litibus & odio. 7 Ita Christiani ab omni specie mala abstinere jubentur, 1. Thess. 5, 22. 8 Institutum, vitae ratio, cautio & circumspectio. Ita Cic. pro Balb. c. 28. 9 Honesti rectique studio fieri. 10 Exortum est. 11 Inter J. Caesarem & Pompejum, de quo Epit. Liv. 109. sqq. Flor. 4, 2. ipse Caes. 3. lib. Vellej. 2, 44. sqq. Lucan. Plut. Appian. Aur. Vict. c. 77. & Cicero passim. 12 Sexagenarius excusationem aetatis habuit, ne se partibus misceret. *Est praecipuum jus senectutis &c.* Quintil. Decl. 306. conf. supra 13, 3, 1. Senibus immunitas concessa apud JCtos. 13 Non profectus est in militiam, sed continuit se domi. 14 In Graeciam, v. Cic. ad fam. 7, 14.

familiari dedit. Ipsum Pompejum conjunctum 1 non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum 2, ut ceteri, qui per eum 3 aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti 4, partim summa cum ejus offensione 5, domi remanserunt. Attici autem quies 6 tantopere Cæsari 3 fuit grata, ut victor cum privatis 7 pecunias per epistolas imperaret 8, huic non solum molestus non fuerit 9, sed etiam sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeji castris concesserit 10. Sic vetere instituto 11 vitæ effugit nova pericula.

Secutum est 12 illud occiso Cæsare 13, cum res IIX. publ. penes Brutos 14 videretur esse, & Cassium, ac tota civitas se ad eum convertisse videretur.

1 Cognatione junctum. Sic apud Curt. 6, 11, 20. *conjunctissimum*. i. e. propinqui. 2 Honores, opes, beneficia. Schopp. Verr. 3, 8. cum Rittershusio mallet *auctoramentum*. Locum habet illud P. Syri: *Beneficium accipere, libertatem vendere est*. conf. Tac. A. 14, 47, 2. Ælian. V. H. 2, 9. Horat. Epist. 1, 18, 86. 3 Illius ope beneficioque. 4 Apud eum militantes, in militiam euntes, ut Cicero. v. Epist. ad fam. 6, 6. 5 Se pro hostibus habiturum dixerat, qui extra sua castra essent; Cæsar vero pro amicis, qui in Pompeji castris non essent. 6 ἀδιαφορία, quod nullius partes sequeretur. Sic *quietus*, qui est neutrarum partium 16, 4, 1. Hinc *quiescere* apud Curt. 10, 8, 17. Liv. 32, 21. *quiescere et abstinere armis*. 7 Aliis domi se tenentibus. 8 Jure potestatis exigeret. 9 Nil pecuniarum ab eo efflagitans. 10 Captum bello reddiderit. 11 Ratione, consuetudine. 12 Evenit. 13 In curia tribus & viginti vulneribus. v. Flor. 4, 2, 93. Vellej. 2, 56. &c. 14 Id est, in Brutorum M. & D. potestate.

2 tur 1. Sic M. Bruto usus est 2, ut nullo ille adolescens 3 æquali familiarius, quam hoc sene 4: neque solum eum principem consilii ha-
3 beret 5: sed etiam in convictu 6. Excogitatum est 7 a quibusdam, ut privatum 8 ærarium Cæsaris interfectoribus 9 ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis 10 pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio Bruti familiari Atticus 11, ut ejus rei prin-
4 ceps 12 esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione 13 existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset 14, respondit: *si quid* 15 *Brutus de suis facultatibus uti voluisset* 16, *usurum, quantum ea paterentur; se neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coi-*

1 Opinione omnium destinabatur M. Brutus, qui libertatem & statum reip. redderet. Cic. ad Att. 14, 20. ita effert: *Resp. pendet a Bruto, ab ipso servabitur.* Phrasi Corneliana usus idem in Somn. Scip. c. 2. Sen. de clem. 1, 4. 2 Familiarem eum habuit. 3 Quadraginta annorum. Nam præturam gerebat. Ita de 30. annos habente Suet. Aug. c. 20. v. Manutii Comm. ad Cic. fam. 2, 1. 4 Scil. usus sit. 5 Intimus ipsi a consiliis erat Atticus. 6 Scil. haberet. 7 Singulare fuit inventum firmandæ molitionis. 8 Privatim augendum. 9 Brutis & Cassio, qui Jul. Cæsarem percusserant. 10 Primarii equites. 11 C. Flavius familiariter compellavit Atticum; cum eo collocutus est hac de re. 12 Primus auctor. 13 Sine conspiratione occulta & sine societate cum factiosis. 14 Abhorruisset animo ab ejusmodi coitione ad tollendos e medio alios perdendosque reperta. 15 Pro *si qua re*. Uti ponitur hic cum quarto casu. 16 Si indigeret opibus Attici.

coiturum 1. Sic ille consensionis globus 2, hujus unius dissensione disjectus est. Neque 5 multo post superior esse cœpit Antonius 3: ita ut Brutus & Cassius provinciarum 4, quæ iis dicis causa 5 datæ erant a consulibus, desperatis rebus 6, in exsilium proficiscerentur. Atticus, 6 qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti 7, abjecto 8 Bruto Italiaque cedenti LLS. centum millia 9 muneri misit. Eidem in Epiro 10 absens, trecenta 11 jussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio 12 neque desperatos 13 reliquit.

Se-

1 Ad societatem factiosi consilii accessurum. 2 Factio, conspirantium numerus, cohors, turba. Sic Vellej. 2, 58, 1. *globus conjurationis*; Sallust. Jug. c. 85. *globus nobilitatis*; Curt. 10, 7, 1. *armatorum globus*. 3 Antea Ciceronis opera hostis a senatu judicatus, sed jam receptus a M. Lepido & tandem etiam Octavio reconciliatus. v. Flor. 4, 4. Vellej. 2, 64. Suet. Aug. pr. &c. 4 Scil. *præsides*, seu, quod sequitur *desperatis rebus*. uterque autem Brutus provincias jam obtinebant. Decimus Galliam Cisalpinam, M. Brutus Macedoniam, Cassius Syriam. v. Flor. 4, 7, 4. Vell. 2, 62. 5 Id est, perfunctorie, simulanter, non ex animo, ut cæde Cæsari illata honeste ex urbe discederent. Sic locutus & Cic. ad Att. 1, 18. in Verr. 4, 24. conf. Turneb. Adv. 11, 20. Cum alias legeretur *necis causa*, primus immutavit Cujacius Observ. 5, 33. & 10, 37. 6 Cum diffisi essent provinciis sibi datis. 7 Potenti factioni. 8 Infelici. Sic *hostem abjicere* dixit Val. Max. 5, 1, 8. 9 Tot sestertia faciunt scutatorum tria millia, sive 2500. Philippicos. 10 Græciæ parte, quæ hodie Albania. 11 Scil. millia sestertiorum. 12 Non transiit ad eum, quanquam nunc rerum summam teneret. 13 Ad incitas redactos, de salute desperantes.

IX. Secutum est bellum gestum apud Mutinam 1. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam, prædicem 2, cum ille potius divinus 3 fuerit: si divinatio 4 appellanda est perpetua naturalis bonitas 5, quæ nullis casibus 2 neque agitur 6, neq; minuitur 7. Hostis Antonius 8 judicatus Italia cesserat, spes restituendi 9 nulla erat. Non solum ejus inimici, qui tum erant potentissimi & plurimi, sed etiam amici adversariis ejus se dabant 10, & in eo lætendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem 11: ejus familiares insequebantur 12, uxorem 13 Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant 14, liberos etiam extinguere 15 parabant. At-

1 In Gallia Cisalpina, ubi Antonius obsedit Brutum liberatum per Consules Pansam & Hirtium. v. Liv. Epit. *119*. Flor. *4,4*. Vellej. *2, 61*. 2 Non satis laudem. 3 Humana sorte quodammodo superior. 4 Quæ est præsensio & scientia rerum futurarum. Sed hoc loco idem est, quod divinitas seu divina natura. 5 Ingenii illa rectitudo & dexteritas constantiaque judicii moderati cautique. 6 Id est agitatur & in discrimen deducitur. 7 Dimovetur a proposito animi. 8 Quem Cicero Philippicis orationibus illo tempore lacerare non destiterat. 9 Ab exsilio in patriam. 10 Applicabant se illis, in eorum partes concedebant. Sic *dare se legionibus* ap. Tac. A. *1,31,1*. & ap. Ter. *dare & dedere se cui*. 11 Emolumentum, lucrum, quæstum, alii *commendationem*. 12 Vexabant, aggrediebantur. 13 Nempe Antonii. 14 Sed illa impotentis animi mulier, tantis injuriis irritata, eodem anno caput Ciceronis conspuens atrocibus verbis mortuum, & linguam ex ore extractam acubus compunxit. Dio 47. 15 E medio tollere. Sic Ter. Hec. *5,1,23*. & passim Just. Tac. &c.

Atticus cum Ciceronis intima familiaritate 3
uteretur, amicissimus esset Bruto: non modo ni-
hil iis indulsit 1 ad Antonium violandum 2, sed
e contrario familiares ejus ex urbe profugien-
tes, quantum potuit, texit 3: quibus rebus indi-
guerunt, adjuvit. P. vero Volumnio 4 ea 5 tri- 4
buit, ut plura a parente proficisci 6 non potue-
rint. Ipsi autem Fulviæ, cum litibus distinere-
tur 7, magnisque terroribus 8 vexaretur 9, tan-
ta diligentia officium suum præstitit, ut nullum
illa stiterit vadimonium 10 sine Attico, hic
sponsor omnium rerum fuerit 11. Quin etiam, 5
cum illa fundum 12 secunda fortuna 13 emisset
in diem 14, neque post calamitatem versuram
facere 15 potuisset: ille se interposuit 16, pe-
cu-

1 Hoc sensu Tac. A. 1, 9, 4. *Augustum*, ait, *multa Antonio, multa Lepido concessisse*. 2 Lædendum, injuria afficiendum. 3 Tutatus est, defendit. 4 Præfecto fabrum, v. Cic. ad fam. 7. Epist. ult. quæ ad eum directa, cum not. Manutii. 5 Pro *talia ac tanta*. v. Th. Linacr. l. 2. cujus exemplum tamen ex Virg. Æn. 1. *non ea vis animi*, rejectum a Scaligero de caus. lat. 6. c. ult. 6 Conferri in eum ex benevolentia & officiose. 7 Impediretur ac distraheretur. 8 Periculis ac inimicis in judicio & alibi objectis. 9 Grave hoc verbum est. nam qui fertur & raptatur, huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur, ait Gell. 2, 6. add. Macr. Saturn. 6, 7. 10 Ut nunquam datis vadibus comparuerit in judicio. v. 20, 2, 4. 11 Atticus ubique fidem suam interposuit. 12 Agrum, qui fundus dicitur, quo familiæ sit fundamentum, vel quod plurima fundat. 13 Cum adhuc floreret. 14 Ut solveret certo tempore. 15 Pecuniam mutuo accipere. v. supra c. 2, 4. 16 Ope sua intervenit.

cuniamque sine fœnore 1, sineque ulla stipulatione 2 ei credidit 3, maximum existimans quæstum: memorem gratumque cognosci 4; simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus 6 solere esse amicum 5. Quæ cum faciebat, nemo eum temporis causa facere 6 poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat 7, Antonium rerum potiturum 8. Sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur 9, quod parum odisse malos cives 10 videretur. 7

X. Ille autem sui judicii 11, potius quid se facere parum esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi fo-

1 Sine usura, ut solitus in adolescentia Athenis c. 2, 4. 2 Solenni promissione, vinculo omnium obligationum adstringendarum, ut ait Brisson. lib. 6. form. 3 Mutuo dedit. 4 In maximo deputabat lucro, quod ostendere liceret, fortunam non immutasse animum suum erga Antonium. 5 Se amicitiam colere non fortunæ & utilitatis gratia, sed amoris ergo & honestatis. *Ceteri libentius cum fortuna nostra, quam nobiscum loquuntur &c.* Tac. H. 1, 15. 7. *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.* Just. 5, 1, 11. 6 Eum servire fortunæ & temporibus, & expectare ab Antonio remunerationem. 7 Nemo opinari eo tempore aut credere poterat. 8 Scil. Fastigio, id est dominatione principatus Romani oligarchica. 9 Ei clanculum vitio vertebatur a Cicerone, Bruto aliisque Antonii inimicis. 10 Qualis esset Antonius. 11 Sc. homo. αὐτογνώμων in bonam partem; qui suo potissimum judicio sibi standum ea temporum perturbatione intelligeret. Sic Suet. Tib. 18. *arbitrii sui, contentusque se uno.* possis etiam *quid sui judicii* combinare, ut sensus sit, eum magis attendisse, quid conscientiæ suæ sit, quam quid alii judicent. 12 Æquum & justum.

forent. Conversa subito fortuna est 1. Ut 2
Antonius rediit in Italiam, nemo non 3 magno
in periculo Atticum futurum putarat, propter
intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti 4.
Itaque ad adventum imperatorum 5 de foro 2
decesserat 6, timens proscriptionem 7: late-
batque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus
paullo ante 8, opem tulerat: tanta varietas 9
iis temporibus fuit fortunæ, ut modo hi, modo
illi 10 in summo essent aut fastigio 11, aut peri-
culo. Habebatque secum Q. Gellium Canium,
æqualem simillimumque sui 12. Hoc quoque 3
sit Attici bonitatis 13 exemplum, quod cum
eo, quem puerum in ludo 14 cognoverat, 15
adeo

1 Rerum status commutatus est. 2 Pro *postquam*. 3 Id est, *quilibet*. 4 Id est, *cum Cicerone & Bruto*. 5 Ubi advenerunt Imperatores Augustus, Lepidus & Antonius, qui triumviri imperium Romanum inter se diviserant. 6 Publico abstinebat & luce fori; civilis actus lucem latendi causa declinabat. conf. *24, 1, 1*. 7 Quam a Sulla inventam imitatus est Antonius. v. Liv. Epit. *120*. Flor. *4, 6, 3*. f. Vellej. *2, 66, 1*. Crudeli hoc flagitio civium optimorum bona hastæ subjecta, capita libidini & suppliciis publice exposita ad promiscuas neces destinabantur, ut illis remotis securiori dominatu uterentur Tyranni. 8 Nempe c. *9, 4*. 9 In permutandis rerum eventibus. 10 Tanquam calculi, ut eleganter Polyb. *5*, p. 374. 11 Dignitate & honore. 12 Ætate & moribus sibi similem. 13 Bonitas hic vocatur morum facilitas, τὸ ἠθικὸν καὶ εὐόμιλον, quos Porphyrogeniti characteres Ulyssi tribuunt. 14 Proprie omnia exercitiis militaribus destinata loca Græci *Gymnasia*, Latini *ludos* vocabant, quæ nomina postea etiam ad literas & Philosophorum scholas translata. 15 Initium familiaritatis fuerat in Schola. conf. c. *5, 3*.

adeo conjuncte 1 vixit, ut ad extremam æta-
4 tem amicitia eorum creverit 2. Antonius au-
tem etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut
non solum ei, sed omnibus etiam ejus ami-
cis esset inimicus, eosque vellet proscribere 3;
multis hortantibus tamen Attici memor fuit
officii 4, & ei, cum requisisset, ubinam esset 5, sua
manu scripsit, *ne timeret, statimque* 6 *ad se ve-*
niret. Se eum, & Gellium Canium de proscripto-
5 *rum* 7 *numero exemisse* 8. Ac, ne quod in peri-
culum incideret 9, quod noctu fiebat 10, præsi-
dium ei misit. Sic Atticus in summo timore 11
non solũ sibi, sed etiam ei 12, quem carissimum
habebat 13, præsidio fuit 14. Neque enim suæ
solum a quoquam auxilium petiit salutis, sed
conjunctim 15: ut appareret, nullam sejunctam
sibi

1 Amicè, familiariter. 2 *Amicitia incepta à parvis cum ætate accrevit simul.* Ter. And. 3, 3, 8. 3 Graviter invehitur in eum ob Ciceronem proscriptum Vell. 2, 66, 3. sqq. 4 Benevolentiæ præstitæ erga se & uxorem. 5 Cum adhibuisset industriam circa rescisendum statum fortunamque ejus. 6 Id est, *& ut statim &c.* 7 Damnatorum. 8 In proscriptorum numerum non retulisse, uti loquitur noster c. 12, 4, 9 Ne jugularetur in via, quemadmodum id aliis proscriptis accidisse ait Flor. 3, 21, 25. s. & C. Cæsar in Sallust. B. Cat. c. 51. Idem factitatum in funestis nuptiis Parisiensibus, de quibus Thuanus l. 52. 10 Noctu accersebatur ad eum. 11 In periculo, in calamitate. Effectus ponitur pro causa. 12 Q. Gellio. 13 Inter carissimos ponebat. 14 Eum simul tutatus est. 15 Scil. rogavit Antonium, ut tum sibi, tum Canio parceret, se cum amico eandem fortunam velle pati.

sibi ab eo velle esse fortunam 1. Quod si guber- 6
nator 2 præcipua laude fertur 3, qui navem ex
hieme 4 marique scopulosa 5 servat 6: cur non
singularis ejus existimetur prudentia, qui ex
tot tamque gravibus procellis civilibus 7, ad
incolumitatem pervenit 8?

Quibus ex malis ut se emersit 9, nihil aliud XI.
egit 10, quam ut plurimis, quibus rebus posset,
esset auxilio. Cum proscriptos præmiis 11
imperatorum vulgus conquireret 12, nemo in
Epirum 13 venit, cui res ulla defuerit. nemini
non 14 ibi perpetuo manendi potestas facta
est 15. Quin etiam post prœlium Philippense 16 2
in-

1 Se solum salvum manere nolle, sed velle, ut utrique idem eveniat. 2 Navis rector seu moderator. v. supra 12, 4, 2. 3 Celebratur. 4 Id est, ex tempestate, ex mari turbato. v. Serv. ad illud Virg. Æn. 1, 129. *Emissamque hiemem sensit Neptunus.* Similis Allegoria apud Sen. Consol. ad Marc. c. 6. & Plin. Epist. 9, 26. 5 Periculoso ob saxa & scopulos. 6 Conservat, eripit, in portum defert. 7 Supra fluctibus hæc bella hasque discordias comparat c. 6, 1. 8 E periculo servatur illæsus. 9 Sic Ter. And. 3, 3, 30. *ex malis emergere.* & Eun. 3, 5, 7. *unde emergam.* Quamquam ergo *ipse* pro *se* legi queat convenientius; tamen alia ejusdem generis exempla v. apud Voss. de Analog. 3, 4. C. Barth. Adv. 49, 13. In eundem modum Ruf. Fest. Avienus in descript. orb. terr. *qua lux se rursus ea emergit pelago.* 10 Elegans periphrasis studii maximi. 11 Scil. propositis. Nam Triumviri magnam auri copiam illis promiserant, qui vel vivos vel mortuos afferrent. 12 Per inquisitores & inquisitionem acerrimam. 13 Ubi prædia habebat Atticus. 14 Id est, cuilibet. 15 Facultas est data, licuit. 16 Sic dicitur, quod apud urbem Philippos cum M. Bruto Cassioque commissum est. v. Velej. 2, 70, 1. Flor. 4, 7, *Philippi* urbs Macedoniæ in Thraciæ finibus.

interitumque C. Cassii & M. Bruti, L. Julium Mocillam prætorium 1, & ejus filium, Aulumque Torquatum, ceterosque pari fortuna perculsos 2, instituerit tueri 3: atque ex Epiro his 3 omnia Samothraciam 4 supportari 5 jusserit. Difficile enim est omnia persequi, & non necessaria 6. Illud unum 7 intelligi volumus: illius liberalitatem, neque temporariam 8, neque 4 callidam 9 fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest: quod non florentibus 10 se venditavit 11, sed afflictis semper succurrit 12. Qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem ejus 13, quam florentem 14 coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit 15: quod neque lædebat quemquam, neque si quam injuriam acceperat, malebat ulcisci, quam obliviscì 16. Idem immor-

1 Qui præturam gesserat. 2 Qui eandem calamitatem & adversum eventum patiebantur. 3 Defendendos susceperit. 4 In insulam maris Ægei Thraciæ adjacentem, in quam proscripti se contulerant. 5 Necessaria trantmitti & advehi. 6 Id est levia. 7 Præcipuum. 8 Temporis & spei causa usurpatam. conf. c. 9, 6. Sic *temporaria amicitia* Sen. Ep. 9 *temporaria ingenia* Curt. 4, 5, 11. v. Bœcl. ad Vellej. 2, 21, 2. 9 Insidiatricem, captatricem. 10 Viventibus adhuc feliciter, stantibus suo fastigio. conf. Tac. A. 4, 68, 5. 11 Cum ostentatione & jactantia prompti animi operam neque obtulit, neque præstitit, neque ingessit. 12 Suppetias illis tulit, eos juvit. Sic *miseris succurrere*. Virg. Æn. 1. 634. 13 Scil. filii Bruti. 14 Felicem, cum Brutus adhuc superstes esset. 15 Exercuit. 16 Talis oblivio injuriarum tribuitur Epaminondæ 15, 7, 1. conf. 13, 6, 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0379
DFG

mortali 1 memoria præcepta 2 retinebat beneficia: quæ autem ipse tribuerat 3, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat 4. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: *Sui cuique mores fingunt 5 fortunam.* 6 Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse finxit 6: qui cavit, ne qua in re jure plecteretur 7.

His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius XII. Agrippa 8, intima familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari 9, cum propter suam gratiam & Cæsaris potentiam, nullius conditionis 10 non haberet potestatem 11, ~~pōtiūm~~ *potiundi* ejus

1 Diligenti, perpetua. 2 Ante accepta. Sic Curt. *9, 6, 2.* &c. alii *percepta.* 3 Scil. beneficia; i. e. cum ipse aliis benefeciſſet. 4 Id est, quam diu gratus deprædicabat; si quis foret ingratus, neque recordabatur, neque offendebatur. 5 In loco parallelo *25, 19, 1.* est *conciliant.* Sumtum est proverbium ex Plaut. Trinum. *2, 2, 84. Sapiens ipse fingit fortunam sibi.* Quo & respexit Cic. Paradoxo 5. Pertinet huc illud Appii in Sallust. *1.* de rep. ordin. *Fabrum esse suæ quemque fortunæ,* & Colum. *1, 3. Dementis est ipsum sibi malam facere fortunam.* conf. Erasmi Chil. *2, 4, 30.* 6 Non tam sollicitus fuit de fortuna sua efformanda, quam de rectitudine officiorum vitæ. artis vocabulum venuste ad vivendi habitum & mores transfertur. 7 Pœnas daret erroris admissi; reprehenderetur ob neglectum officium. 8 Quem laudat Vellej. *2, 79, 1.* & Tacitus passim. 9 Scil. Octaviano Augusto, cujus *magnus* fuit *adjutor ad gubernandam fortunam,* ut vocat Vell. *2, 127, 1.* Cujus & postea filiam Juliam duxit. Ibid. c. *96, 1.* 10 Matrimonii. ita dicimus: filiæ conditionem quærere, impetrare. conf. Curt. *4, 11, 13.* Just. *11, 7, 8.* 11 Cum ejus matrimonium & affinitas ubique fuisset optata.

ejus diligeret adfinitatem 1, præoptaretque 2 equitis Romani filiam 3 generosarum nuptiis 4.
2 Atque harum nuptiarum conciliator 5 fuit (non est enim celandum) M. Antonius triumvir reipubl. constituendæ 6: cujus gratia 7 cum augere possessiones 8 posset suas, tantum abfuit a cupiditate pecuniæ 9, ut nulla in re usus sit ea 10, nisi in deprecandis amicorum aut
3 periculis, aut incommodis 11. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit 12. Nam cum L. Saufeji 13, equitis Romani, æqualis sui, qui cum eo complures annos studio ductus 14 philosophiæ 15 habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri 16 bona venidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur 17: Attici labore atque industria factum, ut

1 Eum eligeret socerum. 2 Optaret hanc præ aliis generosis & præ nuptiis cum illis. 3 Atticam. Cic. ad Att. 6, 5. Atticulam vocat; de affectu in eam Attici v. ibid. 7, 2. & 5, 19. 4 Nobilium fœminarum conjugio. 5 Auctor, pararius, προξενητης. 6 Quæ bello civili collapsa erat. Hoc speciosо titulo & prætextu suæ dominationis consilia tegebant Octavius, Antonius, Lepidus. conf. Liv. Epit. 120. Suet. Aug. c. 27. Flor. 4, 6, 3. 7 Favore tanti viri. 8 Agros, fundos, divitias. 9 Usque adeo avarus non fuit. 10 Gratia Antonii. 11 Ne amicos affligerent incommoda, i. e. adversa. 12 Clarissime apparuit ipsis proscriptionis temporibus. 13 Cujus sæpe apud Cic. ad Att. mentio. 14 Motus, detentus; propter studia philosophica. 15 Lambinus de suo inserit *Athenis*. 16 Iidem, quos modo nominavi. 17 Hos dicit mores fuisse seculi, ut hac veluti excusatione mitigetur tyrannis ac vis dominationis, ad quam multo clarius omnia referri poterant.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0381
DFG

ut eodem nuntio Saufejus fieret certior, se patrimonium 1 amisisse & recuperasse 2. Idem 4 L. Julium Calidum 3, quem post Lucretii Catullique 4 mortem, multo elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem 5 vere videor posse contendere 6, neq; minus virum bonum, optimisque artibus 7 eruditum, post proscriptionem 8 equitum, propter magnas ejus Africanas 9 possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, præfecto fabrum Antonii 10, absentem relatum, expedivit 11. Quod in præsenti 12 utrum ei laboriosius 13, an glorioſius fuerit 14, difficile fuit judicare: quod in eorum periculis, non secus absentes, quam præsentes amicos Attico esse curæ 15 cognitum est.

Ne-

1 Possessiones a patre acceptas. 2 Recepisse. 3 Vossius de Poët. Lat. cum aliis *Calidium* vocat. Sed quoniam hoc nomen gentis est, cum gentilitio nomine *Julii* male jungitur. 4 Judicium Ciceronis ad Quint. 2, 11. de Lucretio examinat & Nepotis laudat Barth. Adv. 38, 7. Vixit hoc ævo & C. Calvus, cujus & Catulli in Jul. Cæsarem mordaces versus citat Suet. Cæs. c. 49. & 73. 5 Vixisse nostris temporibus. 6 Affirmare; formula est asseverationis cum modestia stabiliendæ. 7 Rectissimis atque honestissimis studiis rationis & officii, quæ Cic. vocat de invent. 1, 1, 8 Vid. c. 10, 2. 9 Quæ habuit Poëta in Africa. 10 Qui ab Antonio fabris, quibus in bello opus, quique machinas faciant, ut curator operisque exactor præpositus fuit. v. Lipsi Poliorcet. 3, 6. Gell. 10, 18. Just. 5, 2, 5. cum not. Bernegg. & Harduin. ad Plin. 36, 6. 11 Proscriptorum numero eximendum curavit. 12 Tum temporis. 13 Difficilius factu. v. Savar. ad Sidon. Ep. 3, 9. 14 An ipsi majorem attulerit gloriam. 15 Id est, Atticum pro salute omnium amicorum vigilasse.

XIII. Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quam civis 1. Nam cum esset pecuniosus 2, nemo illo minus fuit emax 3, minus ædificator 4. Neque tamen non in primis bene habitavit 5, omnibusque optimis rebus
2 usus est 6. Nam domum habuit in colle Quirinali 7 Tamphilanam 8, ab avunculo 9 hereditate relictam: cujus amœnitas non ædificio 10, sed silva 11 constabat. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum 12, plus salis 13, quam sumtus habebat 14: in quo nihil commutavit, nisi quid vetustate coactus est 15. Usus est familia 16, si

1 Talis supra Iphicrates 11, 3, 2. 2 Dives, locuples. 3 Emendi studio ductus. *Patrem familias*, inquit Cato, *vendacem, non emacem esse oportet.* Cic. in Paradox. *Non esse emacem, vectigal est.* 4 Id est, modicus fuit ædificationibus, ut de Tiberio Tac. A. 6, 45, 2. parcus in ædificando, ut de Trajano Plin. Paneg. c. 51. conf. Flor. 1, 8, 4. Columell. 1, 4. De nimio ædificandi studio inter Romanos v. Cic. off 1, 39. Sen. Epist. 86. 90. 100. Horat. od 2, 15, 1. &c. 5 Commodam habitationem habuit. 6 In familiari scil. vita cultuque. 7 Ubi templum Quirini erat. Colles, unde Roma septicollis dicta, sunt VII. Palatinus, Capitolinus s. Tarpejus, Aventinus, Exquilinus, Cælius, Viminalis & Quirinalis. Cicero ad Att. 12, 45. vicinum Cæsarem vocat, ob statuam ejus in Quirinali templo positam. 8 A Tamphilo quodam Romano sic appellatam. Sic Lucullani horti & villa fuerunt in ore, quum diu Lucullo mortuo dominium eorum transiisset. 9 Q. Cæcilio, de quo supra c. 5, 1. 10 Structura & forma. 11 Proxima. 12 Ædificatum more vetusto. *Tectum* pro tota domo Synecdochice sumitur. 13 Id est, plus gratiæ ob antiquitatis laudem. 14 Ædificator ejus extra modum sumtu & magnificentia non prodierat. 15 Ut sc. repararet, & ut sartum & tectum conservaret. 16 Accipitur pro œconomia & re familiari.

si utilitate 1 judicandum est, optima: si forma 2, vix mediocri: Namque in ea erant pueri literatissimi 3, anagnostæ optimi 4, & plurimi librarii 5, ut ne pedisequus 6 quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre 7 posset. Pari modo artifices ceteri 8, quos cultus domesticus 9 desiderat, apprime boni 10, neque tamen horum quemquam, nisi domi natum 11, domiq; factum 12 habuit; quod est signum non solum continentiæ 13, sed etiam diligentiæ 14. Nam & non intemperanter 15 concupiscere, quod a plurimis videas 16, continentis debet duci: & potius diligentia, quam pretio, parare 17, non me-

1 Secundum utilitatem. 2 Specie externa si judicandum est. 3 Non tantum mediocriter docti, sed omni literarum & historiarum cognitione instructissimi. nam eruditi etiam mancipia erudita habere studebant. 4 Lectores, quorum officium erat, tam in seriis studiis, quam inter epulas librum aliquem prælegere. v. Pignor. de servis, & Meurs. auctar. Philog. c. 4. conf. Plin. Epist. 3, 5. 5 Servi in describendis & curandis libris adhibiti. v. Pignor. l. c. 6 Infimus servorum. 7 Id est, prompte obire vel anagnostæ vel librarii munera. 8 Quorum ad voluptatem & lucrum locata opera, ut gladiatores, agitatores, funambuli, palæstritæ, pictores, cælatores &c. v. Pignor. 9 Usque familiæ. 10 Scil. erant. 11 Indigenam, non peregrinum. 12 In patria educatum & institutum, non apud exteros. *facere* significat hic instruere, efformare in moribus. 13 Qua aversatus est perversos mores & luxum. 14 Quam domi impendit. 15 Vehementius. 16 Scil. fieri. 17 Potius manu acquirere quam emere.

5 mediocris est industriæ 1. Elegans 2, non magnificus 3, splendidus 4, non sumtuosus 5: omni diligentia munditiem 6 non adfluentiam 7 adfectabat 8. Suppellex modica, non multa 9, ut in 6 neutram partem conspici 10 posset. Nec hoc præteribo, quamquam nonnullis leve visum iri putem. Cum imprimis lautus 11 esset eques Rom. & non parum liberaliter 12 domum suam omnium ordinum homines 13 invitaret, scimus non amplius, quam terna millia æris 14, peræque 15 in singulos menses, ex ephemeride 16 eum

1 Pro eximia & singulari habetur industria. 2 Accurata hic fit oppositio inter cultum domesticum vel cum modo & necessario decore, vel cum inutili sumtu & nimio splendore dispensatum. *Elegans* est ornatus, politus, liberalis. 3 In rebus magnis conspicuus. 4 Clarus, nitidus, decorus, sed absque profusione. Ita vox a Vell. *2, 105, 3.* accipitur. 5 Libenter faciens sumtus, prodigus. 6 Puritatem, lautitiam. 7 Copiam, abundantiam, luxum. Ita ex MSS. multi restituunt vulgare illud *non adfluentem*. 8 Sectabatur. 9 Nimia, superflua. 10 Neque defectus neque excessus nomine notari. Sic de domo sua Ovid. Trist. *2, 113. Et neque divitiis, nec paupertate notanda est; unde sit in neutrum conspiciendus eques.* 11 Elegans ac dives. 12 Id est, satis liberaliter. 13 Summos, infimos. 14 Si auctore Varrone æs pro assibus sumas, sunt triginta Scutati. Si omisso ære subaudiatur nummum, ut sint 90. Scutati; verisimilior summa est Manutio. alii non *tria*, sed *tricena* mallent. conf. Gronov. pec. vet. *3, 9.* & Lipsium admirand. *4, 9.* 15 Vulgo vix nota particula, qua Cicero sæpe utitur pro *æqualiter* vel *eodem modo*, ut vulgo loquuntur. 16 Ephemeris latine diurnum seu diarium, libellus seu commentarius diurnus, in quem acceptum & expensum cujusque diei & alia acta referri possunt. conf. Cic. pro Quint. c. *18.* Suet. Aug. *64.* cum not. Casaub. Asc. Pædianus ad *3.* Verr. &c.

eum expensum sumtui ferre 1 solitum. Atque 7
hoc non auditum, sed cognitum prædicamus.
Sæpe enim propter familiaritatem, domesticis
rebus interfuimus 2.

Nemo in convivio ejus aliud acroama 3 au- XIV.
divit, quam anagnosten 4: quod nos quidem
jucundissimum arbitramur. Neque unquam
sine aliqua lectione 5 apud eum cœnatum est 6:
ut non minus animo, quam ventre convivæ de-
lectarentur 7. Namque eos vocabat 8, quorum
mores a suis non abhorrerent 9. Cum tanta 2
pecuniæ facta esset accessio 10, nihil de quoti-
diano cultu mutavit 11, nihil de vitæ consuetu-
dine 12: tantaque usus est moderatione 13, ut ne-
que

1 Referre in rationes eorum, quæ erogaret & expende-
ret; expensos sumtus in commentarium scribere. 2 Hæc
ideo addit autor, quia *pluris est oculatus testis unus quam au-
riti decem.* Plut. in Truc. 2, 6, 8. 3 Id quod in cœna aures &
animos delectat, ut Symphoniaci, tibicines, histriones &c.
Ita Cic in Verr. 6. c. 22. pro Arch. c. 9. Suet. Aug. c. 74. & Vesp.
c. 19. Plin. Epist. 6, 31. adde 1, 15. & 9, 36. Macrob. Sat. 2, 4.
Muret. Var. Lect. 6, 15. 4 Lectorem. v. paulo ante c. 13, 3.
5 Alicujus libri vel autoris. Hinc Juvenal. Sat. 2. *Nostra
dabunt alios hodie convivia ludos: Conditor Iliados cantabitur
&c.* 6 Loquitur de vespertino convivio, quia vesperi ma-
xime convivabantur veteres. 7 Hinc Plutarchi quæstiones
Symposiacæ, conf. Meurs. Auctar. Phil. c. 4. 8 Scil. ad con-
vivium. *Vocare* proprium in hac re verbum. v. Jani Gu-
lielmi Verisimil. 1, 18. Taubm. ad Plaut. Men. 3, 8, 11. acc. ich.
1, 3, 29. 9 Quærebat sui similes. 10 Ex hæreditate avun-
culi; c. 5, 2. 11 Similia de Agesilao v. 17, 7, 3. s. 12 Instituto.
Sic Ter. Heav. 2, 3, 42. *quotidianæ vitæ consuetudinem.* Idem
Adelph. 5, 8, 34. reponit Guyetus. 13 In omni cultu scil.

que in sestertio vicies 1, quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit 2: neque in sestertio centies 3 adfluentius 4 vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit 5 in utraque
3 fortuna 6. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam, sumtuosam villam 7; neque in Italia, praeter Ardeatinum & Numentanum 8, rusticum praedium: omnisque ejus pecuniae reditus constabat 9 in Epiroticis 10 & urbanis 11 possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum usum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri solitum 12.

XV. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat 13. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate 14: ut dif-

1 Scil. *centena millia continente*, quae summa dicitur facere 60000. Scutatos, sive 50000. Philippicos, vel ut Budaeus vult, aureos. conf. c. 5, 2. 2 Fuerit sordidus. 3 De eadem summa dictum est c. 5, 2. 4 Copiosius, majori cum profusione. 5 Eundem vitae modum servavit. 6 Non fractus adversa, non elatus secunda. 7 Quoniam istiusmodi rebus pecunia perit. Talem villam describit Plin. Epist. 2, 17. & Sallust. Cat. 12. vocat *villas in urbium modum aedificatas*. 8 Ardea & Numentum seu Nomentum duo Latii oppida non procul ab urbe Roma. 9 Pro *consistebat*. 10 Quas in Epiro habebat. 11 Quas habebat in urbe. 12 *Fortunae munerum non tam facultatem unquam & copiam extendendam putavit quam & in utendo rationem & in carendo patientiam*. ut de se Cic. pro domo c. 58. 13 Conf. supra 15, 3, 1. & Gell. 11, 11. 14 Idem morum temperamentum in Attico laudat Cic. de leg. 3, 1. Ita facilitas cum severitate jungitur ap. Tac. Agr. 9, 4. adde An. 2, 72, 3. & c. 50, 1. Vellej. 2, 116, 3.

difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur 1, quam amarent. Quidquid rogabatur, religiose 2 promittebat: quod non liberalis sed levis 3 arbitrabatur, polliceri quod præstare non posset. Idem in nitendo 4 quod semel admisisset 5, tanta erat cura, ut non mandatam sed suam rem videretur agere 6. Nunquam suscepti negotii 7 eum pertæsum est. Suam enim existimationem in ea re agi 8 putabat: qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia M. & Q. Ciceronum, Catonis 9, Hortensii, Auli Torquati 10, multorum præterea equitum Rom. negotia procuraret 11. Ex quo judicari poterat, non inertia sed judicio fugisse 12 reipubl. procurationem.

Humanitatis vero nullum adferre majus te- XVI. stimonium 13 possum, quam quod adolescens idem

1 Revererentur, venerarentur. conf. c. 5, 1. 2 Magna & certa fide. 3 Scil. esse. Levitas est promittentis aliquid non tam facilitate officii, quam temeritate linguæ. Exemplum Philippi apud Just. 9, 8, 8. Persei apud Liv. 42, 5. conf. Ter. Andr. 4, 1, 5. sqq. & Heav. 4, 5, 33. Lips. Pol. 2, 14. 4 In annitendo, ut faceret; cum aliquid conaretur. 5 Agendum suscepisset. alii *annuisset*. 6 Procurare, suscepisse. 7 Cum cœpisset rem mandatam efficere. 8 Verti, versari. 9 Alii *Marci Catonis*, nempe minoris illius, qui describitur ap. Vellej. 2, 35, 2. levissima mutatione Rutgersius: *Catonis, Marii &c.* Nam C. Marium filium inter intimos Attici fuisse constat c. 1, 4. 10 Ad quem Ciceronis epistolæ exstant lib. 6. Alius est L. Torquatus, de quo c. 1, 4. 11 Ut administraret, quæ ipsi ac illis demandabantur. 12 Eum certas ob causas abstinuisse honoribus. vid. supra c. 6, 2. 13 Argumentum, indicium.

idem seni Sullæ fuerit jucundissimus 1, senex adolescenti M. Bruto 2: cum æqualibus autem suis, Q. Hortensio & M. Cicerone sic vixerit 3, ut judicari difficile sit, cui ætati 4 fuerit aptissimus. Quanquam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior 5. Ei rei sunt indicio 6, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem 7, qui in vulgus jam sunt editi 8, sexdecim volumina epistolarum 9, ab consulatu ejus 10 usque ad extremum tempus 11, ad Atticum missarum: quæ 12 qui legat, non multum desideret historiam contextam 13 illorum temporum 14. Sic enim omnia de studiis 15 principum 16, vitiis ducum, mutationibus reipubl. perscripta sunt,

1 In convictu scil. v. supra c. 4, 1. 2 De quo paulo ante c. 8, 2. 3 Conversatus sit. 4 Quibus hominibus omnis ætatis. 5 Cicero tamen ipse aliter non potuit, quam ut secundas illi a fratre in amando tribuerit. Ep. ad Att. 1, 17. 6 Pro ejus rei sunt, l. præbent indicium. 7 Inprimis in tribus libris de Legibus, in quibus eum inducit colloquentem. 8 Publicati. Sic Tac. A. 15, 63, 4. 9 *Ha nomen Attici perire non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tiberius progener, & Drusus Cæsar pronepos: Interiam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset.* Sen. Epist. 21. 10 Quanquam IX. priores Epist. lib. 1. ante consulatum scriptæ fuerint. Cæterum notetur ab ante C. Sic Liv. 26, 13. *ab cruciatu.* Id. 23, 1. *ab cedentibus* (edit. Gronov.) 11 Scil. vitæ. 12 Volumina, quorum sane ingens hic exstat commendatio. 13 Historice conscriptam. 14 Propter res sparsim in Epistolis memoratas. 15 Voluntate, conatibus, inclinationibus. 16 Optimatum, aut ipsius Pompeji & Cæsaris.

sunt 1, ut nihil in iis non appareat 2: & facile existimari possit, prudentiam 3 quodammodo esse divinationem 4. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit 5: sed etiam quæ nunc usu veniunt 6, cecinit 7 ut vates.

De pietate 8 autem Attici quid plura com- XVII, 1
memorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit 9 annorum nonaginta, cum esset 10 septem & sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam redisse 11, nunquam cum sorore fuisse in simultate 12, quam prope æqualem habebat. Quod est 2 signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam 13 intercessisse 14, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia 15, ut quos amare deberet, iratsci eis nefas duceret 16. Neque id fecit natura 17 3 so-

1 Sparsis ubique harum rerum narrationibus. 2 Ut ibi omnia inveniantur. 3 Veri scil. politici. 4 Quam & Attico tribuit noster c. 9, 1. & Themistocli 2, 1, 4. 5 Ex observatis signis & causis naturalibus, ut de se ipso testatur ad Fam. 6, 6. adde eundem Phil. 2, 9. & 15. Item 5, 92. 6 Accidunt. 7 Vox propria de oraculis, vatibus, poëtis. 8 Affectu in necessitudines. 9 Sepelivit, v. not. 3, 3, 2. 10 Ipse Atticus. 11 Per Metonymiam consequentis pro antecedente significatur, eum cum matre vixisse sine controversia ulla. Ita exprimit antiqua inscriptio ap. Gruter. p. 795. 12 Non fuisse discordem. 13 Offensiunculam & contentionem. 14 Accidisse, interveniisse. 15 Eo affectu & facilitate. significanter iterum hæc vox usurpatur ut supra c. 1, 2. 16 Impium putaret. 17 Naturali ingenii propensione.

solum, quanquam omnes ei paremus 1, sed etiam doctrina; nam & principum 2 philosophorum ita percepta habuit præcepta 3, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem uteretur 4.

XVIII. Moris etiam majorum summus 5 imitator fuit, antiquitatisque amator 6: quam adeo diligenter habuit cognitam 7, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo 8 magistratus ornavit 9. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populi Romani, quæ non in eo 10 suo tempore 11 sit notata 12: & quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit 13, ut ex eo clarorum virorum propagines 14 possimus cognoscere. Fecit hoc idem

1 Ingenio, quod natura dedit, ejusque ductui obsequimur. conf. Cic. de Sen. c. 2, & Senec. de vita beata c. 3. 2 Primariorum, præcipuorum. 3 Dogmata philosophica & de virtutibus. 4 Multis in hoc argumento Seneca Ep. 3, 10, 14. 20, 88, 106. conf. Tac. A. 6, 33, 4. & 15, 45, 3. It. H. 4, 5, 3. Gell. 13, 8. & 17, 19. ubi Epictetus ait, *plerosque Philosophos* esse ἀνευ τῶ πράττειν μέχρι τῶ λέγειν. conf. & Fragm. Nep. 5, 1. 5 Diligentissimus. 6 Antiquarius, historiarum & rituum vetustorum cultor. 7 Scivit, tenuit. 8 Scil. edito. 9 Cohonestavit & honoravit elogiis. Sed quia *magistratus ornare* apud Liv. 42, 1. est rebus necessariis instruere, nonnulli malunt *ordinavit*. i. e. digessit, disposuit, ordine pertractavit. 10 Scil. volumine. 11 Secundum temporis ordinem, quo singula acciderunt. 12 Annotata, perscripta. Annales intelligit. v. Voss. de Hist. Lat. 1, 11. *Annarum septingentarum memoriam uno libro colligavit.* Cic. orat. c. 34. 13 Cum industria addidit. 14 *Propago* proprie est vitis surculus. Sed hic denotat ortum, stemma, genus, prosapiam, genealogiam.

idem seperatim in aliis libris, ut M. Bruti 1 rogatu Juniam familiam a stirpe 2 ad hanc ætatem 3, ordine 4 enumeravit, notans, qui a quo ortus 5, quos honores 6 quibusque temporibus cepisset 7: pari modo Marcelli Claudii 8, de Marcellorum 9. Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Æmiliorum quoque 10: quibus libris nihil potest esse dulcius 11 iis, qui aliquam cupiditatem 12 habent notitiæ 13 clarorum virorum. Attigit quoque poëticen 14: credimus 15, ne ejus expers esset suavitatis 16. Namque versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt 17, exposuit: ita, ut sub singulorum imaginibus 18, facta magistratusque 19 eorum, non amplius quaternis quinque versibus 20 descripserit. Quod vix cre-

4 5 6

1 Qui erat ex familia Junia. 2 Ab origine & initio; a communi stipite. 3 Adeoque totam ejus genealogiam. 4 Juxta seriem. 5 Id est, cujusque genus. 6 Quisque ex ea familia cepisset. 7 Eosdem honores. 8 Scil. *rogatu*, quod repetendum ex antecedentibus. 9 Subaudi, *familia scripsit*. 10 Eadem Ellipsis. 11 Scil. cognitu. 12 Aliquod studium. 13 Cognitionis de rebus eorum. 14 Aliquid operæ in illo studio posuit. 15 Pro, ut credimus, ut nos arbitramur. 16 Ne hoc studii suavissimo genere careret. 17 Id est viros maxime illustres, Principes civitatis, uti mox vocat c. 19, 2. 18 Hinc Plin. 35, 2. *Imaginum amorem flagrasse quondam, testes sunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & M. Varro &c.* 19 Honores & officia. 20 Epigrammatis. Ita vocantur carmina istiusmodi rotundiora.

credendum sit, tantas res, tam breviter 1 potuisse declarari. Est etiam liber græce confectus, *de consulatu Ciceronis* 2. Hactenus Attico vivo edita hæc a nobis sunt.

XIX. Nunc quoniam fortuna nos superstites ei esse 3 voluit, reliqua 4 persequemur: & quantum poterimus, rerum exemplis 5 lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos cuiq; mores plerumque conciliare 6 fortunam 7. 2 Namque hic contentus ordine equestri 8, quo erat ortus, in adfinitatem pervenit imperatoris divi 9 Julii filii 10: cum jam ante familiaritatem ejus esset consecutus nulla allia re, quam elegantia vitæ 11, qua cæteros ceperat 12 principes civitatis 13, dignitate pari 14, fortuna 3 humiliore 15. Tanta enim prosperitas Cæsarem

1 Tam paucis versibus veluti in compendio. 2 Ipse Cic. ad Att. 2, 1. *commentarium consulatus sui græce scriptum* vocat. 3 Me superesse & supervivere. 4 Quæ ante & post mortem contigerunt. 5 In eo præcipua Historiæ Philosophia consistit, ut ostendantur officiorum fontes, commemoratione actuum ex officio profectorum i. e. exemplorum moralium. 6 Fingere, efficere. v. supra c. 11, 6. 7 Vel prosperam vel adversam. 8 Dignitate hujus ordinis. 9 Consecrati per ἀποθέωσιν. Quæ causa fuerit hujus ritus, ostendit Plin. Paneg. c. 11. 10 Nempe Imp. Octaviani Cæsaris Augusti, qui filius Julii adoptivus fuit. 11 Universi moris condecentia. Sic ob elegantiam vitæ M. Servilium Tacitus A. 14, 10, 2. ob eleganter actam vitam Zenonem quendam Liv. 35, 31. commendant. 12 Sibi conciliaverat. 13 Pompejum, Ciceronem, Antonium. 14 Scil. existentes. 15 Inferiore, quam quæ Augusti fuit.

rem 1 est consecuta 2, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit 3; & conciliarit, quod civis Romanus quivit consequi 4. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat 5. Hanc 6 Cæsar vix anniculam 7, Tiberio Claudio Neroni, Drusilla 8 nato, privigno suo 9, despondit 10; quæ conjunctio 11 necessitudinem eorum sanxit 12, familiaritatem reddidit frequentiorem 13. 4

Quam.

1 Octavianum, malunt interpretes legere *eum*, ut ad Atticum referatur tota felicitatis descriptio. 2 Id est, tantam Cæsar prosperitatem adeptus est, ad eam postea fortunam profecit. Sic Ter. Phor. 5, 12, 4. *matrem mors consecuta est.* 3 Id est, ut omnia in ejus manus dederit. 4 Ut ex cive Romano fecerit potentissimum Imperatorem. 5 Scil. *in matrimonium*; qua integra phrasi Cicero usus. De nuptiis Agrippæ v. supra c. 12, 1. 6 Neptem Attici, filiam M. Vipsanii Agrippæ, quam Tac. A. 1, 12, 6. Vipsaniam, & Suet. Tib. c. 7. Agrippinam vocat. 7 Unius anni. Sic *anniculus* L. 6. D. de his, qui sunt sui vel alieni juris. L. 26. de pact. dot. *Anniculum Vinum*, Valla 1, 5. 8 Livi Drusilla, Claudii Neronis antea, post Augusti Cæsaris uxore; de qua multa Tacitus, Suet. Aug. c. 62. Vellej. 2, 75, 3. 9 Quem & imperatorio nomine auxit, & successorem habuit. 10 Magna eo, vulgo etiam, licentia sponsaliorum, nullo ætatis respectu. Hinc immaturitas sponsarum ab Augusto lege coërcita. v. Suet. 34. & Lipsi. ad 3. A. Tac. Ceterum apparet hic, non esse perpetuum discrimen inter *spondere & despondere*, quod tradit Donatus ad Ter. And. 1, 1, 75. 11 Affinitatis. 12 Confirmavit veluti lege & jure ac religione quadam amicitiam antea libere & fere sine ulla copula ac vinculo cultam. Plus est autem necessitudo, quam familiaritas. 13 Crebriorem convictum usumque.

XX. Quamvis ante hæc sponsalia 1 non solum cum ab urbe abesset 2, nunquam ad suorum quenquam litteras misit, quin Attico mitteret 3, quid ageret, inprimis quid legeret, quibus in locis 4, & quamdiu esset moraturus 5: sed etiam cum esset in urbe, & propter suas infinitas 6 occupationes, minus sæpe quam vellet Attico 7 frueretur, nullus dies tamen temere interceſſit 8, quo non ad eum scriberet 9, quo non aliquid de antiquitate 10 ab eo requireret 11: modo aliquam ei quæstionem poëticam proponeret 12, interdum jocans ejus verbosiores 13 eliceret epistolas 14. Ex quo accidit, cum ædes Jovis Feretrii 15, in Capitolio 16 ab Romulo constituta, vetustate atq; incuria 17 de-

1 Ante ipsam desponsationem, i. e. promissionem & repromissionem futurarum nuptiarum, *Eheſtiftung*. 2 Peregre scil. profectus. 3 Scriberet, nunciaret. Sic Cic. ad fam. 11, 8. *Polla misit, ut ad te darem &c.* Sic Græcorum ἐπιστέλλειν sæpe idem est ac literas dare, per literam certiorem facere. 4 Scil. *moretur*. 5 Scil. *iisdem in locis*. 6 Quam plurimas & maximas. 7 Attici præsentia & colloquiis. 8 Facile præteriit. 9 Id est, singulis ferme diebus ad eum scripsit. 10 Si qua res dubia incidisset. Nam Augustus citius facilisq; probari existimabat, quæ vetustatis exemplo probarentur. v. Svet. c. 89. 11 Interrogaret, eumque adeo consuleret. 12 Ut ad eam responderetur. v. Wowver. de Polymathi. c. 10. p. 73. f. 13 Prolixiores in bonam partem. 14 Occasione suppeditata reseribendi. 15 De hoc cognomine Jovis, quod Pacem ferat, vid. Aur. Vict. vir. ill. c. 2. Liv. 1, 10. Flor 1, 1, 10. cum not. Freinsh. 16 Templo in clivo Tarpejo, de quo post alios peculiari tractatu Just. Ryquius. 17 Per negligentiam.

detecta 1 prolaberetur, ut Attici admonitu 2, Cæsar eam reficiendam curaret. Neque vero 4
ab M. Antonio minus absens literis 3 colebatur: adeo, ut accurate ille, ex ultimis terris 4, quid ageret, quid curæ sibi haberet 5, certiorem faceret Atticum. Hoc quale sit, facilius exi- 5
stimabit is, qui judicare poterit, quantæ sit sapientiæ, eorum retinere usum 6 benevolentiamque, inter quos maximarum rerum 7 non solum æmulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat 8, quantam fuit incidere 9 necesse inter Cæsarem 10 atque Antonium, cum se uterque principem non solum urbis Romanæ, sed orbis terrarum esse cuperet 11.

Tali modo cum septem & septuaginta an- XXI
nos complesset 12, atque ad extremam senectutem

1 Tecto admodum corrupto. Schottus invenit scriptum: *cum adis Jovis Fer. in Cap. ab Rom. constitutæ vet. atque incuria tecta prolaberentur.* 2 Admonitione interposita. 3 Commercium epistolarum familiarium significatur. 4 Ex Ægypto & aliis orientis locis. Sic Sallust. Cat. c. *16. Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.* Cic. Verr. ult. c. *57. illa vox & imploratio, CIVIS ROMANUS SUM, sæpe multis, in ultimis terris, opem inter barbaros & salutem tulit.* Aii, *exsul sum his terris.* 5 Quid diligenter curaret. 6 Familiaritatem. 7 Principatus & imperii. 8 Conf. supra c. 5, 4. 9 Contingere, alii *intercedere.* 10 Augustum. 11 Cum adesset utrinque summi imperii affectatio. 12 Scil. vivendo. Cic. de Sen. c. *5. Georgias centum & septem complevit annos.* Fuit autem annus Attici Climactericus Hebdomaticus magnus, ducto septenario in undecim. Hujusmodi anni senibus semper periculosi aut fatales. v. Censorin. de die natali c. 14. & Salmas. Comm. de annis climact.

tem 1 non minus dignitate, quam gratia fortunaque crevisset 2 (multas enim hereditates nulla alia re quam bonitate 3 est consecutus) tantaque prosperitate usus esset valetudinis 4, ut
2 annos triginta medicina non indiguisset 5: nactus est morbum, quem initio & ipse & medici contemserunt 6. Nam putarunt esse tenesmon 7, cui remedia celeria faciliaque 8 proponeban-
3 tur 9. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus 10, præterquam quos ex curatione 11 capiebat, consumsisset 12: subito tanta vis 13 morbi in unum intestinum prorupit 14, ut extremo tempore, per lumbos fistula putris 15 eruperit.
4 Atque hoc prius, quam ei accideret, postquam in dies 16 dolores accrescere 17, febremque accessis-

1 Qua & Ciceroni annos 11. supervixit, natus A. V. C. 644. triennio ante M. Tullium. 2 Cum factus esset honoratior & fortunatior. 3 De qua & c. 10, 3. &c. 4 Adeo constante & diuturna sanitate. 5 Non fuisset ægrotus. 6 Minus periculosum arbitrati sunt. 7 Tenesmus est morbi genus in difficili irritoque egerendi conatu. v. Plin. 26, 14. Dysenteriæ affine est vitium, & in hoc juxta Celsum 4, 8. *frequens desidendi cupiditas est.* 8 Laxantia, digerentia, resolventia, *quæ pellunt obstantia*, ut Horat. loquitur Sat 2, 4. 9 Parata erant. 10 Molestiis gravioribus. 11 Scil. morbi. 12 Cum tamdiu ægrotasset. 13 Vehementia, impetus. 14 Materia vitiosa eo devoluta est. 15 Ulcus apertum & fluidum. Plerique malunt legi *puris*. quos etiam Loccenius sequitur, & describit ex Hippocr. de fistulis & Celso de remed. 5, 18. quod sit *sinus altus, angustus, callosus, & purulentus, ex abscessibus plerumque constatus.* 16 Scil. singulos, v. Linacr. de emend. struct. Lat. sermon. l. 1. de Adverb. 17 Augeri.

cessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessi 1 jussit, & cum eo L. Cornelium Balbum 2, Sextumque Peducæum 3. Hos ut venisse vidit, 5 in cubitum nixus 4, *quantam*, inquit, *curam diligentiamque in valetudine mea tuenda & hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam* 6, *nihil opus est pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut spero, satisfeci* 7, *nihilque reliqui feci* 8, *quod ad sanandum me pertineret* 9, *reliquum est* 10, *ut egomet mihi consulam* 11. *Id* 6 *vos ignorare nolui* 12. *Nam mihi stat* 13, *alere morbum desinere* 14. *Namque his diebus quidquid cibi sumsi, ita produxi* 15 *vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis* 16. *Quare a vobis peto* pri-

1 Quidam *accersiri* vel *arcessiri*. Sicut & Cæs. B. G. 5, 11. dixit *ex continenti alios accersiri jussit*. & Hyginus fab. 88. *quam jubet accersiri*. quomodo Columella *lacessiri* dixit 9, 8, & 15. quod frequentiore usu *lacessi* est. 2 Pro quo exstat oratio Ciceronis. 3 Qui & Attico & Ciceroni familiarissimus. v. ad Att. 5, 4. & 5. 13, 10, 1. 4 Erigens se atque attollens in lecto. 5 Curanda. 6 Cum ipsi sciatis, 7 i. e. quia feci, quæ a me requirere poteratis, vestraque vota implevi. 8 Omne id expertus sum, omnia tentavi, nihil omisi. eleganter. 9 Quod me restitueret pristinæ valetudini. 10 Nihil aliud supereſt, quam ut &c. 11 Ut de extremo veluti remedio cogitem. 12 Docere vos volui. 13 Scil. sententia, uti est apud Liv. 21, 30. Ter. Eun. 2, 1, 18. i. e. proposui mihi, decretum firmiter mihi constitutumque est. Sic Cic. ad fam. 9. *modo sit nobis illud, una vivere*. conf. Virg. Æn. 2, 710. 14 Id est, ut desinam, per ingestos cibos morbi vim augere; ut inedia vitam finiam. 15 Prorogavi. 16 Sine spe convalescendi.

primum, ut consilium 1 *probetis meum: deinde, ne frustra dehortando conemini* 2.

XXII. Hac oratione habita, tanta constantia vocis atque vultus 3, ut non ex vita, sed ex domo in domum videretur migrare 4, cum quidem Agrippa eum flens, atque osculans 5, oraret 2 atque obsecraret, *ne id, quod* 6 *natura cogeret, ipse quoque sibi acceleraret* 7: *& quoniam tum quoque* 8 *posset temporibus* 9 *superesse se sibi suisque reservaret* 10. preces ejus taciturna sua ob- 3 stinatione 11 compressit 12. Sic cum biduum cibo

1 Moriendi. Stoici inprimis olim istiusmodi mortem voluntariam (αὐτοχειρίαν) magni semper fecerunt. v. observat. meæ Historico-Pol. ad Nep. Buchn. p. 57. Sed hunc vitæ exitum cum lege divina & recta ratione pugnare docent Car. Hann. Fabrotus Exercit. 5. Elbert. Leoninus Emendat. 4, 5, 8. Casaub. ad Suet. 134. & alii. 2 Id est, ne dehortemini, ne laboretis aut connitemini, impedire. 3 Quæ indicium præberet animi imperturbati. 4 Non multum discrepat illud Ciceronis in Cat. Maj. c. ult. *Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorium nobis non habitandi dedit.* 5 Schoppius Verisim. 3, 8. mavult obsecrans, quod oscula moribundo non competant. Sed & M. Popilius Oppium Gallum familiarem suum moriens ultimo complexu & osculo dignatus ap. Val. Max. 4, 8, 9. De osculis moribundorum plura Kirchm. de fun. Rom. 1, 5. 6 Ad quod. 7 Ne mortem celerius sibi consciscret. Ipse Stoicus Seneca Ep. 30. *Plus*, inquit, *momenti apud me habent, qui ad mortem veniunt sine odio vitæ, & admittunt illam, non attrahunt.* 8 Licet esset corpore æger. 9 Aliquo vitæ spatio. 10 Continuatione & prorogatione vitæ. 11 Perseverantia in proposito taciturnitate ostensa. 12 Inhibuit, contemsit. Par obstinatio Corelli Rufi apud Plin. Epist. 1, 12.

cibo se abstinuisset 1 subito febris decessit 2, leviorque morbus esse cœpit 3. Tamen propositum nihilo secius peregit 4. Itaque die quinto 5, postquam id consilium inierat 6, pridie Kalend. Aprilis, Cn. Domitio, C. Sosio Coss. 7 decessit. Elatus 8 in lecticula 9, ut ipse præscripserat 10, sine ulla pompa funeris 11, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia 12. Sepultus est juxta viam Appiam 13, ad quintum lapidem 14, in monumento 15 Q. Cæcilii avunculi sui. 4

COR-

1 Vulgo magis dicitur *abstinere cibo*. v. Voss. de Constr. c. 22. 2 Desiit, ut apud Ter. Hec. 3, 5, 55. *decedit ira*. 3 Vis morbi remisit. 4 Pertendit, ad finem usque continuavit, specie constantiæ, quæ imposuit gentilibus. Tractavit hanc quæstionem August. C. D. 1, 22. 5 In septimum diem quosdam hoc pacto vitam produxisse, Lucianus refert T. 2. p. 389. adde Hippocrat. de carnib. sect. 3. fine. 6 Postquam istud facere destinaverat. 7 Qui est annus V. C. 721. 8 Ad sepulturam deportatus. 9 Scil. funebri, λίχη Græcis. Ea nobiliores & ditiores, cæteri Sandapila efferebantur. v. Kirchman. l. c. 2, 9. 10 Ut sibi fieri præceperat. Ita solebant Romani. v. Ibid. 1, 4. 11 Absque splendido insignium apparatu cum ostentatione. 12 Comitatu funebri maximo. Ita vetus inscriptio apud Kirchm. 2, 2. *Elatus est frequentia maxima*. 13 De qua post alios prolixe autor Romæ Subterraneæ 1, 11. Nam & alii magni viri ibi sepulti. Kirchm. 2, 22. in urbe sepelri lege XII. tabb. vetitum. 14 Id est, milliare. Nam apud Romanos milliaria lapidum intervallis cum signis & numeris suis notabantur. 15 Sepulcro gentilitio.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA 1.

Quæ reperiri potuerunt, ANDREÆ SCHOTTI 2 studio collecta 3.

Chronicorum Lib. I.

1. VIxit Homerus 4 ante Romam conditam annis circiter C. & LX. *Gellius XVII*, 21.

2 Roma condita 5 Olympiadis septimæ anno secundo 6. *Solin. c. 1.*

3 Archilochus Tullo Hostilio 7 Romæ regnante.

1 Hoc est, particulæ & reliquiæ ex libris injuria temporum deperditis. 2 Vir ille doctissimus, Romæ aliquandiu Oratoriam professus, in patria sua Antverpiæ magnam in C. Nepotem & alios bonos autores impendit industriam. 3 Imo & interpolata subinde, ubi necesse fuit, vel de suo aliquid adjicere, vel ex iis, quæ apud autores citatos inveniuntur, aliquid supplere; ne quis genuina semper ipsius Nepotis verba retenta existimet. 4 Poëta Græcus Iliados & Odysseæ carminibus celeberrimus. Gellius autem, noctium Atticarum scriptor, hujus primi fragmenti autor est. 5 A Romulo & Remo, uti notum est ex Livio, Floro, Aur. Victore & aliis. 6 Per Olympiades, quarum singulæ quatuor annos continent, Græci tempora numerare cœperunt A. M. 3196. Solinus in Polyhistore alias quoque aliorum sententias de anno Romanæ originis examinat: ipse acquiescit in VII. Olympiadis anno I. 7 Tertio Romanorum Rege.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862741084/phys_0401
DFG

gnante iam tunc poëmatis 1 clarus & nobilis 2. *Gellius XVII, 21.*

M. Manlius 3 Romæ, qui Gallos in obsidione 4
Capitolii obrepentes 4 per ardua 5 depulerat, convictus est consilium de regno occupando iisse: damnatusque capitis, e saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, præceps datus est 6: ut Corn. autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est 7. *Gellius l. l.*

Alexander Magnus Pellæ ortus 8, M. Fabio 5
Ambusto, Tito Quinctio Capitolino Coss. post Romam conditam anno trecentesimo octogesimo quinto 9. *Solinus c. 53.*

P. Terentius 10 Scipionis Africani & C. Lælii 6
æqualis. *Donatus in vita.*

COR-

1 Pro *poëmatibus*: altera quoque forma in usu est. 2 Imo, si Ciceroni credimus Tusc. *1, 1.* Poëta ille *fuit regnante Romulo.* Clemens Alex. *1.* Strom. Simonidi coævum facit, aitque jam cognitum fuisse post Olympiadem XX Eusebius in Chron. utriusque meminit ad Olymp. XXXIX. ann. 2. alii Olymp. XXIII. floruisse scribunt. v. Voss. de Poët. Gr. c. 3. 3 Diodorus *Aultum*, Dionysius Halic. Titum vocat. *Marci* prænomen ei & Livius tribuit *5, 47.* sqq. & *6, 11.* sqq. cons. de eodem Flor. *1, 13. & 26.* Aur. Vict. vir. ill. c. 24. & quos ibi citavimus. 4 Adscendentes. 5 Montis Tarpeji. *6 Locus idem in uno homine & eximiæ gloriæ monumentum & pœna fuit.* Liv. *6, 20.* 7 Utrumque simul fieri potuit, ut verberando necaretur de saxo præcipitatus. 8 Pellæum juvenem hinc vocat Juvenal. Sat. *10, 168.* 9 Delrius Grasserus & alii secuti fastos Capitolinos ediderunt *nonagesimo nono.* Petavius Rat. Temp. P. I. *3, 14.* annum urbis *398.* assignat. Calvisius *397.* 10 Comicus notissimus.

II. CORNELII NEPOTIS

Exemplorum Lib. II.

A virgine vestale 1. *Charisius lib. I. col. 119. ed. Putsch.*

Ex lib. V.

